Digitized by Google

THE LIBRARY OF

THE UNIVERSITY OF MINNESOTA.

OMNIBUS · ARTIBUS
COMMUNE · VINCULUM

ACCESSION. 33144
CLASS 870.13
BOOK Scr3p

FINE BINDING WALDORF ST. PAUL MINN.

Digitized by Google

3962
103

SCRIPTORES

HISTORIAE AVGVSTAE

ITERVM

RECENSVIT ADPARATVMQVE CRITICVM ADDIDIT

UNIVERSITY OF MINNESOTA LIBRARY

HERMANNVS PETER

VOLVMEN PRIVS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIIII

Digitized by Google

UNIVERSITY OF
MINNESOTA
LIBRARY

Digitized by Google

PRAEFATIO

Scriptorum historiae Augustae qui uocantur omnes, qui quidem mihi cogniti sunt, libri manu scripti ex uno eodemque fonte fluxerunt, qui tamen temporum iniquitate foedissime turbatus erat. nam non solum singula uerba aut sententiae misere corrupta erant, sed etiam toti quaterniones foliaque alia amissa, alia inter se commutata falsoque loco posita. ita factum est, ut eorum imperatorum uitae, qui a Gordiano tertio usque ad Valerianos imperium obtinuerunt, totae cum primis ipsorum Valerianorum capitibus perirent, in eis autem uitis, quae secuntur, extremae uitae Valeriani iunioris aliquot litterae, plurimae primorum capitum Gallienorum detritae, ut uidetur, euanescerent.

In quibus fragmentis depingendis alii librarii summa diligentia usi sunt, ita ut accuratissime etiam spatia litterarum, quae deletae erant, in exemplis suis indicarent, alii ut qualemcunque orationis tenorem efficerent, arbitrio suo aut addiderunt uerba aut omiserunt, si quae primo obtutu intellegere non possent uel cum ea sententia, quam ipsi elicuisse sibi uisi essent, congruere non putarent.

Cum autem librarii non solum in his fragmentis uerum etiam in relicuis uitarum partibus in describendo archetypo aut accurate et religiose uersarentur aut ingeniis suis indulgerent, duae exstiterunt librorum manu scriptorum classes, altera genuinorum (littera Π a nobis distincta), altera interpolatorum (Σ), ex quibus duabus classibus orta est tertia (Π + Σ = Ψ), quae quasi medium inter illas obtinet locum,

Digitized by Google

cum hausta sit ex codice aliquo familiae Π, qui correctus esset conparato codice interpolato familiae Σ.

Ac primae quidem classis eiusque multo praestantioris hi sunt libri[1]*):*

B *1. codex Bambergensis (apud Iaeckium in catal. bibl. Bamberg. I 140) signatus* E III 19 n. 33331, *membranaceus, formae quadratae, seculi VIIII, composite atque clare scriptus, foliis ducentis tredecim, quaternionibus uiginti septem, quorum unus e sex, unus e septem foliis constat; paginae, quae singularum columnarum sunt, uicenos quaternos quaeque uersus habet. litterae Saxonicae sunt quae uocantur, atramento nigro exaratae. aliquot errores manus primae* (B^1) *correcti sunt a manu secunda* (B^2), *alii conlato archetypo, cum saepe uel toti uersus adderentur, alii leuiores proprio Marte; contra manus tertia* (B^3), *quae tamen in priore parte paucis locis, in altera raro conspicitur, prorsus nullius est auctoritatis, cum non solum nihil attulerit ad uerba emendanda, sed etiam saepe obscurauerit genuinae scripturae uestigia; quartus denique magister aliquis notas suas ad marginem adscripsit, quibus discipulum quendam Odelricum adhortatur, ut res egregie gestas, quae referuntur, imitetur, exempla mala fugiat. hunc codicem ipse bis contuli, primum cum editione Lipsiensi anno 1857 Vratislauiae, quo Friderici Haasi beneuolentia, cum ibi litteris operam darem, eum mittendum curauerat, iterum, cum plagulas prioris editionis corrigerem, Posnaniae, quo mihi liberalitate ministerii regii Borussorum erat transmissus.*[2])

---

1) *Eorum, quae de codicibus disputabo, primae lineae adumbratae erant iam in dissertatione mea* (Historia critica scriptorum hist. Aug. *Lipsiae 1860*)*; quae quattuor annis post in priore editione pluribus de ea re egi, nunc paucis rebus mutatis iterare potui.*

2) *Primus hoc libro usus est Godofredus Bernhardyus, qui tamen deceptus est, quod Cramerum* (Hauschronik *p. 128*) *secutus eundem eum esse censuit, quem Heidelbergae in eum bibliotheca Palatina uidissent et descripsissent Gruterus et Salmasius. cf. Bernhardyi prooemia duo de scriptoribus historiae Augustae* (*coniunctim edita Halae 1847*) *p. 4 et dissertationem meam p. 21.*

Digitized by Google

Denique in his scriptoribus iterum recensendis egregie adiutus sum et Friderici Haasi collatione ad editionem Obrechtianam facta, quae pertinet usque ad uit. Seueri c. 4, quam ex eius hereditate conparaui, et Alberti Kellerbaueri ad ed. Bipontinam diligentissime facta, quam a me rogatus, ut dubitationes quasdam tollerem, eximia cum liberalitate mihi concessit. itaque Eyssenhardti collationem leuissime descriptam (uid. ed. pr. praef. p. XXX sq.) omnino spreui.

2. codex Palatinus a Grutero paucis locis, cum Heidelbergae esset, inspectus, a Salmasio conlatus. qui tamen cum in editione sua pro more illius aetatis selectas tantum modo huius libri scripturas prompsisset, multa restabant, propter quae ut denuo diligenter excuteretur, optarem. itaque ut primum Adolphum Kiesslingium amicum eum inter libros Palatinos bibliothecae Vaticanae, ubi diu latuit, repperisse certior factus sum, nihil antiquius habui, quam ut prima, quae mihi daretur, occasione usus ineunte uere anni 1863 Romam properarem, ubi quam accuratissime eum conferrem. qua in re usus sum exemplari Obrechtiano, in quo antea omnes litteras, in quibus codex Bambergensis discrepabat, punctis distinxeram. est uero is liber numero 899 distinctus, membranaceus, saeculi X vel XI, diligenter item litteris Saxonicis scriptus forma quadrata. constat quaternionibus uiginti septem uel foliis ducentis sedecim, pagina singulis quaeque columnis uersibus primo uicenis quinis, dein uicenis senis. inter manus tres quattuorue emendatrices, quas expertus est, similis intercedit ratio atque inter manus Bambergensis, nisi quod in P etiam ea, quae tenorem orationis exarauit (P^1)*, litteras aliquot uel uoces et uersus, qui antea omissi essent, addidit: deinde altera manus* (P^2)*, quae propter atramentum minus fuscum facile a prima dignoscitur, inspecto codice aliquo haud contemnendo, qui etiam antiquior archetypo fuisse uidetur*[1])*, errores aliquot correxit, ut magni* P

1) *Conpluribus enim locis, ubi B et* P^1 *eisdem mendis laborant, uera scriptura addita est a* P^2*; ut exempla aliquot*

Digitized by Google

sit momenti ad genuina scriptorum uerba constituenda. tertia denique manus saeculi tertii decimi uel quarti decimi (P^3) *ex exemplo aliquo deterioris familiae* (Σ), *et qua ratione turbatus quaternionum ordo restitueretur, in margine adnotauit et multas scripturas, quae prorsus nullius sunt preti, adscripsit saepe uel erasis primae manus litteris. Post Iordanum, cuius collatio in editione Berolinensi exstat, hunc codicem quadraginta octo locis inspexit C. Zangemeister, ubi Berolinensibus de eius scripturis dubitationes obortae erant. hoc specilegium Fr. Eyssenhardt in Herm. I p. 159 sq. publici iuris fecit, quo quidem meam collationem praeter duos tresue locos probatam et confirmatam esse est quod gaudeam; uid. Herm. I p. 335 sq. raro igitur discrepantiis quibusdam minutis, quae me fugerant, Iordani auctoritas adscribenda fuit.*[1])

Cum autem ei, qui hos libros exararent, eadem diligentia munere suo functi sint, ita ut etiam spatia litterarum, de quibus legendis in primis Gallieni capitibus desperarent, pari modo metirentur, non est mirum quod uel in minimis rebus inter se consentiunt. itaque magno captus est errore qui quondam in Zarncki diurnis (*1863 nr. 41*), *cum censorem exercitationum criticarum in scriptores historiae Augustae* (*Posnaniae 1863*) *a me conscriptarum ageret, inter multa alia, quae uereor ut certis argumentis stabilire possit, etiam*

---

adferam, adiectum est XI 2,6 quasi imperat, *quod omiserant B et* P^1*:* denique etiam Aquilium — miserat, [quasi imperat]or tantus a centurione posset interfici. *VIII 7,6 B et* P^1 *falso exhibent* pecuniam, P^2 *correxit* penuriam. *XIII 8,3 uel totus uersus* eumque — successisse, *qui in B et* P^1 *deerat, a* P^2 *adscriptus est.*

1) *Ceterum iam ante Kiesslingium hunc librum in Vaticana uersauerat L. Vrlichs et uit. Marci c. 1—9 contulerat, in qua parte quibus locis cum Iordano discreparet, in Eo II p. 431 sq. proposuit. etiam haec testimonia plerumque cum meis concinunt, quas nescio qua causa ille uir doctissimus inspicere noluit, ut nunc pauca sola eius auctoritate nitantur; nam quaedam, quae etiam ipse in meo exemplari enotaueram, in editione autem priore ut minuta neglexeram, nunc ex eo in hanc transtuli.*

Digitized by Google

hanc sententiam iecit, ut codicem Bambergensem e Palatino descriptum esse tamquam pro certo adfirmaret. iam nolo equidem magnam uim ei rei adtribuere, quod cod. B minimum uno saeculo antiquior esse quam P ex litterarum formis non solum mihi sed etiam aliis hominibus harum rerum non inperitis uisus est. sed etiam alia accedunt argumenta e scripturarum discrepantiis petita, quibus unum ab altero descriptum esse non posse demonstratur. uelut is, qui codicem P scripsit, in archetypo primi Gallienorum capitis inuestigare potuit haec:

gallienus cõperta patris captiuitate gauderet uocabantur.. exercitus mu........... duces erat.... meror quod... imperator......... in persida..................... ior omnium quod gallienus et q. s.

at uero librarius, cui Bambergensem debemus, cum in archetypo nondum tot litterae euanuissent aut oculis uteretur acrioribus, post mu *litteram* s *addidit, deinde inter uoces* imperator *et* Persida (*haec enim eius est scriptura, non* in Persida) *lacuna nouem litterarum constituta interposuit* u. romani; *denique inter uu.* Persida *et* ior omnium *post lacunam totidem litterarum scripsit* tenetur, *tum alterum spatium quindecim litterarum uacuum reliquit. quod argumentum ne quis ita diluere conetur, ut easdem illas uoces etiam in Palatino a secunda manu additas legi, Bambergensem uero tum demum a Palatino descriptum esse ponat, cum iam a secunda manu correctus esset*[1]), *adiciam scripturas huius utriusque codicis et libri Vaticani 1899, de cuius fide postea agam, ita ut litteris inclinatis ea, quae secunda manus in P addidit, insigniam:*

---

1) Quamquam falsum esse iudicium ex commentario critico satis adparebit, conspectus tamen causa aliquot locos ex uitis Aureliani et Taciti hic conlectos indicabo, quibus B iam a prima manu ea uerba exhibet quae falso a P^1 *omissa adiecta sunt a* P^2*: XXVI 14,4* gratias. *21,6* etiam. *26,8* enim. *34,6* scaenicorum, ludorum. *39,5* que. *46,6* aliis. *XXVII 4,3* primae sententiae uir recte imperator creatur. *13,4* gessit autem propter breuitatem temporum nihil magnum.

Digitized by Google

B: exercitus mus . . . . duces erat . . . .
P: exercitus mu(*rmurabant*). duces erat(*omnium*). . .
V: exercitus murmurabant. . duces erat omnium . . . .

B: meror. . . imperator . . . . romani persida . . . . serte-
P: meror qd̄ imperator (*romanus*). . . in persida (*serui-*
V: meror quod . . imperator. . . . . romani persida

B: netur . . . . ior omnium . . . . quod. . . . .
P: *liter teneretur*) . . . ior omnium . . . . quod. . . . .
V: seruiliter serteneretur. . ior omnium quod. . . . .

Hinc facile perspicies neque causam fuisse, cur is, qui codicem B conscripsit, supplementa s (*quod est fragmentum litterae* r), romanus, ser tenetur *reciperet, neglegeret* murabant, omnium, quod, *alteram partem uoc.* seruiliter, *et discrepantias quasdam scripturarum inesse, quibus utique prohibeamur, quominus illi iudicio adstipulemur. primum enim manus secunda cod. P u.* romanus *ita adiunxit uoci antecedenti* imperator, *ut post eam spatium quoddam uacuum relinqueretur, cum in cod. B et scriptum esset* romani (*quae eadem scriptura cum etiam in Vaticano exstet, non potest orta esse ex calami errore*) *et lacuna esset significata post* romani, *qua in re item consentit cum cod. Vaticano. dein in cod. B et Vat. omissa est praepositio* in *ante u.* Persida, *quam adicit P, atque quod B exhibet* tenetur. *non* teneretur, *ut P et Vat., ne ea quidem res pro nihilo est facienda, cum etiam in codice Riccardiano, qui antea cum P* imperator romanus *exhibet, a prima manu idem scriptum sit.*

Denique ut hanc quaestionem, quae ratio inter codd. B et P intercedat, absoluamus, restat ut etiam P ex B non fluxisse doceam, id quod facillime ea re euincetur, quod conplures lacunae, quae sunt in B, ita expletae sunt in P, ut interpolando fieri non potuerit. ut VII 18,12: gladiatoris [statuas undique. gladiatoris] et parricidae statuae detrahantur. *VIII 4,3:* cum Pertinax [factus est, tunc Pertinax] interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit. *c. 10,4:* et a senatu impunitatem eius petit. [denique Falco in rebus suis securus uixit et herede

Digitized by Google

filio perit.] quamuis. *ea enim, quae uncis inclusi, desunt in B, cuius scriptorem in hisce exemplis oculis ad repetitum paulo post idem uel simile uocabulum aberrasse perspicuum est.*

Quoniam igitur utrumque librum et B et P ex eodem fonte originem duxisse demonstrasse nobis uisi sumus, quantum fieri potest, huius archetypi formam *ex consensu eorum adumbrabimus:*

Atque inscriptus quidem ille erat sic:

VITAE DIVERSORVM PRINCIPVM ET TYRANNORVM A DIVO HADRIANO[1]) VSQVE AD NVMERIANVM DIVERSIS[2]) CONPOSITI.[3])

deinde sequebatur hice index uitarum et in B et in P a prima manu post illa uerba adiectus:

I Spartiani uita hadriani
II Item eiusdem heluius uerus caesar
III Item iuli capitolini antoninus pius
IIII Item iuli capitolini marcus antoninus philosophus
V Item eiusdem uerus
VI Aeli spartiani [spartani *B*] didius iulianus
VII Aelii lampridii commodus antoninus
VIII Iuli capitolini heluius pertinax
VIIII Vulcacii callicani .uc. auidius cassius
X Aelii spartani seuerus

---

1) adriano *B. haec inscriptio in B exstat in folio altero recto, in P in folio primo recto.*

2) *cod. Vatic. 1900 Laurent. plut. LXIII 31, Riccardianus:* a diuersis. *Codices alii alia mutant.*

3) *In codice B fortasse ab eadem manu, quae ipsum librum exarauit, certe non multo recentiore, in primo folio uerso, cuius inferior pars cultro desecta est, haec scripta extant:*

EXCERPTA SPARTIANI DE PRINCIPIBVS
De iulio capitolino
De aelio spartiano et de mario maximo
De aelio lampridio
De uulcacio gallicano et auidio cassio
De trebellio pollione
De flauio uopisco.

De quo titulo uide Philol. XXXXIII p. 181 sq.

Digitized by Google

XI Eiusdem pescennius niger
XII Eiusdem antoninus caracallus
XIII Eiusdem antoninus geta
XIIII Aeli lampridii antoninus uarius heliogabalus
XV Eiusdem diadumenus antoninus
XVI Iuli capitolini opilius macrinus
XVII Eiusdem clodius albinus
XVIII Aeli lampridii [lampridi *B*[1]] alexander seuerus
XVIIII Iulii [iuli *B*[1]] capitolini duo maximini [maximiani *P*]
XX Eiusdem gordiani tres
XXI Eiusdem maximus [maxiamus *B*[1]] siue puppienus et balbinus
XXII Eiusdem ualeriani duo
XXIII Eiusdem gallieni duo
XXIIII Eiusdem tyranni [Eiusdem traiani *P*] Cyriades [XXIIII cyriades *P*]
XXV Postumi duo
XXVI Lollianus
XXVII Victorini duo
XXVIII Marius
XXVIIII Ingenuus
XXX Regilianus [religianus *B*]
XXXI Aureolus
XXXII Macrini duo
XXXIII Quietus
XXXIIII Odenatus
XXXV Herodes
XXXVI Meonius
XXXVII Ballista
XXXVIII Valentes duo
XXXVIIII Piso
XL Aemilianus
XLI Saturninus
XLII Tetrici duo
XLIII Trebellianus
XLIIII Herennianus

Deinde sequebantur uitae ipsae eodem ordine quo in conspectu enumeratae erant. quem ordinem Richterus[1]*, quia prior eius pars abhorret a temporum ratione, casu ita ortum esse censuit, ut singula folia codicis archetypi, in quo uitae seruato temporum ordine essent dispositae, diuolsa postea falso conecterentur. equidem tamen adduci non possum, ut recedam ab ea sententia, quam iam in historia critica p. 14 sq. proposui. nam Iuliani et Auidi quidem uitae quo casu loca sua commutauerint, nescio, sed relicuaram ordinis esse haec causa uidetur, quod is, qui has uitas uno corpore coniunxit, quamquam in uniuersum temporum rationem secutus est, non distraxit, quas iam in unum corpus redactas inuenerat, uitas Antoninorum, Caracalli, Getae, Heliogabali, Diadumeni cum Opilio patre. ex his uero Diadumenus et Opilius quamquam ante Heliogabalum regnum obtinuerunt, extremi sunt collocati, quod Diadumenus filius ex scriptoris opinione (cf. XV 5,6 sq. 10,6. XVII 3,1.) Antoninus nothus erat ideoque relicuis postponendus esse uidebatur, pater uero non quia imperator fuit sed quia pater Antonini fuit, hoc corpore receptus est (cf. XVI 7,1—8,1). praeter has uero uitas, quae inter se consilio quodam di-*

---

1) Über die Scriptores historiae Augustae *in mus. Rhen. nou. VII p. 28 sqq.*

Digitized by Google

gestae sunt, omnes ita positae sunt, ut temporum rationi respondeant.

Tum in medio libro conplures quaterniones omnino deperiisse, eos, qui antecedebant, casu falsis locis positos ordinemque perturbatum esse, quae autem prima erant folia partis alterius seruata, multis lacunis haec mutila fuisse iam supra diximus, neque opus erit hoc loco fusius de ea transpositione agere, cum eam rem iam in hist. crit. p. 29 sqq. exposuerim. itaque cum uerus ordo ex hoce exemplo cognoscatur, satis habeo breuiter indicasse, quo ordine singuli quaterniones codicis archetypi inter sese cohaesissent, cum codd. B et P describerentur:

post uerba enim XVIII 43,7 omnes Christianos futuros si id[1]) *sequebatur*

a. *is quaternio*[2]) *qui continebat XVIII 58,1* optate uenisset, omnibus nominibus est ornatus — *XVIIII 5,3* occiso Heliogabalo ubi primum. *deinde*

b. *XVIII 43,7* fecisset et templa reliqua deserenda — et apud populum lectis uario tempore cum etiam de Isauria *XVIII 58,1.*

c. d. e. f. *XVIIII 18,2* sentiunt et Gordianos patrem ac filium Augustos uocarunt. Ergo si uiri estis — con-

---

1) *Vid. hist. crit. p. 31 sq., ubi ultima uerba eius partis codicis, quae in ordine suo remanserat, fuisse docui* Christianos futuros si id, *tum autem proximi quaternionis, qui supra est* b, *initium* fecisset et templa reliqua, *ita ut* optate uenisset *ad initium insequentis* (*supra* a) *pertineat. qui uolgatam constituerat, haec ediderat* Christianos futuros si id optate euenisset et templa reliqua *et q. s., tum uero, cum nusquam reponere posset,* fecisset *et* uario tempore cum etiam de Isauria *omnino omiserat.* — *Postea uidi iam in libris deterioris familiae haec in ordinem suum redacta esse seruatamque u.* fecisset *suo loco. itaque mera coniectura nititur quod Iordanus* (*uid. praefat. p. XV*) *Mommseni auctoritatem secutus nulla causa* primum *ex uit. XVIIII in u. XVIII traiecit, ut in hac ita legeret* Christianos futuros, si id primum fecisset.

2) *Si quidem ueram instituimus rationem de forma cod. archetypi l. s. s. p. 26, quod singulos uersus sexagenas fere litteras, paginas quinos denos uersus continuisse coniecimus.*

Digitized by Google

tradixit, timebant enim seueritatem eius homines uulgares *XXI 8,2.*

g. *XVIIII 5,3* comperit Alexandrum principem — nec solum me sed etiam uos et omnes, qui mecum *c. 18,2.*

Tum haece sequebantur (*XXI 8,2*): quam et senatui acceptissimam et sibi aduersissimam esse credebant. quare *et q. s.*

Falso igitur positus erat quaternio secundus ante primum, septimus ante tertium, uerus autem ordo fuit hice: b. a. g. c—f.

Minor erat transpositio, qua extremae uitae turbatae erant, ubi haec pars XXX (*c. 13,1—15,5*) Augustum appellauerunt — dicebat nullam aliam, *quae fortasse uno folio continebatur, intermissa erat inter uerba c. 2,2* quae illius felicitas' et ,fuit qui fundauit.[1])

Vltima denique illius libri uerba fuerunt:

CONTENDAS FELICITER. EXPLICITAE VITAE DIVERSORVM PRINCIPVM ET TYRANNORVM A DIVO ADRIANO VSQVE AD NVMERIANVM. FELICITER VTERE FELIX.

De aetate, qua conscriptus sit archetypus, non liquet; id unum suspicari licet eum haud ita multo antiquiorem codice B fuisse, quod conplures corruptelae, quibus et B et P laborant, ita sunt conparatae, ut mirum sit, nisi litteris minoribus perperam lectis ortae sint. ut exempla aliquot adferam, in B et P XX 7,2 scriptum est pet(u)nsus *pro* retunsus, *XVIIII 1,7* aculi *pro* occuli, *XX 29,1 et XXI 1,2* apriano *pro* Arriano, *XXI 17,6* retit *pro* petit, *in B I 5,5* dementiae (*pro* clem.), *XI 2,5* clementia (*pro* dem.), *XX 13,8* doacam (*pro* cloacam), *IIII 8,7* insuperant *pro* inruperant, *c. 10,2* deadenda *pro* decidenda, *multa similia.*

---

1) *In uniuersum recte indicatus est uersus ordo iam in P a tertia manu, ut mihi uidetur, conlato aliquo codice familiae interpolatae, quo inspecto etiam aliis locis multa eam adiecisse supra adnotauimus.*

Digitized by Google

Sed iam redeo ad codices enumerandos, ex quibus tertio loco adferenda sunt:

exc. *3. excerpta Palatina, nunc in bibliotheca Vaticana nr. 886, membranacea, forma quadrata minore, saeculi undecimi. ipse Romae contuli cum editione Obrechtiana. est codex miscellaneus, qui ex conpluribus libris diuersae formae et aetatis conpactus est. quae antecedunt usque ad folium duodeuicesimum* excerpta macrobii saturnalium, *eiusdam manus esse uidentur, cuius scriptores historiae Augustae: eadem pagina, qua excerpta Macrobiana desinunt, historia Augusta continuatur. eius excerpta pertinent usque ad ultimum uersum foli quadragesimi recti, et cum folium uersum omnibus litteris uacet mediaque in sententia tenor orationis interruptus sit, casu accidisse uidetur, ut hic excerpendi finis fieret.*

Inc.: EX LIBRO SPARTIANI DE UITA CAESARU EXCERPTUM. INCIPIT DE ADRIANO origo imperatoris. *Expl.* certe campidoctores uestri hanc uos docuerunt contra sarmatas et germanos ac persas (*XVIII 53,9*).

Ordo uitarum, quae insunt, idem est qui in B et P, eademque transpositione altera pars uitae Alexandri et prior Maximinorum est perturbata. scriptores singulis uitis non sunt additi.

Is uero qui excerpsit[1]) *neglegentissime munere suo functus est, ut saepe ne ipse quidem nec quid legeret nec quid scriberet, intellexisse uideatur. cf. XVIII 17,3 ubi haec excerpere non dubitauit:* nam cum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum dies denique numquam transiit, quando non aliquid mansuetum ciuilem pium fecit; *c. 22,4:* Iudaeis priuilegia reseruauit. Christianos esse passus est. esse redimendos atque ditandos. *nihil aliud enim quam singula fragmenta inter se conexuit, non curans*

---

1) Verbis quibusdam Salmasi Gruterique deceptus erraui in eis, quae de horum excerptorum natura in hist. crit. p. 17 contra Bernhardyum dixi.

Digitized by Google

quod saepe in media sententia desineret uel inciperet. perpauca in prioribus uitis, sed quo magis procedebat, plura excerpsit, ita ut uitarum Albini Alexandrique maior pars etiam hic legatur, ex primis autem decem capitibus Hadriani haec tantum transscripta sint:

Origo imperatoris Adriani uetustior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat, si quidem (h *eras.*) adria ortos maiores suos apud Italiam Scipionum temporibus residisse in libris uitae suae Adrianus ipse commemoret (at *sec. m.*). Hadriano pater Aelius Adrianus cognomento Afer fuit, consobrinus Traiani imperatoris, mater Domitia Paulina Gadibus orta. Traianum consobrinum suum et Caelium Tatianum equitem Romanum tutores habuit tamque inbutus grecis studiis, ut a nonnullis greculus diceretur. mortuo Traiano Hadrianus adeptus imperium. de militum etiam aetatibus iudicabat, ne quis aut minor quam uirtus posceret aut maior quam pateretur humanitas, in castris contra morem ueterum uersaretur. ante omnes enitebatur, ne quid uel [*sic m. pr.;* miles *m. sec.*] otiosum uel emeret aliquando uel pasceret. ergo conuersis regio more militibus Brittanniam petit, in qua multa correxit. murum per octoginta milia passuum primus duxit, qui barbaros Romanosque diuideret *et q. s.*

Quae adscripta sunt a manu secunda, uereor ut aliqua eis adtribuenda sit auctoritas, cum plurima, quae correxerit, aut leuia sint aut ita conparata, ut alia facile quicunque legit in mentem uenire possint, alia prorsus falsa atque ficta sint. difficilior est quaestio, quae ipsi tenori orationis fides sit habenda. quem cum Salmasius maximi fecisset, Ant. Beckerus[1]) *ex codice Palatino neglegenter descriptum esse demonstrasse sibi uisus est. cuius sententiam cum ego quoque antea amplexus sim* (hist. crit. *p. 23*), *nunc tamen postquam et ipse excerpta contuli et omnes hos codices uel in minimis corruptelis inter se consentire intellexi, me tum*

---

1) Obseruationum in scriptores historiae Augustae criticarum pars prior. *Vratislauiae 1838 p. 2.*

Digitized by Google

errasse confiteor[1])*; quamquam ne Salmasio quidem, qui etiam Palatino integro haec excerpta praefert, adsentiri possum, cum ex eodem libro originem ducat ex quo B et P, ita tamen ut horum uterque cum maiore diligentia exaratus sit. quae cum ita sint, eum nihil paene ad ipsa uerba constituenda conferre adparet, nam leue est, quod solus ex his tribus libris II 5,11 ueram scripturam exhibet*: alias [alus *B^1 et P*], *IIII 8,9* ipse Romae remansit [Romam *BP*], *V 2,5* Telephum [talephum *BP*], *X 14,13* cur pleraque figuratae [*i. e.* figurate] dixissent [figurata *BPM*], *XV 3,2* credentibus [credentis *BP*], *XVIII 22,8* unumque [unumquemque *BP*] *et fortasse VI 4,3* fumo cruciatos [fumo cruciato *P^1* cruciatu *P^2*, fumo cruciatu *B*].

4. ***codex Vaticanus nr.*** *5301, forma maxima, chartaceus* (*excepto primo folio quod est membranaceum*)*, foliis 240, saec. XV. Incipit:* Spartiani de uita a hadriani imperatoris ad dioclitianum augustum. Origo *Expl.*

contendas feliciter
de possess
BONACCURSIUSAPISA

qui ultimus uersus postea ab aliquo inductus est.

Hic liber quamquam ex codice huius familiae originem duxit, integra tamen eius uerba non exhibet, quia is librarius, qui hunc exarauit, uel qui eum, unde hice descriptus est, suo arbitrio corruptionem illam, quae in uitis Alexandri imperatorumque qui eum secuti sunt transpositione facta erat, sanare studuit. qua quidem in re in uniuersum uerum uidit in uitis Maximinorum et Maximi Balbinique neque

---

1) *Paucos locos hic coniunctos addam, quibus excerpta ex P descripta non esse demonstretur: IIII 12,12 est in P^1* puerum, *in exc.* puerorum (*ut in B et P^2*)*, antea uero* culcitas *ut in B et P^1* (*ubi* culcitras *P^2 correxit*)*, V 2,5 P^1* arprocrationem, *P^2*: arpocrationem, *exc.:* arpocratiorem; *XVIII 3,1 P* [*ut M*]: cum mamea; *exc.* [*ut B*]*:* cui mamea. *nec cod. B usum esse eum, qui excerpsit, hisce locis docetur, quibus excerpta consentiunt cum P, discrepat B; I 13,8* osdroe *P exc.* ostroe *B. III 1,8* dolouella *P^1 exc.^{1}* [dolobella *P^2 exc.^{2}*] donouella *B, multis aliis.*

Digitized by Google

tamen rem absoluit, quod in uit. Max. 18 haece, quae diuersis locis ponenda erant, falso inter se conexuit: sed etiam uos et omnes qui mecum sunt | quam et senatui acceptissimam — nuncuparunt | uario tempore cum etiam de isauria | sentiunt et gordianos patrem ac filium augustos uocarunt. (*cf. hist. crit. p. 30 sqq.*) *sed etiam magis omnia miscuit in uita Alexandri, quod partem hanc:* et templa reliqua deserenda — et apud populum lectis (*c. 43,7 — 58,1*), *quibus initio falso adhaerent uerba:* occiso Heliogabalo ubi primum fecisset (*quae excepta ultima uoce locum suum habent in uita Maximini*), *interposuit post uerba cap. 15,5* capitali poena affecit. *neque felicius ei res cessit in uitis Cari et Numeriani, ubi non minus omnia ab eo perturbata sunt. at in uerbis ipsis describendis etsi corruptio, quod res ferebat, in codice recentioris aetatis, latius uagata est, diligentius esse uersatus uidetur, ita ut uel in eis mendis, ubi emendatio facillima erat, hic liber cum B et P consentiret, nisi quod extremo capite uitae Valeriani iunioris atque primis Gallienorum librarius operae pretium non duxit omnia accurate depingere, ut etiam plures litterae hic desint quam in B et P.*

Hunc librum ipse Romae inspexi, sed cum cognouissem Bonum Accursium non solum possedisse eum sed etiam usum esse, cum editionem principem (quae Mediolani anno M *1475 prodiit) curaret, arteque in uniuersum uestigia eius secutum, et cum iam antea editio illa Mediolanensis a me conlata esset, consilium describendi abieci. ad solas illas lacunas explendas Bonus Accursius alium librum adhibuisse uidetur, cum plura in editione principe exstent quam in codice illo, at in uita Alexandri omnia ita ut in Vaticano confusa inuenerat, typis exprimi iussit; uitae Cari cum quae in Vat. erant, intellegi non possent, omnino omisit capita 1—4,6* delegabant. ego uero *itemque uit. Num. c. 13,1* Augustum appellauerunt — manu sua fuisse *cap. 15,5. praeterea initio plurimarum uitarum, cui imperatori dedicatae essent, addidit, id quod in Vat. solis uitis Aeli, Pescenni, Didi Iuliani adscriptum est. minus libere in singulis*

Digitized by Google

uerbis constituendis ab codice recessit, ut haec editio paucis exceptis locis, ubi editor suo ingenio interdum feliciter saepius parum considerate indulsit aut typotheta falsus est, in uniuersum librum illum Vaticanum repraesentet.[1])

5. codex Ambrosianus signatus A 269 infer. membranaceus, forma maxima, foliorum 216, saec. XV, nitide scriptus. Inc.: Spartiani de hadriani imperatoris uita ad dioclitianum augustum. Origo. *Expl.:* potuisse contendas. *Vita Alexandri eadem transpositione est corrupta qua in B et P, in sequentibus uero uitis et in Cari Numerianique prorsus consentit cum Vaticano 5301, ut ex simillimo fonte fluxisse uideantur, quoniam etiam in eo libro, unde Vat. ille est descriptus, eundem illum capitum uitae Alexandri ordinem fuisse docuimus. quod iudicium scripturis, quas ex eo, cum Mediolani essem, enotaui, satis confirmatur. at uero uitae in eo ita sunt dispositae, ut omnes adcurate respondeant temporum rationi, nisi quod etiam hic Auidi et Didi uitae loca inter se conmutata tenent, atque etiam in uitis Gallienorum minus diligenter uestigia archetypi librarius esse secutus uidetur, cum spatio duorum triumue uersuum uacuo relicto omnino omitteret omnia illa uerborum frustula, quae maximam partem adcurate depicta sunt in Vaticano.*

Denique huc pertinet

6. codex Murbacensis. quem ut inuestigarem quamquam mihi non contigit, tamen et ex ordine, quo uitae positae sunt, et ex scripturis, quae adlatae sunt in exemplo Frobeniano (Basil. 1518), adparet etiam hunc in numero horum codicum esse habendum neque tamen multum noui, etiamsi nobis praesto fuisset, ex eo redundaturum fuisse ad uerba emendanda, cum omnibus in rebus cum B et P facere uideatur. quare eius iactura haud ita dolenda est. multum uero ei libro (quem Frobenius ex monasterio Murbacensi

1) Deceptum esse Iordanum in praefatione editionis p. XX, quod 'ipso Palatino libro usum esse editorem (Bonum Accursium) eiusue apographo' statuit, commentario nostro critico euincetur; totidem enim fere locis cum B consentit editio Mediolanensis quot cum P.

Digitized by Google

casu nanctus erat) scriptura uolgata debet, cum Erasmus, qui editionem illam curauit, plurima menda in altera horum scriptorum parte eius auxilio correxerit conmentis Egnatianis eiectis. ad priorem cum 'octo ternionibus iam impressis' is 'Spartiani uetustus codex' in manus Erasmi perueniret, extremo libro magnum scripturarum discrepantium numerum usque ad Alexandrum Seuerum ex eo adiecit.

Atque hi quidem sunt libri praestantioris familiae, cui quae iam sequetur familia Σ multum bonitate cedit. fallitur enim qui hosce libros quamquam ad unum omnes recentioris sint aetatis, ea re illis praetulerit, quod non sunt corrupti eadem foliorum transpositione, qua qui modo a nobis enumerati sunt.[1] *nam siue haec collocatio rectior ingenio eius, qui omnium horum codicum communem fontem exarauit, debetur, siue descriptus est ille liber eo tempore ex archetypo, cum folia nondum essent inter se conmutata aut denuo in pristinum ordinem redacta, hoc quidem constat omnino nihil ex eis peti posse ad ipsa uerba uia et ratione melius constituenda: tam incredibili libidine iam is codex, unde hi omnes fluxerunt, deprauatus fuit. qua in re nescio an maior fuerit librari leuitas et ignorantia, qua in legendo scribendoque usus est, an audacia, qua aliorum uerba pro suis habens saepe sine ulla causa mutauit, ut quod I 1,4 scripsit:* Vlpium Traianum praetorium uirum consobrinum suum, *ubi in familia Π est:* Traianum praetorium tunc consobrinum suum; *XIII 2,8* ut solet placatis atque inde Romam contendens redit (contendens *deest in Π*), *cap. 3,3* ob hoc retentus ne uideretur ac augeretur fratris occisi crudelitas (retentus ne augeretur fratris o. c. *Π*), *cap. 5,7* designati sunt eo tempore (damnati sunt *Π*). *multa alia exempla ex Casauboni commentariis peti possunt, cuius codex Regius eiusdem est familiae. porro uersus ille graecus XVIII 18,5 atque etiam multa uerba latina, quae primo adspectu legi non possent, omnino omissa,*

---

1) *Huic etiam manus recentissima codicis Palatini (P^3) ordinis restitutionem, quam in margine significauit, debet.*

Digitized by Google

lacunae uitae Valeriani iunioris Gallienorumque neglectis fragmentis, quae non quadrare uiderentur, expletae, uita Valeriani maioris ita transformata ordine capitum conmutato (*cf.* hist. crit. *p. 29*) *atque frustulis Eutropianis Victorianisque adspersis, ut omnino alius euaderet liber*[1]), *totae sententiae aliis locis positae, post uitas Maximi Balbinique res eorum imperatorum, quorum uitae in archetypo interciderant, paucis enarratae, ut omnium imperatorum uitae inde ab Hadriano usque ad Numerianum hoc uolumine re uera continerentur. quae uerba cum omnes codices eisdem mendis grauioribus iam deprauata exhibeant, nullum ex eis descriptum esse adparet ex eo ipso libro, in quo haec interpolata sunt, sed etiam saepius hanc scripturam interpolatam iam repetitam fuisse, cum codex ille, ex quo haec familia communem originem duxit, scriberetur. Interiecta autem sunt haece:*

Hic ab historiographis obmittuntur duo Decii, qui de Pannonia Budalie[2]) antiquam originem traxerunt. quorum antiquior multis dignitatibus claruit, uir industria militari strenuus. ambo Caesares appellati, sed prior a plerisque dictus est Augustus, qui Valerianum amicum habuit et prouexit. huius fraude Philippus imperator cum filio interfectus est quamuis diuersis locis.

---

1) *Hoc enim initium propositum est:* Valerianus inter haec in Retia existens ab exercitu Augustus est appellatus uolente populo ac senatu gaudente. fuit enim uir nobilis scientia et eloquentia clarus, qui per multas dignitates ac officia rem p. nobilissime administrauit. fuit enim praetor insignis, censor aequissimus. post adeptum principatum in dispositione ducum et magistratuum nemo iustior, nemo melior. quo tempore Romae Galienus filius eius a populo Caesar est appellatus. Valerianus igitur cum ingenti exercitu profectionem parauit in Persas relicto, ut plerique asserunt, Romae filio Galieno. Denique Valerianus regnum Persarum potenter inuadens incauto suorum ductu a Sapore Persarum rege captus est et ignominiosa apud Persas seruitute consenuit ac infamis officii, donec uixit, damnationem sortitus, ut ipse accliuis humi regem semper ascensurum in equum non manu sed dorso attolleret. Sapori rex regum *et q. s.*

2) *Sic codd.; mihi* Budalie *ut infra* Danubium *ex glossemate esse ortum uidetur.*

Digitized by Google

hic etiam obmittuntur ab eisdem duo alii, qui post praedictos imperium inuaserunt, uidelicet Gallus cum filio suo Volusiano, qui nihil memoriae reliquerunt. sub his Aemilianus in Moesia res nouas molitus. ad quem comprimendum cum ambo profecti essent, Interamnae[1]) interfecti sunt non completo biennio. sola pestilentia morbo et aegritudinibus eorum fuit cognitus principatus.

Aemilianus obscurissime natus obscurius imperauit, si quidem Maurus fuerat, ac tertio mense periit.

Sed ut transeam ad codices singulos huius familiae enumerandos, ex quorum magno numero primum eorum tantum habebo rationem, quos ipse examinauerim, insignem quendam ex eis obtinent locum:

7. codex Vaticanus nr. 1902 membranaceus, fol. 265, saec. XIIII, diligenter exaratus. Incipit: In hoc uolumine continentur uitae infrascriptorum: uita hadriani edita ab helio spartiano, *dein sequitur conspectus uitarum scriptorumque, ex quibus Vopiscus est appellatus Voposcus, et folio primo uerso praemisso genuino titulo:* Vite diuersorum principum et tyrannorum a diuersis composite *haec:* Spartiani de uita hadriani. Origo. *Expl.:* contendas feliciter. expliciunt uite diuersorum principum etyrannorum a diuo hadriano usque ad carinum a diuersis composite.

8. codex monasterii sanctae crucis Florentini, nunc Laurentianus plut. XX nr. 6, membranaceus, saec. XV. Incipit:
adrianus.

gesta romanorum imperatorum et eorum qui tenuerunt seu inuaserunt remp. conscripta a diuersis auctoribus. ab adriano usque ad numerianum. helius spartanus (*sic*). Origo.

Expl. contendas
feliciter

expliciunt gesta diuersorum principum et tyrannorum qui rom. remp. tenuerunt deu (*sic*) inuaserunt ab adriano usque ad numerianum.

---

1) inter danubium amnem *codd.* Interamnae *scripsi cum Eutropio VIIII 5, unde haec descripta sunt.*

Digitized by Google

Cum enim in ceteris libris, qui huius familiae sunt, Alexandri uita non Lampridium sed Spartianum scriptorem prae se ferat, horum uterque omnes uitas eisdem tribuit scriptoribus, quibus codices quos primo loco posui; atque cum in ceteris uitae ita collocatae sint, ut temporum rationi responderent, nisi quod Auidius falso post Didium collocatus est, in codice Florentino idem est ordo uitarum qui in familia Π, in cod. Vaticano autem, quamquam librarius in uniuersum temporum rationem secutus est, uestigia tamen quaedam supersunt pristini illius ordinis, quod Auidius Didiusque etiam hic loca inter se conmutata obtinent. in singulis uero uerbis interpolatio in Vat. minus late progressa est, quoniam saepe ueram seruauit scripturam, cum cod. Flor. prorsus faciat cum ceteris libris huius familiae.

In horum numero sunt habendi:

9. codex Regius n. 5807, membranaceus, saec. XV (catal. reg. IIII p. 159), nitidissime scriptus, post Suetonium has uitas continet fol. 118—263. Incipit Gesta romanorum principum seu tyrannorum et rei pu. inuasorum a diuo adriano usque ad numerianum augustum ab historiographis scripta diuersis. Et primo de diuo adriano helius spartianus incipit. Origo. *Desinit fol. 263 uerso med. in haec uerba (XXX 15,7)* dictum est de caro. dictum est de numeriano. superest nobis numerianus, *ut c. 16—21 omnino desint. Cum uero iam dudum optassem, ut adcurate descriptum etiam huius familiae exemplum haberem, uir clarissimus de Gerber, qui ministerio nostro scholastico Saxonico praeest, auctoritate et intercessione sua benignissime inpetrauit, ut hic liber, quem iam Casaubonus aliquot locis inspexerat, Parisiis Misniam ad me transmitteretur, ubi eum totum excussi. discrepantiis uero eius adnotationem nostram criticam onerare nolui, praesertim cum maiore parte huius editionis typis iam expressa eum acciperem; itaque uitae Hadriani uarias scripturas in fine praefationis praeter orthographicas omnes adscripsisse satis esse duxi, unde et quanta libidine is, qui primus hunc contextum constituit, usus et quantum per conplures gradus haec consti-*

Digitized by Google

tutio inscitia et neglegentia librariorum corrupta sit, quasi sub oculos subiciatur.[1]) *illud tamen, ne a ueritate aberrem, dissimulandum mihi non est eum, a quo hoc codicum genus repetendum est, iudicio non caruisse, munere autem functum esse non eius, qui quam religiosissime exempli sui uerba depingeret, sed saepe eius, qui quam materiam indigestam collegisset, hanc disponeret et in ordinem redigeret. uelut uitam Marci, opus Capitolini ex duobus auctoribus sine arte excerptum (uid. Philol. XXXXIII p. 155), in partes suas dissoluit plurimisque enuntiatis aut transpositis aut omissis opus quasi nouum fecit, quod multo melius est quam Capitolini. etiam uitarum Maximinorum, Gordianorum, Maximi et Balbini partes quasdam, quae rerum ordinem turbant, remouit aut aliis locis posuit, maximeque adclamationum senatus fastidiosam longitudinem in breuius spatium contraxit. ex hac autem ipsa re adparet, quam caute de eius discrepantiis uerborum iudicandum sit, quamuis per se probabiles uideantur. nominum quidem propriorum deprauatione miserrima etiam archetypum huius totius familiae bonitate codicum B et P coniunctae autoritati cedere ostenditur.*

10. codex Vaticanus nr. 1898 chartaceus, saec. XV. Incipit: Gesta romanorum principum seu imperatorum et reip. inuasorum a diuo adriano usque ad numerianum augustum ab historiographis scripta diuersis et primo de iam dicto helius spartianus incipit feliciter. Origo. *Expl.:* contendas feliciter. *In hoc non solum Alexander sed etiam Heliogabalus falso Spartiano adtributus est.*

11. codex Vaticanus nr. 1897 membranaceus, saec. XV. Incipit ut Vat. 1898, dein pergit et primo de iam dicto diuo adriano helius spartianus incipit feliciter. Origo. *Expl.:* contendas helii spartiani opus feliciter explicit. *Non*

1) *Exempli causa ex ceteris uitis hos locos contemplare: VI 3,7* petentes eos *pro* per ordinem paraeneseos, *14,8* filios qui *pro* philosophi, *XVII 6,3* cretam in Etruria *pro* certamine curuli, *XXVIII 22,2* quem inuenio *pro* quinquennio, *XXVIIII 8,10* calices tibi albos fortes diuersi coloris *pro* c. tibi allassontes uersicolores, *XXX 8,5* circumstantium *pro* coruscationum.

Digitized by Google

omnia a librario descripta sunt, cum saepe, quae ei longa uiderentur, omnino praetermitteret, alia in breuius cogeret.

12. codex Laurentianus plut. LXVI nr. 32 chartaceus. Incipit ut cod. Vat. 1897. Expl.: neque quemquam alium principem sic amatum. *etiam in hoc aliquot locis narratio breuiata est.*

13. codex Ambrosianus signatus C 110 infer. membranaceus, saec. XV, binis columnis scriptus. Inc.: Gesta romanorum imperatorum et eorum qui caesares seu augusti simpliciter appellati sunt et tyrannorum qui romanum imperium inuaserunt ab adriano usque ad numerianum. *Expl.:* contendas. Finis feliciter. sit Deo Gratias. Expliciunt gesta diuersorum principum cesarum et tyrannorum qui Romanam remp. tenuerunt uel uiolenter inuaserunt ab adriano usque ad numerianum.

14. codex Neapolitanus musei nationalis, quod nunc dicitur, signatus IIII E 39, saec. XVI ineunte Parrhasi manu conscriptus, ut Ianellio (catal. p. 168) uidetur. chartaceus. Continet Valeri Flacci Argonautica et Q. Sereni medici librum, dein hosce scriptores sed maximam partem excerptos, denique inscriptiones quasdam. hice scriptores, quibus a recentiore manu superscriptum est helius spartianus, *incipiunt:* Hadriani origo uetustior. *expl.:* erichenus scripsit uiuorum uita principum non sine reprehensione dicitur

deficit exemplar.

Ψ *Tertiae denique familiae (Ψ), cuius naturam iam supra adumbrauimus, antiquissimus idemque optimus est:*

V *15. codex Vaticanus nr. 1899 membranaceus, saeculi XIIII, eleganter scriptus, foliis 141, forma maxima. Incipit:* Gesta et uitas superscriptorum principum scripserunt infra scripti istoriographi

uitam helii adriani scripsit helius spartianus

tum sequitur conspectus uitarum scriptoribus additis eodem ordine quo in B et P digestarum. Expl.: contendas feliciter. Explicit uite diuersorum principum et tyrannorum a diuo adriano usque ad numerianum. feliciter utere felix.

Digitized by Google

Ipse Romae uitam Hadriani et partes aliquot uitarum aliarum contuli.

Descriptum autem esse hunc librum ex codice, qui erat simillimus codd. B et P, cum ex multis rebus tum inde adparet, quod eadem transpositione in eo perturbatae sunt uitae Alexandri, Maximinorum, Gordianorum, Maximi Balbinique, tum Cari et Numeriani; sed cum ille (ut P a tertia manu) iam correctus esset ab aliquo, qui librum aliquem familiae Σ ante oculos haberet, neque is, qui hunc librum Vaticanum conscripsit, religiose distingueret diuersas manus, factum est, ut eius auctoritas admodum dubia sit atque, cum aliis locis easdem genuinas scripturas praebeat quas B et P, tamen, quamuis saepe haud inprobabiliter lacunas expleat, nihili ducenda, cum faciat cum libris deterioribus. quod meum iudicium uerum esse et toto conmentario critico uitae Hadriani subiecto, ubi omnes fere discrepantias scripturarum ex eo enotaui, satis demonstrabitur, et duobus maxime locis, in quibus describendis librarius tam neglegenter uersatus est, ut non solum id quod prima manus scripserat, sed etiam quod altera addiderat, in tenorem orationis reciperet. quorum altero (4,10) haec in Vat. exstant: supposito qui pro Traiano fessa uoce loquebatur uel loqueretur. adeptus [loquebatur *B* P^1 loqueretur P^3 *uolg.*], *altero (7,5):* ne magistratus hoc honore uel onere grauarentur.[1])

Rariora relicta sunt uestigia scripturarum genuinarum in ceteris libris manu scriptis, cum multo plura reciperentur ex scripturis interpolatis. primum enim etiam ea, quae foliorum transpositione suo loco mota erant, auxilio codicis alicuius interpolati in uerum restituta sunt exceptis uocibus fecisset *et* optate uenisset. *(uid. sup. p. XIIII.) quae uoces cum distinctione falso loco facta in sententias, in quas non quadrabant, locis inter se conmutatis intrusae essent, factum*

1) Nimiam igitur tribuit huic libro auctoritatem G. Bernhardyus (prooem. p. 4), quod eum in eodem gradu praestantiae ponit in quo Bambergensem.

Digitized by Google

est, ut omnino omitteretur u. fecisset, *cum XVIIII 5,3:* occiso Heliogabalo ubi primum fecisset comperit Alexandrum principem nominatum *omnem perpetuitatem interrupturа fuerit, XVIII 43,7 id, quod postea uolgatum est, exstaret:* reppererant omnes Christianos futuros si id optate euenisset et templa reliqua deserenda. *in uitarum ordine nihil est mutatum, ut idem sit qui in B et P.*

Ex codice sic correcto fluxit

16. codex Vaticanus nr. 1901, saec. XVI item a me Romae inspectus. est membranaceus, forma maxima, nitidis picturis ornatus atque eleganter scriptus anno domini, ut est in subscriptione, millesimo quadringentesimo septuagesimo. Incipit: Alii spartiani in diui hadriani uitam liber incipit. Origo. *Expl.:* contendas feliciter. explicite uite diuersorum principum et tyrannorum a diuo hadriano usque ad numerianum. *quibus uerbis est adiunctus conuitarum et scriptorum.*

Sed in hoc uerba ipsa in uniuersum intacta relicta sunt, at uero in aliis etiam haece manum emendatricem experta sunt, ita ut genuina scriptura saepe euanesceret, et quamuis multis aliis locis ueras seruauerint scripturas, aliis conspirent cum libris deterioribus. neque tamen quidquam aliud factum quam ut singula uerba corrigerentur, ita ut desit supplementum illud post Maximi Balbinique uitas interiectum, uitae Valerianorum ita exstent ut in B et P, Gallienorum capita prima, quamquam spatia litterarum saepe contracta sunt, nondum tamen eadem libidine interpolata sint, qua in codd. fam. Σ.

Horum librorum, qui item omnes a me inspecti sunt, facile optimus est:

17. codex Riccardianus nr. 551 membranaceus, forma maxima, nitide scriptus, saec. XV. Incipit: Vitae diuersorum principum et tirannorum a diuersis composite. *expl.:* contendas feliciter. Explicite uite diuersorum principum et tyrannorum a diuo hadriano usque ad numerianum.

Ceteri hi sunt:

18. codex Vaticanus nr. 1900 chartaceus, forma

Digitized by Google

maxima, binis columnis scriptus, saec. XV. Inc.: Vite diuersorum principum et tyrannorum a diuersis conposite. adriani imp. uita incipit. Origo. *Expl.:* contendas feliciter.

19. codex Vaticanus nr. 1903 membranaceus, forma maxima, saec. XV, eleganter scriptus cum nitidis picturis. Incipit: Vite diu. pr. et tyr. a diu. compositae. Hadriani imp. uita incipit. lege feliciter. Origo. *Expl.:* contendas feliciter. Explicite u. d. p. et t. a diuo hadriano usque ad numerianum. Bart̃ Blañ scriptor usu reuerendissimi pr̃is diui Bartolomei uicecomitis epĩ nouariensis et comitis.

20. codex Ottobonianus nr. 1304 membranaceus, forma maxima, eleganter scriptus, saec. XV. In primo folio recto haec sunt: Ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Alcaemps. Helii Spartiani historiae. *Inc.:* Helii Spartiani Hadrianus imperator incipit. Origo. *Expl.:* contendas feliciter.

21. codex Laurentianus plut. LXIII nr. 31 membranaceus, saec. XV, clare quidem sed cum multis erroribus scriptus. forma maxima. Inc.: Incipiunt uitae diu. pr. et tyr. a diuersis conposite et primo incipit uita diui adriani ab elio spartiano scripta. Origo. *Expl.:* contendas feliciter. FINIS. Finiunt uitae d. pr. et tyr. a diuo adriano usque ad numerianum.

Liber Petri de Medici cos. fil.

Longe uero plurima ex familia Σ recepta sunt in

22. codice Vrbinate nr. 414. est membranaceus, forma maxima, saec. XV, eleganter scriptus. in primo folio uerso haec exstant: In hoc codice continentur elius spartianus de uita cesarum [cum *postea additum*] additionibus quorundam scriptorum. *in secundo folio:* Elii spartiani de uita et moribus hadriani imperatoris enarratio incipit. Origo. *Expl.:* contendas foeliciter. finis. expliciunt uitae diuersorum principum et tyrannorum a diuo adriano usque ad numerianum. *Originem autem duxit etiam hice liber ex codice familiae Ψ, cum item falsam illam scripturam XVIII 43,7,* cum optate uenisset *exhibeat; sed cum in aliis sola singula uerba mutata sint, in hoc etiam ea, quae*

Digitized by Google

post Maximum et Balbinum in libris deterioribus intermissa sunt, addita sunt, deinde uita Valeriani ita suppleta capitibus transpositis ut in illis libris, denique nomini Lampridi, a quo Alexandri uitam scriptam esse meliores codices testantur, etiam Spartiani, cui in deterioribus adtributa est, adscriptum est, ut haec in fronte eius exstent: uita alexandri seueri elii lampridii spartiani ad constantinum augustum.[1])

Ex relicuis codicibus, quorum ab aliis mentio facta est, codicibus familiae Σ sunt adnumerandi duo codices, quos

---

1) *Ne quis me praeterisse neglegentia codicem quendam bibliothecae Vaticanae suspicetur, in quo 'Aelii Lampridii orationes et alia opuscula' contineri Montefalconius (biblioth. mss. tom. I p. 287) dicit, Lampridius est poeta laureatus, qui carmina misit ad Carolum Francorum regem. — Alius codex Vaticanus nr. 5114 saec. XV flores continet et ex aliis et ex hisce scriptoribus collectos, qui cum perpaucas sententias excerptas contineat, omnino nullius est preti. incipit p. 32* incipiunt flores ex uita ellis imperatoris collecti ex istoria ellij sparciani auctoris operis istoriographi. Verba ellij Vxor enim dignitatis nomen est non uoluptatis. faustus quintillus. Non debet imperare is qui armis aduersario non potest resistere. uerba auctoris. *Expl. p. 36:* sed sibi habeat artes suas timiditas calcanda uirtutibus. — *Iordanus (cf. praefat. p. X) praeter Palatinum integrum et excerpta hosce libros bibliothecae Vaticanae inspexit: Vatic. n. 1899. 1901. Ottob. 1304. Vat. 5114. Vatic. 3311 ('continet Diadumenum Opilium Macrinum Alexandrum uitas manu Pomponii Laeti scriptas'). quorum qui ultimo loco ab Iordano est positus, me fugit, quos ego praeter illos in bibliotheca Vaticana sex inueni, Iordanum. — Curiositatem meam mouerat quod scriptum est in catalogo regio Parisino IIII p. 160 'Membranaceus, olim Colbertin. 1750. continet Ambrosium, Augustinum etc. tum Iulii Capitolini, Aelii Lampridii, Aelii Spartiani, Trebellii Pollionis et Flauii Vopisci fragmenta. Is codex non unius librarii manu saec. X, XI et XIIII saec., ut uidetur, exaratus est'. Itaque eum a. 1878 Parisiis ipse inspexi. sed spes me magnopere fefellit, saeculo enim XIIII uel XV congestae perpaucae quaedam sententiae uersusque in eo insunt, ita ut omnino nullius sit preti. — Compendium quoddam uitarum imperatorum Romanorum ex his scriptoribus et ex Ammiano Marcellino desumptum exstat in cod. Patauino saec. XV, de quo uid. L. Roth ad Aem. Prob. p. III.*

Digitized by Google

Fea[1]) *inspexit, bibliothecarum Romanarum Chigianae et Angelicanae, quorum notitiam debeo Marquardtio Gothano, uiro humanissimo. hos ut ipse Romae uiderem, frustra operam consumpsi, cum bibliothecae Chigianae identidem mihi petenti aditus non praeberetur, codex Angelicanus in catalogo eius bibliothecae, qui omnes libros diligenter enumeratos continet, non exstaret, ut periisse uideatur. cum tamen in utroque I 5,2* Bactriani *pro eo quod familiae Π et Ψ exhibent* Brittani, *c. 19,10* lauacrum agrippine *pro* lauacrum agrippae *se legisse Fea enotauerit, eos in numero codicum familiae Σ esse ponendos satis constat.*

Praeterea Casaubonus usus est libro quodam Augustano et codicibus Angeli Politiani, Vincenti Pinelli, Cuiaci, Turnebi; e quibus tamen cum perpaucas adtulerit scripturas, id unum adfirmare licet eos non ita abhorrere a Regio neque in optimorum librorum numero esse habendos.

Denique ex eis libris, quorum in bibliothecarum catalogis mentionem esse factam inueneram quosque in hist. crit. p. 25 collectos adtuleram, ut hosce ipse uiderem, nondum mihi contigit: codicem Regium nr. 5816 membran. anno 1356 exaratum et cod. eiusdem bibliothecae nr. 5817 membr. saec. XV, qui tamen Alexandrum Lampridio, non Spartiano ut cod. Reg. nr. 5817 adtribuunt, ut fortasse fam. Ψ adnumerandi sint (catal. reg. IIII p. 159 et 160), Malatestianum plut. XV nr. 4 (ap. Mucciol. p. 90) saec. XV, in quo idem illud supplementum Mucciolo legit quod in libris fam. Σ post uitas Maximi Balbinique est, Middlehillanum 2163 saec. XIIII membran. (Haenel. catal. libr. mss. p. 462).[2])

Omnes tamen cum recentioris sint aetatis, uereor, ut multum ex eis ad hosce scriptores emendandos redundet.

---

1) *cf.* Effemeridi letterarie Rom. 1821 Ottobre fasc. 13 *et* Difesa di Elio Spartiano per la vita di Lucio Elio Vero Cesare *in* Atti dell' accademia Romana d' Archeologia *III p. 103—117.*

2) *In museo Britannico codicem horum scriptorum adseruari Iordanus in praef. p. XI me docuit.*

Quae cum ita sint, unos omnium sequendos esse codices Bambergensem et Palatinum adparet. relicui enim, qui omnes scriptores non redactos in conpendium contineant, quamquam non sunt descripti ex alterutro eorum, tamen fluxerunt ex libris, qui eis erant simillimi eisdemque lacunis atque grauibus mendis erant corrupti. sed cum B et P archetypi scripturam fere integram seruauerint, ceteri exceptis codicibus duobus, quos quarto quintoque loco posuimus, ut genuinam scripturam aliquot locis eos seruare potuisse a uero non abhorreat, tamen tanta libidine correcti atque mutati sunt, ut eorum auctoritas prorsus nulla sit, cum discernere nequeas, utrum ea scriptura, quae haud contemnenda uideatur, a scriptore ipso an ab interpolatore profecta sit. eodem in numero etiam codicem Vaticanum nr. 1899, qui inter hosce facile praestantissimus est, esse habendum iam supra exposuimus, atque etiam codicis Vaticani 5301 (4) et Ambrosiani A 269 inf. (5) auctoritates multum cedere B et P, praeterquam quod aetate multo recentiores sunt, inde conligitur, quod etiam hosce in quibusdam rebus manum interpolatoris prae se ferre supra docuimus. ita tantum eorum fidem in subsidium uocaui, ut codicibus B et P inter se discrepantibus eam scripturam, cum utraque ferri posset, in textum reciperemus, cui editio Mediolanensis (M), quam Bonus Accursius codice Vaticano usus curauit, adstipularetur.

A qua ratione in rebus orthographicis discedendum fuisse non est quod pluribus demonstrem, cum ed. Med. ex codice recentioris aetatis fluxerit. itaque cum certum aliquem scribendi modum hisce scriptoribus obtrudere nollem, in ea re sola uestigia B et P, quoad licebat, secutus sum, si inter se consentirent, etiam tum cum sibi non constarent. codicibus B et P uero inter se dissentientibus eam scripturam recepi, quae aut cum aliis locis eorundem scriptorum congrueret, aut inscriptionibus antiquissimisque libris mss. magis confirmaretur.

In adnotatione critica omnes scripturas discrepantes codicum B et P, quoad fieri potuit, diligentissime adposuimus,

Digitized by Google

ut quod in contextu legitur, ni contrarium commentario adfirmatur, in eis exstare existimandum sit, nisi quod exceptis nominibus propriis non ubique diligenter inde a uita Aeli enotauimus, utrum u *an* b, e *an* ae *an* ę *in eis esset. eandem rationem secuti sumus in diuersis manibus distinguendis, ita ut si alteram manum* (B^2 *uel* P^2) *uel priorem* (B^1 *uel* P^1) *in adnotatione adtulimus, prior uel altera id praebeat, quod in contextu est. solam manum tertiam codicis P* (P^3) *inde a uita Aeli selectis tantum modo locis respicere soliti sumus. deinde etiam ex excerptis Palatinis non addidimus scripturas discrepantes nisi grauiores; neque operae pretium esse duximus adcurate enarrare, quae excerpta sint, quae non excerpta. quam ob rem nihil ex silentio de eorum scriptura concludi posse consentaneum est. porro discrepantias editionis Mediolanensis neglectis erroribus, quos typographi culpa commissos esse quiuis uideat, potiores omnes fere adscripsimus et propter eam, quam supra conmemorauimus, causam et ut omnes libros non solum B et P uel in minimis rebus plerumque inter se consentire adpareret; denique ad uitam Hadriani scripturas codicis Vaticani nr. 1899 notauimus ad confirmandum iudicium, quod supra de eo tulimus.*

Coniecturis primum auctorem adscribere solitus sum, ita tamen, ut eas, quas et ipse in recensendo quondam hoc libro et editores Berolinenses eorumque adiutor Theodorus Mommsen inueneramus, duplici auctoritate firmarem; nam quoniam hi eisdem fundamentis, quae ipse quattuor annis ante in dissertatione mea struxeram, usi sunt, non est mirum, quod saepe ad idem remedium corruptelarum deducti sumus. si deest auctor emendationis, quae in orationis tenorem recepta est, iam inde ab Erasmo ea uolgata est.

Diuendita prioris recensionis haud exigua exemplorum copia operae pretium mihi fecisse uideor, quod ante hos uiginti annos non deterritus Henrici Iordani et Francisci Eyssenhardti subito conatu ea, quae per septem fere annos ipse

Digitized by Google

collegeram et excogitaueram, cum parata iacerent, deprompsi publicique iuris feci. nolo nunc conspectum illum errorum iterare, quibus eorum editio maxime in adparatu critico scatet (cf. edit. prioris p. XXX sq.), sed restare multa etiam in meo opere, quae emendatione egerent, ne tunc quidem me fugit, quam ob rem frequenter ad hos scriptores tractandos me retttuli et aliorum specilegiis et meo studio aduocatus. quamquam fateor plurimas spicas a quibusdam propositas esse, in quibus explorandis omnia grana desiderarem, ut ex coniecturis plus mille ducentis paucas dignas haberem, quae in uerba scriptorum reciperem. multo largior messis ab eis facta est, qui qua ratione hae uitae conpositae et scriptae essent, inquirerent. sed de his aliisque inuentis quid ipse sentirem in Philologo XXXXIII p. 137–194 nuper fusius exposui[1]), nunc omnes eas coniecturas, quae his uiginti annis in cognitionem meam uenerunt, in adnotatione enumeraui, ne quis me iniquius de eis iudicasse exprobraret. aegrius autem tulissem, si alterius longe utilioris operae fructibus hic liber caruisset, quam etsi significare parua ex parte potui idque ea qua par erat cautione, sperabam tamen uel his nudis signis ad has uitas rectius aestumandas et intellegendas quaedam redundatura esse. itaque si quis binos auctores ea ratione excerpserat, ut quae de eisdem rebus uel de eodem temporis spatio descripsisset, postea inmutata consereret, uelut Capitolinus in uita Marci uel Spartianus in u. Seueri (cf. Philol. l. s. p. 154 sq. 159 sq.), his signis ‖⸢— ‖ distinxi, alia, quae ex alio auctore ipsi narrationi inserta sunt, ita ut hanc amplificent uel suppleant, his ⟦— ⟧, denique eas adnotatiunculas, quae aliunde alienis locis inspersae sunt, ut tenorem orationis saepe molestissime turbent (cf. Philol. l. s. p. 157 sq.), his ⟨—⟩. quae his uncis [—] inclusa sunt, non ab ipsis scriptoribus uitarum sed a librariis esse repetenda uidentur.

1) *De aliis rebus in libro ampliore disputabo, qui proxime spero in aedibus Teubnerianis prodibit et inscribetur 'Die biographische Litteratur am Hofe der römischen Kaiser'.*

Digitized by Google

Vitas quod nunc numeraui, multorum conmodis, qui horum temporum minus periti essent, me seruiisse arbitror.

Ceterum in ipsis uerbis constituendis eandem rationem tenui quam in priore editione (uid. supra p. XXXII), in adnotatione critica illud nouaui, ut eas uel discrepantias codicum uel coniecturus, quibus ueram scripturam uel seruatam esse uel restitutam ueri simile esset, diductis litteris excudi iuberem. est enim admodum lubricum hoc iudicium diiudicandi, quid ipsorum scriptorum inscitiae, quid librariorum neglegentiae debeatur.

Multa correxi in indice, qua quidem in re egregie adiutus sum libris I. Kleinii (Fasti consulares), *O. Hirschfeldi* (Untersuchungen auf dem Gebiete der röm. Verwaltungsgeschichte), *Friedländeri* (Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms).

Denique duas appendices subiunxi, quarum priore ex litterarum ordine eos uiros doctos congessi, qui saepe in adnotatione nominati sunt. malui enim, ut chartae parcerem, libros uel diurna, quibus eorum coniecturae publicatae sunt, semel hic proponere, in adnotatione solius paginae numerum; altera discrepantias codicis Regii n. 5807 (uid. p. XXIIII) ab hac editione enotaui, qua quantum in deteriore codicum familia corruptio grassata sit, facile unus quisque uidebit.

De plagulis emendandis optume merita est Conradi Seeligeri collegae prompta adsiduitas.

Misniae mense Martio a. CIƆIƆCCCLXXXIII.

APPENDIX PRIOR

Aem. Bährens, Aduersaria critica in script. hist. Aug. in Fleckeiseni annal. CIII (1871) p. 649—664.

Ant. Becker, Obseruationum in script. hist. Aug. criticarum spec. I. dissertat. Vratisl. 1838.

Godofr. Bernhardy, De script. hist. Aug. prooemia duo. Halis 1847.

Aem. Brocks, De quatuor prioribus script. hist. Aug. dissert. Regimonti 1869.

Digitized by Google

Aem. Brocks, Studien zu den script. hist. Aug. Progr. Marienwerder 1877.

— —, Zu den script. hist. Aug. in Wissenschaftl. Monatsblätt. V (1877) p. 119—120. VI (1878) p. 60—64.

I. I. Cornelissen, Coniectanea latina, Dauentriae 1870.

— —, Mnemosyne XI p. 246—259.

Car. Czwalina, De epistularum actorumque, quae a script. hist. Aug. proferuntur, fide atque auctoritate part. I. Diss. Bonn. 1870.

H. E. Dirksen, Die Script. hist. Aug., Leipzig 1842.

Gemoll, Specilegium crit. in script. hist. Aug. Progr. Wohlau 1876.

C. Giambelli, Gli scrittori della storia Aug. studiati principalmente nelle loro fonti. Atti dell' accad. dei Lincei ann. 278 (1880—81) p. 1—185.

Iul. Golisch, Beiträge zur Kritik der script. hist. Aug. Progr. Schweidnitz 1870 p. XIII—XVIIII.

— —, Zu den Script. hist. Aug. in Fleckeis. annal. CIII (1871) p. 646—648.

— —, Fortgesetzte Beiträge zu den Script. hist. Aug. Progr. Schweidnitz 1877.

M. Haupt, Varia, opusc. III p. 421—424; p. 462 sq.; p. 476 sq. Coniectanea, opusc. III p. 580; p. 629.

M. Hertz, Miscellen in Fleckeis. ann. CVIIII (1874) p. 259—261.

O. Hirschfeld, Bemerkungen zu den Script. hist. Aug. in Herm. III (1869) p. 230—232.

A. Kellerbauer, Zu den Script. hist. Aug. in Fleckeis. ann. CXV (1877) p. 623—648.

I. Klein, Kritische Bemerkungen zu den Script. hist. Aug. in mus. Rhen. n. XXXVII (1882) p. 274—291.

Fr. S. Krauss, De praepositionum usu apud sex script. hist. Aug. Diss. Vindobonae 1882.

I. N. Maduig, Aduersaria crit. II p. 630—651.

I. Oberdick, Die neuesten Textesausgaben der Script. hist. Aug. in Zeitschr. f. d. österr. Gymn. XVI (1865) p. 727—745.

Digitized by Google

I. Oberdick, Zu den Script. hist. Aug. in eisdem diurn. XVIIII (1868) p. 340—343. XXIII (1873) p. 803—807.
— —, Beiträge zur Erklärung u. Kritik des Aeschylus. Progr. Glatz 1870 p. 9—10.
C. Paucker, De latinitate script. hist. Aug. meletemata. Dorpati 1870.
R. Peiper, Zu den Versen der Script. hist. Aug. in mus. Rhen. n. XXXII (1877) p. 524—526.
M. Petschenig, Beiträge zur Textkritik der Script. hist. Aug. Wien 1879.
Ioh. Plew, De diuersitate script. hist. Aug. Diss. Regimonti 1869.
— —, Marius Maximus als directe u. indirecte Quelle der Script. hist. Aug. Progr. Strassburg 1878.
Richter, Über die Script. hist. Aug. in mus. Rh. nouo VII (1850) p. 16—51.
G. Richter, Zu Iulius Capitolinus in mus. Rh. n. XXIIII p. 638—639.
E. Rösinger, De script. hist. Aug. commentatio crit. Progr. Schweidnitz 1868.
C. Rübel, De fontibus quatuor priorum hist. Aug. script. pars prior. Dissert. Bonn 1872.
R. Vnger, Zur Kritik der Script. hist. Aug. in Fleckeisen. ann. CXVIIII (1879) p. 493—512 et CXXIII (1881) p. 209—224.
L. Vielhaber, Zu den Script. hist. Aug. in Zeitschr. f. österr. Gymn. XVIII (1867) p. 626—630.

APPENDIX ALTERA.

p. 3 *u.* 3 (*huius editionis*) adrianus (*sic semper*). 4 ortus. 5 italiam sub Sc. 6 libro. 7 affer. 8 trayani (*semper*). 14 tunc] uirum. 15 celium corcianum.

p. 4,1 aductus (*alt.* d *sup. lin.*). 3 ac idem tr. sec. legionis a iuctricis. 4 hec. translatus et cremisiam. 9 in Germ. 10 primum. 12 in eum odium. 14 uenefiiciarium. 18 uirgilianas consuleret sortes. 20 ille tamen

22 primam] romam. 24 missus et cet. Cui deiñ sors expere occidit.

p. 5,3 fano quodam nicheforii I. manente. 5 suffragantes iterum. 7 Traiano *om.* 9 arculeo. 10 quā. 11 pronuntiasset. 12 Latinis *om.* 13 dacum. 17 cōns iterum. 19 amiserat. 22 datica. 23 mineruae prop. 24 multa *post* facta. 25 creatus. 27. suriano. sextertium.

p. 6,4 hec. 5 ut a Sura *om.* 7 defuncta q. mensura. — ei *om.* 8 creuit. 9 ususque. quoque *om.* 12 sapi et pletori. 13 sequestra auctoritate arciani. et *om.* 16 adfectae *om.* 18 corruptis Tr. secum liberis c. deligatis. 19 eisdemque sepellisse. 20 familiarior. quinto. 21 die. 22 tertio. 23 instituit.

p. 7,4 comendo. 5 Tr. dicunt id animo. h. 8 titurum. 14 loqueretur. 16 pacis 17 his. 19 bractiani. dictione. 20 litia. 21 quarū. 24 sarmathesirim.

p. 8,1 arriano. 3 eniteretur. labienus. 4 gressus. 5 grassum. 6 iussu. 8 busium. 9 quos. 10 martio. 11 anthiochiam. 13 mathidia. 16 datos. 20 petiit (*sic semper*). 21 propere. 22 esse *post* imperatore. 27 sibi delatum.

p. 9,1 de tum. rerum alanorum. 3 mauritianie praefecturā. 4 mox alanorum. 6 composuit pacem. 8 pauerat cum eum etiam. 9 sibimet adrianus. 10 terracenis. 14 consules. 15 datia. 16 haberet auct. ornatus. 18 singulis. 19 acta. 21 statim. 24 in Italia.

p. 10,2 omnem summam. 3 receptam. Detulerat alimento. 5 decurrerant. 8 restiterit. 9 pessimis. 12 quoque. 13 natalitiis decretis. 15 rem populi. 17 fecit. et q̃ plures sec. 19 et *om.* eo sepius d. 22 arcimum. 25 nec] non. 26 princeps cum. 29 conferret. est *om.* qui *om.* 30 cui *om.* 32 illis.

p. 11,1 ante *om.* adrianus. 3 a Traiano adquisitas *om.* 4 ille] trayanus. 5 dextruxit. 7 decreto trayani sim. 8 arciani tunc praef. quendam. 11 quidam. arciani. consilio. 12 refundebant et pr. 15 cuidam etiam alteri Sim. secçum cl. 16 a praefectura *om.* 17 im-

Digitized by Google

peria. 19 quicque. 21 in die. 25 praecipue. ceteris. 26 casuariis.

p. 12,2 milites. 3 tolerantiam documenti eos imb. 4 magistrantis. 5 est *om.* 6 lardo et c. et ex (*superscr.* o) postea Sc. 7 actoris. 11 et *om.* a] in *pr. m.* 15 et *ante* port. *om.* 17 fibulis stringeretur. 19 uitem] aurum. 21 quem. tribunatus *om.* 22 robur uideret. nec pat. — 23 summoueret *om.* 25 actibus. minus.

p. 13,1 ubi s. nõ essent. 2 propterea. condicta. 3 redditus. 4 ut si] ne. 5 nitebatur. 7 britanniam. 9 qui] ut et. 10 sectio. 11 quos. in usu eius] unius sueui. 14 ut *om.* 15 solum] tantum. 17 sciri] sui. 20 constat. multa de am. 24 exprobauit. num] ait. 26 adulterorum.

p. 14,1 ac] ut. 2 adserunt *om.* 4 britannia. 5 lapidem. 8 basilicam *post* tempus. 11 terraconam. 13 Marius Max. uerba ipsa p. italicis cet. ueh. retract. 16 tarraconam. 18 a min. 23 iec̃ atque mex̃. 25 parthicum. 26 compressum. 28 eleusina. 29 athenogotheta. 30 in caia. etiam *om.*

p. 15,2 aethnam 3 uariatum. 4 affricam. multorum. 6 tam] tantum. 9 olympi. 12 tetrarcas. 13 amicitias. sdroe. 15 qua eadem. reges quidam. 16 penituerit. 17 serus ĩmanis. 18 superbe *om.* et *om.* 19 suppliciis. 21 ita *om.* 22 anthiochia metropolis. 24 uetabantur mictilia. 25 caspio. 26 fulmineo. sacrificanti — Pelusium *om.* 27 porephei.

p. 16,3 et quod. ostenderat. 5 asserentibus. 8 aritmetrice. et picture. 10 et *om.* 14 simplex *om.* 17 nihil] non. 18 in suis uerebatur. 20 accianum. septium. 21 nam cum domonẽ. 22 uoluntariam mortem. 25 catalium.

p. 17,3 denique *om.* 5 potentissimus. 9 quoddam. 12 mouens. 16 libris. 17 litteratis *om.* 19 dicunt. catacaymos. 20 anthimacum. 22 cesare sed. 23 brithannos. 24 *om.* 25 scithas.

p. 18,1 flore cessare. 4 latronum per. 5 calices.

Digitized by Google

6 controuersiam. 7 uirgilio emnium. 8 celium. 9 mathesim. 10 ianuarii scripsit. p. euenire ex toto anno. 13 misicis *pr. m.* 14 professores omnes. 15 et *om.* 16 ut] ac. 18 epycetum et helyodorum habuit ph. 19 ne *om.* 21 preeminente. 23 honeratosque *pr. m.* 25 uni] choni. 26 ipse *om.* 27 sumptus *om.*

19,1 semper *om.* exib. (*sic semper*). saturnalia. sigallaritia. 4 sumatibus (sumētibus *corr. a sec. m.*). 5 quibuscunque iussit sibi adponi. 6 et freq. 9 dorsus *ante corr.* dorsi *post corr.* ceteras partes. 10 parieti *om.* percunctatus. distr. *corr.* 11 hec. 12 uerum cum alio. 15 accuratissimus. 17 adiscere. 19 etiam *om.* 21 hyabeorum. 22 qui 23 cum asyriasmane 24 dona. 25 trecentas. 26 deridendi.

p. 20,2 solum *s. l.* iulium. 3 celium. iulianum et priscum atque ueratium aliosque. 4 omnis senatus. 6 ulla materia. 8 crimina nomina dimisit. 9 sed *add. ante* si. 12 aequaliter. 15 detractores. 16 cathomidiari. 17 libertorum. 18 librauit. 19 his. 22 et *om.* 23 demarcus. adrie. 25 hedificauit. 27 ab urbe Roma *om.*

p. 21,1 aduocauit. Romae *om.* 3 etiam *ante* trayani *add.* 6 centum] cunctos. pyrrichas *om.* 10 pantheon. 11 agrippiē. 12 propriis et ueteribus nom. 15 decrinium. 16 est templum u. 18 fuerat dic. 19 apoliodoro. 21 collo quis. 22 quasi . . . . . principis fast. inuideret. 24 quaestiones multas. 25 eum] ipsum. 26 pie *om.* 27 sibi id dom. accidit.

p. 22,1 non amaret in op. plures. adrianopolim. 3 etiam ductus. 5 et ipse. 7 etiam *om.* 10 nominis latore. 11 audiuerant *a. corr.* nomenlatores. 12 emendauit. 13 statim. 15 confabulatus. 16 si potest credi *om.* 18 satis nouit. eisdem. 19 opidum in q. l. cheras adriano quod et illic. 20 sit. 24 posse *om.*

p. 23,1 se iactauerant. et illud seuere. 4 iussit qui ei colaphum daretque. tetrafarmatum. 8 pestilentie et. 17 remisit. 18 armenis. 19 mesopotamus. 20 tiberes 22 braccianorum. 26 quam mil. tenuit. 27 si *om.*

Digitized by Google

p. 24,1 togatus semper. 4 diligentia *om.* iudicum. conuiuii] constinuit 7 siniit. 8 et libellis. 9 eos — 11 habuit *post u. 12* peregit. 10 uero] tamen. 11 etiam *om.* 13 *post* audiuit: in consilio suo consulibus *scr. sed punctis delet.* 15 quattuor *om.* 20 ac. 21 letalem. 23 item *om.* 24 pauerat (par *corr.*) petronium. 26 non impune admicteretur. 27 auctus est eodem. terecentium.

p. 25,2 futuro imperatori, quiddam crud. 4 exitium. 6 scenam. 7 positus. 12 ceyonium comodum (*sic semper*). 13 sibi] sui. 14 ergo] igitur. Verum *om.* 18 decreto senatus consulato eundem. 19 consignauit. 22 sextertium. 26 morbo per.

p. 26,1 et eadem. 3 primitus. 4 gubernarunt. 6 alii *post* ei. 7 saeuiente subripuisset. 8 ipsi *om.* 10 Catilius Seuerus] ad helius (he *in ras.*). 12 est *s. l.* 13 uitae t. ultimo. 14 configi. 15 deuenisset ingressus. 17 ferat. dicente — 18 occidi *in u. 21 post* praetermisit. 18 prod. auctorem. 21 publicae *om.* qđ. 22 est conatus. 23 ipsum. 27 iussa. iterum *om.*

p. 27,1 receptura. uisum *om.* 2 ex somnio. 7 hoc *pr. m.* 9 bayas (*sic semper*). 10 accersito 14 ut supra. 15 superuiueret. 19 blandidula *fine uers.* rigida nudula *a pr. m. add.* 21 loco. 25 uixit autem. 27 contus.

p. 28,4 coxam. 6 accellarias. 9 scriberet. licium. acadeian. trutanium. 10 pichelem. 14 eius. 19 post mortem m. 20 sopiferam. 21 leone a se compressum. 22 eum mortuum. 23 sen. fieri uoluit. est diu. 26 ac sod. quasi *om.* 27 pertinent. supra *om.* 28 putant ob hec Ant.

Digitized by Google

CONSPECTVS SIGLORVM.

B codex Bambergensis. B^1 prima manus, B^2 altera manus, B^3 tertia m. (uid. supra p. VI)

P codex Palatinus. P^1 prima, P^2 altera, P^3 tertia manus (uid. p. VII). ubi primae manus litterae ita deletae erant, ut certo dignosci non possent, siglo *P* addidi 'ut uid.'

exc. excerpta Palatina. cf. p. XVI.

V codex Vaticanus 1899 cf. p. XXVI.

R codex Regius Casauboni.

M editio princeps Mediolanensis. cf. p. XVIIII. cuius siglum si uncis rotundis inclusi, in codice, ex quo descripta est, idem fuisse adparet quod in *B* et *P* uarietatemque scripturae, quae mentione non sit digna, typographi errori deberi.

C Casaubonus.

Gr. Gruterus.

S Salmasius.

Cum iam contextus typis descriptus esset, ab O. Hirschfeldio adnotationes quasdam ad Seueri uitam in studiis Vindobonensibus propositas (1884 p. 121—127) accepi. coniecturae eius hae sunt: 2,2 *a Iuliano praetore;* 2,6 *sub eius modi elogio praeconis*; 6,3 *septingenos uicenos aureos;* 13,5 *Aelium Stilonem;* 13,7 *Marcium Asellionem;* (*Antonium Balbum* De Vit Onomast. I p. 347;) 19,5 *eiusdemque etiam aliae* (*Seuerianae* Hartel).

Quas C. Cottae quaestionibus grammaticis et criticis de uitis a scr. h. A. conscriptis (diss. Vratislauiensis 1883) coniecturas inseruit, praeter unam (qua XXVII 2,4 *ex omnibus* eicit) omnes ab aliis iam factas esse ex hac editione discet.

Digitized by Google

VITAE

DIVERSORVM PRINCIPVM ET TYRANNORVM
A DIVO HADRIANO VSQVE AD NVMERIANVM
A DIVERSIS CONPOSITAE

I

Digitized by Google

Digitized by Google

AELII SPARTIANI

DE VITA HADRIANI

Origo imperatoris Hadriani uetustior a Picentibus, 1
posterior ab Hispaniensibus manat, si quidem Hadria or-
tos maiores suos apud Italicam Scipionum temporibus re-
sedisse in libris uitae suae Hadrianus ipse commemorat.
Hadriano pater Aelius Hadrianus cognomento Afer fuit, 2
consobrinus Traiani imperatoris, mater Domitia Paulina
Gadibus orta, soror Paulina nupta Seruiano, uxor Sabina,
atauus Maryllinus, qui primus in sua familia senator po-
puli Romani fuit.
Natus est Romae VIIII kl. Feb. Vespasiano septies et 3 a. 829 a. u. c. / 76 p.Ch.n.
Tito quinquies consulibus. ac decimo aetatis anno patre 4
orbatus Vlpium Traianum praetorium tunc, consobrinum
suum, qui postea imperium tenuit, et Caelium Attianum
equitem Romanum tutores habuit. inbutusque inpensius 5
Graecis studiis, ingenio eius sic ad ea declinante ut a non-
nullis Graeculus diceretur, quinto decimo anno ad patriam 2
redit ac statim militiam iniit. uenando usque ad reprehen-

1 spartiani de uita hadriani *B P* (adr. *B*). *litteris rubris et hic et ceteri uitarum tituli picti sunt.* ad diocletianum augustum *add.* P^3 *M* 3 uetuscior *B* 4 hyspanientibus *V* ///ortos B^1 *P* (h *eras.*) hadrianus ortus B^2 5 itali//am *P* ytaliam *V* italiam *exc.* *M* 6 commemoret B^1 *exc.*[1] commemorat B^2 *P* (a *in ras.*) *exc.*[2] 10 attauus *B* Marullinus *S* 12 uespassiano *B* 14 tunc P^1 uirum P^3 *V* 15 celium tacianum *B M* caelium tatianum *P* *exc.* accianum *V* (*prius* a *in ras.*) *em.* *S* 17 grecis *B* 18 greculus *B* 19 praehensionem *B M*

Digitized by Google

2 sionem studiosus. quare a Traiano abductus a patria et
pro filio habitus nec multo post decemuir litibus iudican-
dis datus atque inde tribunus secundae Adiutricis legionis
3 creatus. post hoc in inferiorem Moesiam translatus extre-
4 mis iam Domitiani temporibus. ibi a mathematico quodam
de futuro imperio id dicitur conperisse, quod a patruo
magno Aelio Hadriano peritia caelestium callente prae-
5 dictum esse conpererat. Traiano a Nerua adoptato ad
gratulationem exercitus missus Germaniam superiorem
6 translatus est. ex qua festinans ad Traianum, ut primus
nuntiaret excessum Neruae, a Seruiano, sororis uiro, (qui
et sumptibus et aere alieno eius prodito Traiani odium in
eum mouit) diu detentus fractoque consulte uehiculo tar-
datus, pedibus iter faciens eiusdem Seruiani beneficiarium
7 anteuenit. fuitque in amore Traiani, nec tamen ei per
paedagogos puerorum, quos Traianus inpensius diligebat,
8 Gallo ..... fauente defuit. quo quidem tempore cum sollicitus
de imperatoris erga se iudicio Vergilianas sortes consu-
leret,

Aen. VI 808 sqq.

'Quis procul ille autem ramis insignis oliuae
sacra ferens? nosco crines incanaque menta
regis Romani, primam qui legibus urbem
fundabit, Curibus paruis et paupere terra
missus in imperium magnum, cui deinde subibit',

usque ad reprẹh. *P* (que ad re *in ras. erasae tamen uidentur quinque tantummodo litterae*) *V* 1 troiano B^1 2 indicandis *B* 3 datus] dictus *Bährens p. 649, an* lectus *uel* delectus? secunde *B* 4 hec *P* 5 domitianis *BP* (*in quo* s *eras. est*) mathemtico V^1 8 pererat V^1 persenserat V^2 9 in *ante* Germaniam *add.* P^3 *V* 13 fracto *P* (*teste Iordan.*) 14 ueneficiarum B^1V ueneficiarium B^2 ueneficia////// *P* beneficio *M em. C* 15 ei *deest in B* 16 pedagogos *B* 17 Gallo faciente inuidia defuit *C* malefauentia *Gr* maleuolentia *Oberdick p. 738.* debuit *Golisch p. XIII* (*om.* ei). *Gemoll p. 13 lacunae signum ante* Gallo *posuit.* Gallo fauentes inuidia defuit *Chr. Huelsen, de Varr. doctr. in Ouid. fast. p. 53.* Gallo officiente debuit (*uel* diu licuit) *J. Klein p. 274.* 18 uirg. P^3 (i *in ras.*) consuleret sortes *V* 23 fundauit *BPVM em. C ex Reg.*

sors excidit, quam alii ex Sibyllinis uersibus ei prouenisse
dixerunt. habuit autem praesumptionem imperii mox fu- 9
turi ex fano quoque Niceforii Iouis manante responso,
quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit. de- 10
nique statim suffragante Sura ad amicitiam Traiani ple-
niorem redit, nepte per sororem Traiani uxore accepta
fauente Plotina, Traiano leuiter, ut Marius Maximus dicit,
uolente.

Quaesturam gessit Traiano quater et Articuleio con- 3 a. 854/101
sulibus, in qua cum orationem imperatoris in senatu agre-
stius pronuntians risus esset, usque ad summam peritiam
et facundiam Latinis operam dedit. post quaesturam acta 2
senatus curauit atque ad bellum Dacicum Traianum fami-
liarius prosecutus est; quando quidem et indulsisse uino 3
se dicit Traiani moribus obsequentem atque ob hoc se a
Traiano locupletissime muneratum. tribunus plebis factus 4
est Candido et Quadrato iterum conss., in quo magistratu 5 a. 858/105
ad perpetuam tribuniciam potestatem omen sibi factum
adserit, quod paenulas amiserit, quibus uti tribuni plebis
pluuiae tempore solebant, imperatores autem numquam.
unde hodieque imperatores sine paenulis a togatis uiden-
tur. secunda expeditione Dacica Traianus eum primae 6
legioni Mineruiae praeposuit secumque duxit; quando
quidem multa egregia eius facta claruerunt. quare ada- 7
mante gemma, quam Traianus a Nerua acceperat, donatus
ad spem successionis erectus est. praetor factus est sub 8
Surano bis et Seruiano iterum conss., cum sestertium ite- a. 860/107

1 sybillinis *B P* 2 presumptionem *B* 3 nicheforii *V* Nicefori *M* 5 statim] priuatim *uel* speciatim *coniecceram, cf. exerc. crit. p. 1.* affatim *Bährens p. 649.* instanter *Oberdick p. 738.* Sura] sit' in *V* 7 dt *B* (t *in ras.*) dicit *P* (it *in ras.*) 9 questuram *B* (*ita etiam u. 12*) ar//iculeio *P* (t *eras.*) 13 dacicum] *in B* ci *in ras. in P* cic *in ras.* dacum *M* in familiaribus *Lipsius.* 14 quanto *B P V* 17 magestratu *V* 19 penulas *B P* 22 //eum *B* prime *B V* 26 pretor *B* 27 *consulatus notatio corrupta est; uid. Borghesi Oeuvr. IIII p. 122. consules ordinarii huius anni fuerunt L. Licinius Sura et Q. Socius Senecio II. Nipperdey op. 526*

Digitized by Google

9 rum uicies ad ludos edendos a Traiano accepit. legatus
postea praetorius in Pannoniam inferiorem missus Sar-
matas compressit, disciplinam militarem tenuit, procura-
a. 861/108 10 tores latius euagantes cohercuit. ob hoc consul est factus.
in quo magistratu ut a Sura conperit adoptandum se a
Traiano esse, ab amicis Traiani contempni desiit ac ne-
11 glegi. et defuncto quidem Sura Traiani ei familiaritas
crebuit, causa praecipue orationum quas pro imperatore
4 dictauerat, usus Plotinae quoque fauore, cuius studio
etiam legatus expeditionis Parthicae tempore destinatus
2 est. qua quidem tempestate utebatur Hadrianus amicitia
Sosi Papi et Platori Nepotis ex senatorio ordine, ex
equestri autem Attiani, tutoris quondam sui, et Liuiani *et*
3 Turbonis. in adoptionis sponsionem uenit Palma et Celso,
inimicis semper suis et quos postea ipse insecutus est, in
a. 871/118 4 suspicionem adfectae tyrannidis lapsis. secundo consul
fauore Plotinae factus totam praesumptionem adoptionis
5 emeruit. corrupisse eum Traiani libertos, curasse delica-
tos eosdemque *ad* se pellexisse per ea tempora, quibus in
6 aula familiariorum fuit, opinio multa firmauit. quintum
iduum August. diem legatus Suriae litteras adoptionis acce-
7 pit, quando et natalem adoptionis celebrari iussit. tertium
iduum earundem, quando et natalem imperii statuit cele-
brandum, excessus ei Traiani nuntiatus est.

scribit praetor factus est isdem conss., cum sest. *uidetur confusus hic consulatus cum a. 855/102, quo conss. fuerunt L. Iulius Seruianus II. et L. Licinius Sura II. cf. exerc. crit. p. 15.* sestertium uicies *Mommsen* 3 comp̄ssit *B* 4 coercuit *PVM* 5 et *BPVM em. Egnatius* 7 definito *BV* defuncto *P* (ıc *in ras.*) [defūto *P teste Iordano*] 8 cre//uit *B* (u *aut* a *eras.*) *P* (b *eras.*) creuit *VM* imperatores *B P*¹ (s *eras.*) 9 plotine *B* 10 parthice *B* 12 pletori *B P V M* Platori *Borghesi Oeuvr. III 122 sq. et VI 216* 13 sequestri *BP*¹ (s *eras.*) acciani *V M* et *add. O. Hirschfeld Verwalt. I p. 224 sq.* 16 adiecte *B* adiectae *PVM em. S* 18 cum *B* 19 sepelisse *B P V M* saepe liuisse *C* depilasse *Lipsius, Maduig Adu. II p. 631,* ad se pellexisse *O. Hirschfeld Wien. Stud. 1881 p. 115* 20 familiarior *VM* quinto *M* 21 augūst *B* august' *P* die *B P V M em. Petschenig p. 15*

Digitized by Google

⌈Frequens sane opinio fuit Traiano id animi fuisse, ut 8
Neratium Priscum, non Hadrianum successorem relinque-
ret, multis amicis in hoc consentientibus, usque eo ut
Prisco aliquando dixerit: ‘Commendo tibi prouincias, si
quid mihi fatale contigerit.’ et multi quidem dicunt 9
Traianum in animo id habuisse, ut exemplo Alexandri
Macedonis sine certo successore moreretur, multi ad se-
natum eum orationem uoluisse mittere petiturum, ut, si
quid ei euenisset, principem Romanae rei publicae sena-
tus daret, additis dum taxat nominibus ex quibus opti-
mum idem senatus eligeret. nec desunt qui factione Plo- 10
tinae mortuo iam Traiano Hadrianum in adoptionem ad-
scitum esse prodiderint, supposito qui pro Traiano fessa
uoce loquebatur.⌉

Adeptus imperium ad priscum se statim morem insti- 5
tuit et tenendae per orbem terrarum paci operam inten-
dit. nam deficientibus is nationibus, quas Traianus sube- 2
gerat, Mauri lacessebant, Sarmatae bellum inferebant,
Brittanni teneri sub Romana ditione non poterant, Aegy-
ptus seditionibus urgebatur, Libya denique ac Palaestina
rebelles animos efferebant. quare omnia trans Eufraten 3
ac Tigrim reliquit exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Ma-
cedonas liberos pronuntiauit, quia tueri non poterant.
Partomasirin, quem Traianus Parthis regem fecerat, quod 4
eum non magni ponderis apud Parthos uideret, proximis
gentibus dedit regem.

Tantum autem statim clementiae studium habuit, ut, 5

5 michi *V* 8 titurum $B^1 P^1$ dicturum B^2 *em.* P^2 9 reipublice *B* 10 daret senatus B^1 14 loqueretur *P* (re *in ras.*, ba *ut uid. eras.*) loquebatur uel loqueretur *V* 16 tenende *B* impendit *P* 17 his *BPVM* is *scripsi* 18 sarmate *BP* 19 brittani B^1 20 licya *BP* (*M*) *em. C.* palestina *BPM* 21 afferebant *BPVM em. Vrsinus* 22 tygrim *B* dicebant *BPM em. in Vat.* 23 teneri *uolg.* poterat *Bährens p. 649* 24 sarmatosirin *PV*(*M*) Parthamosirin *C* Partomasirin *scripsi; errore positus est a Spartiano hic Armeniae rex pro Parthamaspate, uid. Gutschmid ap. Dierauer Gesch. Traians p. 176 sqq.* 27 dementiae *B* (cl *superscr. sed eras.*)

Digitized by Google

cum sub primis imperii diebus ab Attiano per epistolas
esset ammonitus, ut et Baebius Macer praefectus urbis, si
reniteretur eius imperio, necaretur et Laberius Maximus,
qui suspectus imperio in insula exulabat, et Frugi Crassus,
6 neminem laederet; quamuis Crassum postea procurator
egressum insula, quasi res nouas moliretur, iniusso eius
7 occiderit. militibus ob auspicia imperii duplicem largitio-
8 nem dedit. Lusium Quietum sublatis gentibus Mauris,
quas regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmauit
Marcio Turbone Iudaeis conpressis ad deprimendum tu-
9 multum Mauretaniae destinato. Post haec Antiochia di-
gressus est ad inspiciendas reliquias Traiani, quas Attia-
10 nus, Plotina et Matidia deferebant. quibus exceptis et
naui Romam dimissis ipse Antiochiam regressus praepo-
sitoque Syriae Catilio Seuero per Illyricum Romam uenit.
6 Traiano diuinos honores datis ad senatum et quidem
accuratissimis litteris postulauit et cunctis uolentibus me-
ruit, ita ut senatus multa, quae Hadrianus non postula-
2 uerat, in honorem Traiani sponte decerneret. cum ad se-
natum scriberet, ueniam petit, quod de imperio suo iudi-
cium senatui non dedisset, salutatus scilicet praepropere
a militibus imperator, quod esse res publica sine impera-
3 tore non posset. cum triumphum ei senatus, qui Traiano
debitus erat, detulisset, recusauit ipse atque imaginem
Traiani curru triumphali uexit, ut optimus imperator ne
4 post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. pa-
tris patriae nomen delatum sibi statim et iterum postea
5 distulit, quod hoc nomen Augustus sero meruisset. aurum
coronarium Italiae remisit, in prouinciis minuit, et quidem
difficultatibus aerari ambitiose ac diligenter expositis.

2 admonitus *PVM* bebius *BPM* 6 iniussu V^2M 7 ab B^1 duplicem *om.* P^1 *add.* P^3 9 quas *Kellerbauer p. 623.* quos *libri* 10 iudeis *B* iudaei P^1 11 mauritaniae (it *in ras.*) *P* antiochiam *BPV* 15 ylliricum *B* 16 dari a senatu P^2 *in ras.* (*eras. ut uid.:* datis ad senatum) 22 reipublice B^1P^1V 25 t curru B^1 in curru *Bährens p. 649* 27 sibi delatum *B* 30 ambitiosae *B*

Digitized by Google

Audito dein tumultu Sarmatarum et Roxalanorum 6
praemissis exercitibus Moesiam petit. Marcium Turbo- 7
nem post Mauretaniam praefecturae infulis ornatum Pan-
noniae Daciaeque ad tempus praefecit. cum rege Roxa- 8
lanorum, qui de inminutis stipendiis querebatur, cognito 7
negotio pacem conposuit.

Nigrini insidias, quas ille sacrificanti Hadriano con-
scio sibi Lusio et multis aliis parauerat, cum etiam suc-
cessorem Hadrianus sibimet destinasset, euasit. quare 2
Palma Tarracenis, Celsus Bais, Nigrinus Fauentiae, Lu-
sius in itinere senatu iubente, inuito Hadriano, ut ipse
in uita sua dicit, occisi sunt. unde statim Hadrianus ad 3
refellendam tristissimam de se opinionem, quod occidi
passus esset uno tempore quattuor consulares, Romam
uenit Dacia Turboni credita, titulo Aegyptiacae praefectu-
rae, quo plus auctoritatis haberet, ornato, et ad conpri-
mendam de se famam congiarium duplex praesens po-
pulo dedit ternis iam per singulos aureis se absente di-
uisis. in senatu quoque excussatis, quae facta erant, iura- 4
uit se numquam senatorem nisi ex senatus sententia pu-
niturum. Statum cursum fiscalem instituit, ne magistratus 5
hoc onere grauarentur. ad colligendam autem gratiam 6
nihil praetermittens infinitam pecuniam, quae fisco debe-
batur, priuatis debitoribus in urbe atque Italia, in pro-
uinciis uero etiam ex reliquis ingentes summas remisit
syngrafis in foro diui Traiani, quo magis securitas omni-

1 rex alanorum *B V* regis alanorum *P* (regis P^3 *in ras.*) alanorum *M* Roxolanorum *C* Roxalanorum *scripsi cum Plinio n. h. IIII 80* 3 maurataneȩ *B*(V^1)P^1 (*ut uidetur sed eras. et* mauritaniae *superscr.*) mauritaniae $V^2 M$ post M. administrationem *Mommsen* post M. curam *C. Schenkl Wiener Stud. II p. 158* Mauretaniam *scripsi* praefecturam *M* 4 dacieque *B* mox alanorum *B V M* roxolanorum *libri C* Roxalanorum *scripsi* 7 insidiis B^1 10 fauentie// *B* (as *eras. ut uid.*) 15 turbone $B P^1 V$ 16 ornatos $B P^1 V^1$ ornatus $P^3 V^2$ 19 excusatis $P^1 M$ excusans P^3 21 statim *libri em. Juret* instatuit B^1 22 honore *B P* honore uel onere *V* 25 reliquiis *BPVM* 26 in *in P sup. lin.* traiani P^2 hadriani *BPVM*

Digitized by Google

7 bus roboraretur, incensis. damnatorum bona in fiscum
priuatum redigi uetuit omni summa in aerario publico
8 recepta. pueris ac puellis, quibus etiam Traianus ali-
9 menta detulerat, incrementum liberalitatis adiecit. sena-
toribus, qui non uitio suo decoxerant, patrimonium pro
liberorum modo senatoriae professionis expleuit, ita ut
plerisque in diem uitae suae dimensum sine dilatione
10 praestiterit. ad honores explendos non solum amicis, sed
11 etiam passim aliquantis multa largitus est. feminas non-
12 nullas ad sustentandam uitam sumptibus iuuit. gladiatorium
munus per sex dies continuos exhibuit et mille feras natali
8 suo edidit. Optumos quosque de senatu in contubernium im-
2 peratoriae maiestatis adsciuit. Ludos circenses praeter na-
3 talicios decretos sibi spreuit. et in contione et in senatu
saepe dixit ita se rem publicam gesturum, ut sciret po-
4 puli rem esse, non propriam. tertio consules, cum ipse
ter fuisset, plurimos fecit, infinitos autem secundi consula-
a. 872/119 5 tus honore cumulauit. ipsum autem tertium consulatum
et quattuor mensibus tantum egit et in eo saepe ius dixit.
6 Senatui legitimo, cum in urbe uel iuxta urbem esset, sem-
7 per interfuit. senatus fastigium in tantum extulit difficile
faciens senatores, ut, cum Attianum ex praefecto praetorii
ornamentis consularibus praeditum faceret senatorem,
nihil se amplius habere, quod in eum conferri posset,
8 ostenderit. equites Romanos nec sine se de senatoribus
9 nec secum iudicare permisit. erat enim tunc mos, ut, cum
princeps causas agnosceret, et senatores et equites Roma-
nos in consilium uocaret et sententiam ex omnium deli-
10 beratione proferret. exsecratus est denique principes, qui
11 minus senatoribus detulissent. Seruiano sororis uiro, cui
tantum detulit, ut ei uenienti de cubiculo semper occurre-
rit, tertium consulatum, nec secum tamen, cum ille bis

8 restiterit *B¹ P¹ V* restituerit *B³ P³ M em. C* 9 passim] pessimis *P³* aliquantis] aliis quamuis *Cornelissen p. 246* 12 optimos *P² in B* u *in ras.* 15 sepe *B* 16 coñs *B* cos *P* 18 tertium] totum *Mommsen Staatsrecht II p. 81* 22 atutinum *B P V M em. S* 29 princeps *B P¹ corr. P³*

Digitized by Google

ante Hadrianum fuisset, ne esset secundae sententiae, non
petenti ac sine precatione concessit.
Inter haec tamen et multas prouincias a Traiano ad- 9
quisitas reliquit et theatrum, quod ille in campo Martio
posuerat, contra omnium uota destruxit. et haec quidem 2
eo tristiora uidebantur, quod omnia, quae displicere ui-
disset Hadrianus, mandata sibi ut faceret secreto a Tra-
iano esse simulabat. Cum Attiani, praefecti sui et quon- 3
dam tutoris, potentiam ferre non posset, nisus est eum
obtruncare, sed reuocatus est, quia iam quattuor consu-
larium occisorum, quorum quidem necem in Attiani con-
silia refundebat, premebatur inuidia. cui cum successo- 4
rem dare non posset, quia non petebat, id egit, ut peteret,
atque, ubi primum petit, in Turbonem transtulit potesta-
tem; cum quidem etiam Simili alteri praefecto Septicium 5
Clarum successorem dedit. Summotis his a praefectura, 6
quibus debebat imperium, Campaniam petit eiusque
omnia oppida beneficiis et largitionibus subleuauit optu-
mum quemque amicitiis suis iungens. Romae uero prae- 7
torum et consulum officia frequentauit, conuiuiis amico-
rum interfuit, aegros bis ac ter die, et nonnullos equites
Romanos ac libertinos, uisitauit, solaciis refouit, consiliis
subleuauit, conuiuiis suis semper adhibuit. omnia deni- 8
que ad priuati hominis modum fecit. socrui suae honores 9
praecipuos inpendit ludis gladiatoriis ceterisque officiis.
Post haec profectus in Gallias omnes causarios libera- 10

1 ante *om.* BP^1 (*add.* P^3) V non P *in ras.* 2 p̃ca-tione B 4 relinquit B^1P^1 marcio BP 6 displicerent B^1 displiceret B^2P^1 (*corr.* P^3) V uidisse BP^1 (*corr.* P^3) V 7 decreto a BVM decreta P^1 (*ut uid.*) decreto P^2 *em. Mommsen* 8 tatiani M *fort.* praefecti et quondam tutoris sui 9 nixus P^3 10 consularium quattuor B 12 praemebatur P 13 putebat B^1 15 similiter B^2 praefecturae B^1P 19 rome B praetorium BP^1 20 conuiuis *P teste Iordano* 21 aut ter B in die B^3 et nonnullos — libertinos *post* subleuauit *G. Vhlig* (*ap. Iord.*) *ponit,* interfuit, nonnullos — libertinos conuiuiis s. s. adhibuit, aegros *C. Schenkl Wiener Stud. II p. 158* 26 casuariis BPV causariis M

2 litatibus subleuauit. inde in Germaniam transit pacisque
magis quam belli cupidus militem, quasi bellum inmineret,
exercuit tolerantiae documentis eum inbuens, ipse quo-
que inter manipula uitam militarem magistrans, cibis
etiam castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est
larido, caseo et posca, exemplo Scipionis Aemiliani et Me-
telli et auctoris sui Traiani, multos praemiis, nonnullos
honoribus donans, ut ferre possent ea, quae asperius iu-
3 bebat; si quidem ipse post Caesarem Octauianum labantem
disciplinam incuria superiorum principum retinuit ordina-
tis et officiis et inpendiis, numquam passus aliquem a ca-
stris iniuste abesse, cum tribunos non fauor militum sed
4 iustitia commendaret, exemplo etiam uirtutis suae ceteros
adhortatus, cum etiam uicena milia pedibus armatus am-
bularet, triclinia de castris et porticus et cryptas et topia
5 dirueret, uestem humillimam frequenter acciperet, sine
auro balteum sumeret, sine gemmis fibula stringeret, ca-
6 pulo uix eburneo spatham clauderet, aegros milites in
hospitiis suis uideret, locum castris caperet, nulli uitem
nisi robusto et bonae famae daret nec tribunum nisi plena
barba faceret aut eius aetatis, quae prudentia et annis tri-
7 bunatus robor impleret, nec pateretur quicquam tribunum
a milite accipere, delicata omnia undique summoueret,
8 arma postremo eorum supellectilemque corrigeret. de
militum etiam aetatibus iudicabat, ne quis aut minor
quam uirtus posceret, aut maior quam pateretur humani-
tas, in castris contra morem ueterem uersaretur, agebat-

em. Egnat. eas uariis *Mommsen,* omnes ciuitates uariis libertatibus (*sic Robertus Bonon.*) *Rösinger p. 3,* omnes casus uariis lib. *Maduig Adu. II p. 631* 1 transiit $B^2 P^3$ 3 tollerantiae *B* eum *om. B add.* B^2 eos $P^3 M$ 4 agitans *Cornelissen p. 246* 5 catrensibus P^1 6 larido *B* 10 octauium $P^2 V M$ labentem V^2 11 ac//astris *P* 14 adhortatos B^1 17 fibulas *M* stringeretur *B P V* 19 hospiciis *B P* uiseret *Bährens p. 649 Cornelissen p. 246* nulli] al utrem *superscr.* P^3 22 robur $P^2 V M$ 24 superlectilem $B^1 P$ (r *eras.*) 27 ueterum *exc.*

Digitized by Google

que, ut sibi semper noti essent, et eorum numerus scire-
tur. laborabat praeterea, ut condita militaria diligenter 11
agnosceret, reditus quoque prouinciales sollerter explo-
rans, ut *si* alicubi quippiam deesset, expleret. ante omnes
tamen enitebatur, ne quid otiosum uel emeret aliquando
uel pasceret.

Ergo conuersis regio more militibus Brittaniam petit, 2
in qua multa correxit murumque per octoginta milia pas-
suum primus duxit, qui barbaros Romanosque diuideret.
Septicio Claro praefecto praetorii et Suetonio Tranquillo 3
epistularum magistro multisque aliis, quod apud Sabinam
uxorem in usu eius familiarius se tunc egerant, quam re-
uerentia domus aulicae postulabat, successores dedit, uxo-
rem etiam ut morosam et asperam dimissurus, ut ipse di-
cebat, si priuatus fuisset. et erat curiosus non solum 4
domus suae sed etiam amicorum, ita ut per frumentarios
occulta omnia exploraret, nec aduerterent amici sciri ab
imperatore suam uitam, priusquam ipse hoc imperator
ostenderet. unde non iniocundum est rem inserere, ex 5
qua constet eum de amicis multa didicisse. nam cum ad 6
quendam scripsisset uxor sua, quod uoluptatibus detentus
et lauacris ad se redire nollet, atque hoc Hadrianus per
frumentarios cognouisset, petente illo commeatum Hadria-
nus ei lauacra et uoluptates exprobrauit. cui ille: 'Num
et tibi uxor mea, quod et mihi, scripsit?' et hoc quidem 7
uitiosissimum putant atque huic adiungunt, quae de adul-

1 esse B^1 *corr.* B^3 essent et eorum *P in ras.* non essent *V* 2 condicta B^2PVM 3 solerter *PV* 4 si *add.* B^3P^3 ut ilico, ubi *Petschenig p. 38* alicui B^1 ante omne *S* 5 nequit B^1 ne quod uel otiosum uel P^1 *teste Iordano* uel otiosum *exc.*^{1} miles otiosum *exc.*^{2} 7 regimine morum *Centerwall* 9 ut barb. P^3 11 quos *BPVM em. Gr.* 12 uniussu BP^1 inussu *M* iniussu P^2 in usu *Petschenig p. 38* remissius se familiariusque *Cornelissen p. 246* 14 murosam *B* dimisurus *B* 15 prauatus *B* 17 oculta *P* sui *V* 20 quo B^1PVM 22 labacris *B* uellet *V* 24 exprobrabit B^1 non *M* 25 quidam *M* 26 adulterorum B^3M

torum amore ac nuptarum adulteriis, quibus Hadrianus laborasse dicitur, adserunt, iungentes quod ne amicis quidem seruauerit fidem.

12 Conpositis in Brittania rebus transgressus in Galliam
Alexandrina seditione turbatus, quae nata est ob Apidem,
qui, cum repertus esset post multos annos, turbas inter
populos creauit, apud quem deberet locari, omnibus stu-
2 diose certantibus. per idem tempus in honorem Plotinae
3 basilicam apud Nemausum opere mirabili extruxit. Post
haec Hispanias petit et Tarracone hiemauit, ubi sumptu
4 suo aedem Augusti restituit. omnibus Hispanis Tarraco-
nem in conuentum uocatis dilectumque iculariter, ut
uerba ipsa ponit Marius Maximus, retractantibus Italicis,
5 uehementissime ceteris prudenter *et* caute consuluit. quo
quidem tempore non sine gloria grauissimum periculum
adiit apud Tarraconem spatians per uiridiaria seruo in
se hospitis cum gladio furiosius inruente, quem retentum
ille ministris adcurrentibus tradidit et, ubi furiosum esse
constitit, medicis curandum dedit in nullo omnino com-
6 motus. Per ea tempora et alias frequenter in plurimis lo-
cis, in quibus barbari non fluminibus sed limitibus diui-
duntur, stipitibus magnis in modum muralis saepis fundi-
7 tus iactis atque conexis barbaros separauit. Germanis
regem constituit, motus Maurorum conpressit et a senatu
8 supplicationes emeruit. Bellum Parthorum per idem tem-
pus in motu tantum fuit, idque Hadriani conloquio repres-
13 sum est. Post haec per Asiam et insulas ad Achaiam nauigauit
et Eleusinia sacra exemplo Herculis Philippique suscepit,
multa in Athenienses contulit et pro agonotheta resedit.
2 et in Achaia quidem etiam illud obseruatum ferunt, quod,
cum in sacris multi cultros haberent, cum Hadriano nul-

1 hadrianus] *in B* h *eras.* 11 eadem BPV^1 tarraconam BVM tarraconem P (em *in ras.*) Italicis his uehementissime, *Bährens p. 649* 14 et *om.* B^1 (*add.* B^3) PVM 16 seruum B^3 17 inruentem BP^1 (m *eras.*) 18 foriosum B 20 prurimis B *in* P l *in ras.* 22 immodum B 26 tamen *exc.* hadriani] *in B* h *eras.* repssum B

Digitized by Google

lus armatus ingressus est. Post in Siciliam nauigauit, in 3
qua Aetnam montem conscendit, ut solis ortum uideret
arcus specie, ut dicitur, uarium. Inde Romam uenit at- 4
que ex ea in Africam transiit ac multum beneficiorum
prouinciis Africanis adtribuit. nec quisquam fere princi- 5
pum tantum terrarum tam celeriter peragrauit. Denique 6
cum post Africam Romam redisset, statim ad orientem
profectus per Athenas iter fecit atque opera, quae apud
Athenienses coeperat, dedicauit, ut Iouis Olympii aedem
et aram sibi, eodemque modo per Asiam iter faciens
templa sui nominis consecrauit. deinde a Capadocibus 7
seruitia castris profutura suscepit. toparchas et reges ad 8
amicitiam inuitauit, inuitato etiam Osdroe rege Parthorum
remissaque illi filia, quam Traianus ceperat, ac promissa
sella, quae itidem capta fuerat. cumque ad eum quidam 9
reges uenissent, ita cum his egit, ut eos paeniteret, qui
uenire noluerunt, causa speciatim Farasmanis, qui eius
inuitationem superbe neglexerit. et circumiens quidem 10
prouincias procuratores et praesides pro factis supplicio
adfecit, ita seuere ut accusatores per se crederetur inmit-
tere. Antiochenses inter haec ita odio habuit, ut Syriam a 14
Phoenice separare uoluerit, ne tot ciuitatum metropolis
Antiochia diceretur. mouerunt ea tempestate et Iudaei 2
bellum, quod uetabantur mutilare genitalia. sed in monte 3
Casio, cum uidendi solis ortus gratia nocte ascendisset,
imbre orto fulmen decidens hostiam et uictimarium sacri-
ficanti adflauit. peragrata Arabia Pelusium uenit et Pom- 4
pei tumulum magnificentius extruxit. Antinoum suum, 5

3 uarum *uel* curuum *O. Hirschfeld Wiener Stud. III p. 116* 4 aficam B^1 (*corr.* B^3) P^1 5 ne *BPV* 6 tam] tantum B^1PV 9 eadem BP^1 13 ostroe B cosdroe P^3V^2 14 remisaque B^1 *corr.* B^3 15 quidem *BPVM* 26 peniteret *BP* 17 causas *B* feras manis *V* 18 superne B^1 22 phoenicae *B* 25 cassio *M* 26 fulmine B^1P^1V fulmini *M* dicidens B^1V uictimarum B^1P^1VM uictimas B^3P^3 *em. Egnat.* 27 arabiam *exc.*[1] 28 magnificencius *B* antionoum *exc.*

Digitized by Google

dum per Nilum nauigat, perdidit, quem muliebriter fleuit.
6 de quo uaria fama est aliis eum deuotum pro Hadriano
adserentibus, aliis quod et forma eius ostentat et nimia
7 uoluptas Hadriani. et Graeci quidem uolente Hadriano
eum consecrauerunt oracula per eum dari adserentes,
8 quae Hadrianus ipse conposuisse iactatur.

Fuit enim poematum et litterarum nimium studiosis-
9 simus. arithmeticae, geometriae, picturae peritissimus.
iam psallendi et cantandi scientiam prae se ferebat. in
uoluptatibus nimius. nam et de suis dilectis multa uer-
10 sibus conposuit. [amatoria carmina scripsit.] idem armo-
rum peritissimus et rei militaris scientissimus, gladiatoria
11 quoque arma tractauit. idem seuerus laetus, comis grauis,
lasciuus cunctator, tenax liberalis, simulator *simplex*, saeuus
clemens et semper in omnibus uarius.

15 Amicos ditauit et quidem non petentes, cum petenti-
2 bus nihil negaret. idem tamen facile de amicis, quidquid
insusurrabatur, audiuit atque ideo prope cunctos uel ami-
cissimos uel eos, quos summis honoribus euexit, postea ut
hostium loco habuit, ut Attianum et Nepotem et Septicium
3 Clarum. nam Eudaemonem prius conscium imperii ad
4 egestatem perduxit, Polaenum et Marcellum ad mortem
5 uoluntariam coegit, Heliodorum famosissimis litteris la-
6 cessiuit, Titianum ut conscium tyrannidis et argui passus
7 est et proscribi, Vmidium Quadratum et Catilium Seue-

2 uariam B^1 uarians *Vnger p. 209, idem u. 3 post* aliis *inserit* delicias 4 *lacunam post* Hadriani *statuit Richter m. Rh. n. VI p. 27* greci B 5 consesecrauerunt *B* 6 adrianus *B* 7 lioterarum *V* nimium] omnium *uolg.* arismeticae *V* 8 psalendi *V* 10 amatoria c. scripsit *uncis inclusit C* 14 lasciuus] festiuus *Cornelissen p. 247* simplex *Reimarus ad Dion. LXVIIII 5 p. 652 St.* uerus *in priore ed. interposueram* 16 petentes] petentibus B^3 17 nihil non negaret *uolg.* 19 ut] in *Rösinger p. 4, delet Vielhaber p. 626* 21 darum *V* nam *BPVM malim* etiam eudemonem *BP* 22 Polyaenum *uolg.* Poblicium Marcellum *Zumpt comm. epigr. II p. 16 cf. Klein f. cons. ad a. 873/120 p. 62* 23 famamosissimis B^1 25 Catalium *BPM* catalinum *V*

Digitized by Google

rum et Turbonem grauiter insecutus est, Seruianum so- 8
roris uirum nonagesimum iam annum agentem, ne sibi
superuiueret, mori coegit; libertos denique et nonnullos 9
milites insecutus est. et quamuis esset oratione et uersu 10
promtissimus et in omnibus artibus peritissimus, tamen
professores omnium artium semper ut doctior risit, con-
tempsit, obtriuit. cum his ipsis professoribus et philoso- 11
phis libris uel carminibus inuicem editis saepe certauit.
et Fauorinus quidem, cum uerbum eius quondam ab Ha- 12
driano reprehensum esset, atque ille cessisset, arguenti-
bus amicis, quod male cederet Hadriano de uerbo, quod
idonei auctores usurpassent, risum iocundissimum mouit.
ait enim: 'Non recte suadetis, familiares, qui non pati- 13
mini me illum doctiorem omnibus credere, qui habet tri-
ginta legiones.'

Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros 16
uitae suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit iu-
bens, ut eos suis nominibus publicarent. nam et Phlegon-
tis libri Hadriani esse dicuntur. Catachannas libros ob- 2
scurissimos Antimachum imitando scripsit. Floro poetae 3
scribenti ad se:

Ego nolo Caesar esse,
ambulare per Brittanos,
latitare per . . .
Scythicas pati pruinas,

3 suprauiueret *c. 25, 8* 4 millites *B* 9 quoddam *M fr. Cusan.* adriano *BP* 10 repprehensum *B* 11 lederet B^1 cederet B^3P (c *in ras.*) 12 usurparent *V* 19 catacannas *B exc. cod. Murbacensis* catacannos *P* (*sed altera linea prioris* n *et* o *in ras.*) catacaymos *V* catacrianos *M* catachanas *Bernhardy Zeitschr. f. Alterth. W. 1834 n. 141* catachenas *Is. Vossius ad Hesych. s. u.* Καταχήνη, *Bergk in Zeitschr. f. Alt. 1835 n. 37 Vnger p. 493 seqq.* catacannos *uel* catacannas *Oriolus* (*ap. Mai. in Front. p. 106 ed. Rom.*) obscrurissimos B^1 21 petae B^1 23 amblare *C* brittannos B^3 *exc. unum uersum intercidisse intellexit O. Jahn in Flor. p. XL*
24 latitare per *cum Gemollio p. 3 in textu posui* l. per Germanos *Rösinger p. 4* 25 ruinas B^1P^1

Digitized by Google

4 rescripsit:

> Ego nolo Florus esse,
> ambulare per tabernas,
> latitare per popinas,
> culices pati rutundos.

5 amauit praeterea genus uetustum dicendi. ⟨controuersias
6 declamauit.⟩ Ciceroni Catonem, Vergilio Ennium, Salustio
Coelium praetulit eademque iactatione de Homero ac Pla-
7 tone iudicauit. mathesin sic scire sibi uisus est, ut sero
kalendis Ianuariis scripserit, quid ei toto anno posset eue-
nire, ita ut eo anno, quo perit, usque ad illam horam, qua
8 est mortuus, scripserit, quid acturus esset. sed quamuis
esset in reprehendendis musicis, tragicis, comicis, gramma-
ticis, rhetoribus, oratoribus facilis, tamen omnes professores
et honorauit et diuites fecit, licet eos quaestionibus semper
9 agitauerit. et cum ipse auctor esset, ut multi ab eo tristes
recederent, dicebat se grauiter ferre, si quem tristem ui-
10 deret. in summa familiaritate Epictetum et Heliodorum
philosophos et, ne nominatim de omnibus dicam, gramma-
ticos, rhetores, musicos, geometras, pictores, astrologos ha-
buit, prae ceteris, ut multi adserunt, eminente Fauorino.
11 doctores, qui professioni suae inhabiles uidebantur, dita-
tos honoratosque a professione dimisit.

17 Quos in priuata uita inimicos habuit, imperator tan-
tum neglexit, ita ut uni, quem capitalem habuerat, factus
2 imperator diceret 'Euasisti'. is, quos ad militiam ipse per
se uocauit, equos, mulos, uestes, sumptus et omnem orna-

3 amblare *C* 4 latitare per popinas *delet Spengel Abhandl. d. bair. Akad. hist. phil. Kl. VIIII p. 317* 5 calices *P*[2] rotundos *B*[2] *P*[2] *M* 6 amabit *B*[1] dicendi uetustum *M* 7 uirgilio *P*[2] enium *B* 8 cecilium *M* 9 mathesym *V* mathesim *M* sero] Vero *Meursius* fere *de Rooy spic. crit. c. 1 et Golisch p. 13* serio *Belius in ind. ed. Lips.* 10 quod *exc.* anno toto *B*[1] 11 periit *B*[2] 13 repraehendendis *B* 14 rethoribus *BPV* 15 eo *P*[1] *corr.* *P*[3] questionibus *B* 17 quidem *V* 18 miliaritate *P*[1] elidorum *B* eliodorum *P* 20 rethores *BPV* astrologas *B* 21 faborino *BP*[1]*V* 22 professionis *B*[2] 26 his *BP*

tum semper exhibuit. saturnalicia et sigillaricia frequenter 3
amicis inopinantibus misit et ipse ab his libenter accepit
et alia inuicem dedit. ad deprehendendas obsonatorum 4
fraudes, cum plurimis simmatibus pasceret, fercula de
aliis mensis etiam ultimis quibusque adponit. omnes 5
reges muneribus suis uicit. publice frequenter et cum
omnibus lauit. ex quo ille iocus balnearis innotuit: nam 6
cum quodam tempore ueteranum quendam notum sibi in
militia dorsum et ceteram partem corporis uidisset adte-
rere *parieti*, percontatus, cur se marmoribus destringendum
daret, ubi audiuit hoc idcirco fieri, quod seruum non habe-
ret, et seruis eum donauit et sumptibus. uerum alia die 7
cum plures senes ad prouocandam liberalitatem principis
parieti se adtererent, euocari eos iussit et alium ab alio
inuicem defricari. fuit et plebis iactantissimus amator. 8
peregrinationis ita cupidus, ut omnia, quae legerat de locis
orbis terrarum, praesens uellet addiscere. frigora et tem- 9
pestates ita patienter tulit, ut numquam caput texerit.
Regibus multis plurimum detulit, a plerisque uero etiam 10
pacem redemit, a nonnullis contemptus est; multis in- 11
gentia dedit munera, sed nulli maiora quam Hiberorum,
cui et elephantum et quinquagenariam cohortem post
magnifica dedit dona. cum a Farasmane ipse quoque in- 12
gentia munia dono accepisset atque inter haec auratas
quoque clamydes, trecentos noxios cum auratis clamydi-
bus in harenam misit ad eius munera deridenda.

3 deprę̨hend. *B* obsenatorum B^{3} 4 summatibus *BPV* sumentibus *M* sigmatibus *Bernhardy p. 29* simmatibus *scripsi* 5 quique P^{1} *fort.* sibi ipsi. adponi $B^{1}P^{1}$ iussit adponi $P^{3}VM$ 9 militia] pariete *Rösinger p. 4 et Paucker p. 51** 10 parieti *inseruit Kellerbauer p. 623* 14 parietis B^{1} parieti *P* (eti *in ras.*) *exc.* pariter et se *M* 15 iactantantissimus B^{1} al. accuratissimus *add.* P^{3} 17 adiscere *V* 18 texerit *scripsi* (*ita etiam Mommsen ci.*) texeret BP^{1} tegeret VMP^{2} *fr. Cusan.* 22 qui *BPVM* elephantum] *in B* han *in ras.* quingenariam *C* 23 frasmane *BPV* srasmane *M* 24 dona *BPVM em. C* munia *deest in M* ac magnifica dona *J. Klein p. 142* auratis B^{1} 25 trecentęsB^{1} clamymidibus $B^{1}P^{1}$

18 Cum iudicaret, in consilio habuit non amicos suos aut
comites solum sed iuris consultos et praecipue Iuuentium
Celsum, Saluium Iulianum, Neratium Priscum aliosque, quos
2 tamen senatus omnis probasset. constituit inter cetera,
ut in nulla ciuitate domus aliquae transferendae ad aliam
3 urbem ullius materiae causa diruerentur. liberis pro-
4 scriptorum duodecimas bonorum concessit. maiestatis
5 crimina non admisit. ignotorum heredidates repudiauit
6 nec notorum accepit, si filios haberent. de thesauris ita
cauit, ut, *si* quis in suo repperisset, ipse potiretur, si quis
in alieno, dimidium domino daret, si quis in publico, cum
7 fisco aequabiliter partiretur. seruos a dominis occidi ue-
tuit eosque iussit damnari per iudices, si digni essent.
8 lenoni et lanistae seruum uel ancillam uendi uetuit causa
9 non praestita. decoctores bonorum suorum, si suae aucto-
ritatis essent, catomidiari in amphitheatro et dimitti iussit.
10 ergastula seruorum et liberorum tulit. lauacra pro sexi-
11 bus separauit. si dominus in domo interemptus esset,
non de omnibus seruis quaestionem haberi sed de is, qui
per uicinitatem poterant sentire, praecepit.

19 In Etruria praeturam imperator egit. per Latina op-
pida dictator et aedilis et duumuir fuit, apud Neapolim
demarchus, in patria sua quinquennalis et item Hadriae
quinquennalis, quasi in alia patria, et Athenis archon fuit.
2 In omnibus paene urbibus et aliquid aedificauit et ludos
3 edidit. Athenis mille ferarum uenationem in stadio exhi-
4 buit. ab urbe Roma numquam ullum uenatorem aut scae-

1 consilia B^1PM 2 iulium *libri em. C* 3 neracium *BPV* 4 omnis *om.* B^1 5 tranferende *BPV* 6 ullis B^1P^1 ullius B^3P^3 *fort.* illius (*idem etiam Iordanus ci.*); utilis *Cornelissen p. 247* dirueretur *B* *fort.* domus a l i q u a. 10 iudicauit B^3 si *deest in* BP^1 reperisset *P* portiretur B^1P *teste Iord.* partiretur B^2 11 dimidium domidium dom. P^1 12 aequaliter *M* 14 lonistae P^1 17 tulit] ut et *Mommsen* 19 non *om.* B^1 questionem *B* is *scripsi* his *BPVM* 23 demarcus *BPV* 24 arton *B* arcon *P* 25 lusos B^1P^1 lusus P^2M ludos B^2P^3 27 uenetorem *B*

Digitized by Google

nicum auocauit. Romae post ceteras inmensissimas uo- 5
luptates in honorem socrus suae aromatica populo donauit,
in honorem Traiani balsama et crocum per gradus theatri
fluere iussit. fabulas omnis generis more antiquo in theatro 6
dedit, histriones aulicos publicauit. in circo multas feras 7
et saepe centum leones interfecit. militares pyrrichas po- 8
pulo frequenter exhibuit. gladiatores frequenter specta-
uit. cum opera ubique infinita fecisset, numquam ipse 9
nisi in Traiani patris templo nomen suum scripsit. Romae 10
instaurauit Pantheum, saepta, basilicam Neptuni, sacras ae-
des plurimas, forum Augusti, lauacrum Agrippae, eaque
omnia propriis auctorum nominibus consecrauit. fecit 11
et sui nominis pontem et sepulchrum iuxta Tiberim et
aedem Bonae Deae. transtulit et colossum stantem atque 12
suspensum per Decrianum architectum de eo loco, in quo
nunc templum urbis est, ingenti molimine, ita ut operi
etiam elephantos uiginti quattuor exhiberet. et cum hoc 13
simulacrum post Neronis uultum, cui antea dicatum fue-
rat, Soli consecrasset, aliud tale Apollodoro architecto
auctore facere Lunae molitus est.

In conloquiis etiam humillimorum ciuilissimus fuit, 20
detestans eos, qui sibi hanc uoluptatem humanitatis quasi
seruantis fastigium principis inuiderent. apud Alexandriam 2
in musio multas quaestiones professoribus proposuit et
propositas ipse dissoluit. Marius Maximus dicit eum na- 3
tura crudelem fuisse et idcirco multa pie fecisse, quod ti-
meret, ne sibi idem, quod Domitiano accidit, eueniret. et 4

1 auacauit B^2 uocauit P^1 aduocauit *V* rome *B* impensissimas *O. Hirschfeld Wien. Stud. III p. 116. Cornelissen p. 247* 6 conto *B Murb.* centum *P sed* um *in ras. at cf. Cass. Dio LXVIII 8,2* pyrricas *B P V M* 10 pantheon P^3 *V* septa *B P V M* edes *B P* 11 agrippine P^3 *V* eamque B^1 12 et ueterum *B P V M* auctorum *scripsi cf. Suet. Domit. 5* 14 daeae *B* *interpunxi ante* transtulit (*Momms.*), *in uolg. interp. post* transtulit. 15 detrianum B^1 18 posito Neronis uultu *Oberdick p. 340* 22 quasi non seruanti *Cornelissen p. 247* han B^1 han^c *P* 24 immusio *B P* (*t. Iord.*) 25 ipsi *O. Iahn Philol. XXVIII p. 10*

Digitized by Google

cum titulos in operibus non amaret, multas ciuitates Ha-
drianopolis appellauit, ut ipsam Karthaginem et Athenarum
5 partem. aquarum ductus etiam infinitos hoc nomine nun-
6.7 cupauit. fisci aduocatum primus instituit. Fuit memoriae
ingentis, facultatis inmensae. nam ipse et orationes dicta-
8 uit et ad omnia respondit. ioca eius plurima extant;
nam fuit etiam dicaculus. unde illud quoque innotuit,
quod, cum cuidam canescenti quiddam negasset, eidem
iterum petenti sed infecto capite respondit 'Iam hoc pa-
9 tri tuo negaui'. nomina plurimis sine numenclatore red-
didit, quae semel et congesta simul audiuerat, ut numen-
10 clatores saepius errantes emendarit. dixit et ueteranorum
nomina, quos aliquando dimiserat. libros strictim lectos et
11 ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. uno tem-
pore scripsit, dictauit, audiuit et cum amicis fabulatus est
[si potest credi]. omnes publicas rationes ita complexus
est, ut domum priuatam quiuis paterfamilias diligens non
12 setius norit. Equos et canes sic amauit, ut eis sepulchra
13 constitueret. oppidum Hadrianotheras in quodam loco,
quod illic et feliciter esset uenatus et ursam occidisset
aliquando, constituit.

21 De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando tam-
2 diu requisiuit, quamdiu uerum inueniret. Libertos suos
nec sciri uoluit in publico nec aliquid apud se posse, dicto
suo omnibus superioribus principibus uitia imputans li-
bertorum, damnatis omnibus libertis suis, quicumque se

2 ethenarum BP^1 *corr.* P^3 athenarum *M* 5 orationes et *BPVM* et orationes *Iordan.* 8 quidam B^1 10 numenlatore V^1 11 cogesta B^1 12 sepius *B* emendauit *BPV* 13 statim *libri*, strictim *scripsi* et ignotos pridem *Paucker p. 51* ipse* et ignotos p. plurimis *posuerim post* dimiserat, *uid. Fleckeisen. annal. CXXVIIII p. 75* 16 potes B^1P si potest credi *om. uolg., retinet Vahlen ind. lect. Berol. hib. 1880/1 p. 13 sqq. sed cum seqq. coniungit* 18 satis nouit *BPVM* secus *Golisch p. XIIII* non setius norit *Mommsen Herm. XV p. 407. Haupt opusc. III p. 421* non satis nouit *delet, Bährens p. 649 scribit* nam satis nouit 19 opidum *BPV* hadrianothermas B^3 22 indicibus *C* 25 liberorum *V*

de eo iactauerant. unde extat etiam illud saeue quidem 3
sed prope ioculare de seruis. nam cum quodam tempore
seruum suum inter duos senatores e conspectu ambulare
uidisset, misit, qui ei collafum daret *diceret*que: 'Noli
inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes seruus.' In- 4
ter cibos unice amauit tetrafarmacum, quod erat de fa-
siano, sumine, perna et crustulo.

Fuerunt eius temporibus fames, pestilentia, terrae mo- 5
tus, quae omnia, quantum potuit, procurauit multisque
ciuitatibus uastatis per ista subuenit. fuit etiam Tiberis 6
inundatio. Latium multis ciuitatibus dedit, tributa multis 7
remisit.

Expeditiones sub eo graues nullae fuerunt; bella 8
etiam silentio paene transacta. a militibus propter curam 9
exercitus nimiam multum amatus est, simul quod in eos
liberalissimus fuit. Parthos in amicitia semper habuit, 10
quod inde regem retraxit, quem Traianus inposuerat.
Armeniis regem habere permisit, cum sub Traiano lega- 11
tum habuissent. Mesopotamenos non exegit tributum, 12
quod Traianus inposuit. Albanos et Hiberos amicissimos 13
habuit, quod reges eorum largitionibus prosecutus est,
cum ad illum uenire contempsissent. reges Bactrano- 14
rum legatos ad eum amicitiae petendae causa supplices
miserunt.

Tutores saepissime dedit. disciplinam ciuilem non 22
aliter tenuit quam militarem. senatores et equites Roma- 2
nos semper in publico togatos esse iussit, nisi si a cena

1 seuero $B^1 P^1 V$ seuere $P^3 M$ seue B^2 *em. Bernhardy prooem. p. 13* 2 iaculare *V* 4 colla fundaret. qui noli *B exc.*[1] colaphum daret qui noli ait *exc.*[2] colaphum daret et diceret P^3 *in ras. M* collafum daret et diceret *V* diceretque *scripsi* (*sic etiam Mommsen*) 6 amabit $B^1 P^1$ (*t. Iord.*) amabat $P^3 M$ taetraph. *B* fasiono $B^1 P^1 V^2$ 8 et terr. *M* 11 solatium B^3 latum *V* 14 pene *BP* 15 nimiam *PVM* nimię *B* eximiam *Vnger p. 209* militum B^1 19 mesopotamenis B^2 mesopotamiis//// *P* (iis *in ras.*) a Mesopotamiis *M* exigit *BV* 22 baccianorum *V* Bactrianorum *M* 23 petende *B* 25 tatores B^1

3 reuerterentur. ipse, cum in Italia esset, semper togatus
4 processit. ad conuiuium uenientes senatores stans excepit semperque aut pallio tectus discubuit aut toga sum-
5 missa. diligentia iudicis sumptus conuiuii constituit et ad
6 anticum modum redegit. uehicula cum ingentibus sarcinis urbem ingredi prohibuit. sederi equos in ciuitatibus
7 non siuit. ante octauam horam in publico neminem nisi
8 aegrum lauari passus est. ab epistulis et a libellis primus
9 equites Romanos habuit. eos, quos pauperes et innocentes uidit, sponte ditauit, quos uero calliditate ditatos,
10 etiam odio habuit. sacra Romana diligentissime curauit, peregrina contempsit. pontificis maximi officium peregit.
11 causas Romae atque in prouinciis frequenter audiuit adhibitis in consilio suo consulibus atque praetoribus et op-
12. 13 tumis senatoribus. ⟨Fucinum lacum emisit.⟩ quattuor con-
14 sulares per omnem Italiam iudices constituit. ⟨Quando in Africam uenit, ad aduentum eius post quinquennium pluit, atque ideo ab Africanis dilectus est.⟩

23 Peragratis sane omnibus orbis partibus capite nudo et in summis plerumque imbribus atque frigoribus in morbum in-
2 cidit lectualem. factusque de successore sollicitus primum
c. 15,8 de Seruiano cogitauit, quem postea, ut diximus, mori coegit,
3 *item* Fuscum, quod imperium praesagiis et ostentis agitatus
4 speraret. in summa detestatione habuit Platorium Nepotem, quem tantopere ante dilexit, ut ueniens ad eum aegrotantem Hadrianus inpune non admitteretur, suspi-
5 cionibus adductus, et eodem modo et Terentium Gentianum, et hunc uehementius, quod a senatu diligi tunc ui-

4 iudices *BPV* iudicum *M* uindice *Petschenig p. 39* summa diligentia in dies *Mommsen* conuiuii *om. M* 5 canticum *B* antiqum P^{2} 6 aequos *B* in equis *Kellerbauer p. 623* 7 siniit *V* 10 auiditate *Cornelissen p. 247* 12 pontifices *BV* 14 in *om. VM* 21 leçtualem *P* leçtalem *V* loetalem *M* 23 item *inserui cf. Cass. Dio LXVIIII 17 interpunxit C* sagitatus B^{1} pletorium *BPM* Plaet. *uolg.* Platorium *Borghesi Oeuvr. III 122 sq. VI 216* 26 amitteretur *BPVM* 27 adductus est *BPVM* adductus et *Iordan.* 28 tunc] *fort.* eum

Digitized by Google

debat. omnes postremo, de quorum imperio cogitauit, 6
quasi futuros imperatores detestatus est. et omnem qui- 7
dem uim crudelitatis ingenitae usque eo repressit, donec
in uilla Tiburtina profluuio sanguinis paene ad exitum
uenit. tunc libere Seruianum quasi adfectatorem imperii, 8
quod seruis regiis cenam misisset, quod in sedili regio
iuxta lectum posito sedisset, quod erectus ad stationes
militum senex nonagenarius processiset, mori coegit
multis aliis interfectis uel aperte uel per insidias. quando 9
quidem etiam Sabina uxor non sine fabula ueneni dati ab
Hadriano defuncta est.

Tunc Ceionium Commodum, Nigrini generum insidia- 10
toris quondam, sibi forma commendatum adoptare consti-
tuit. adoptauit ergo Ceionium Commodum Verum inuitis 11
omnibus eumque Helium Verum Caesarem appellauit. ob 12
cuius adoptionem ludos circenses dedit et donatiuum po-
pulo ac militibus expendit. quem praetura honorauit ac 13
statim Pannoniis inposuit decreto consulatu cum sumpti-
bus. eundem Commodum secundo consulem designauit. 890/137
quem cum minus sanum uideret, saepissime dictitauit: 14
'In caducum parietem nos inclinauimus et perdidimus
quater milies sestertium, quod populo et militibus pro
adoptione Commodi dedimus.' Commodus autem prae 15
ualetudine nec gratias quidem in senatu agere potuit
Hadriano de adoptione. denique accepto largius antidoto 16
ingrauescente ualetudine per somnum perit ipsis kalendis
Ianuariis. quare ab Hadriano uotorum causa lugeri est
uetitus. Sed mortuo Helio Vero Caesare Hadrianus in- 24
gruente tristissima ualetudine adoptauit Arrium Antoni-

2 futuro B^1P^1 3 ingenite *B* ingeni//tae *P* (ingenuae *ante ras.*) 4 pene *BP* 6 regis *BPM* scaenam *BPVM* strenam *Scaliger* 7 statiores B^1 9 aparte P^1 10 pabula B^2 13 sui *Reg.* 14 caeionium *B* 15 ad alium *B* ad *del.* B^2 16 adoptationem *B* 17 pretura *B* 18 consulatus *BPM* senatus consulto eundem *V* 20 dictauit *V* 22 quater] ter *II 6,3. 3,3.* millies *P* 24 ne *Kellerbauer p. 623* 25 hadria B^1 26 ingrauisceute B^1 periit B^2 28 et *BPVM* sed *C ex Reg.* haelio *B* inurgente *Oberdick p. 738*

Digitized by Google

num, qui postea Pius dictus est, et ea *qui*dem lege, ut ille
sibi duos adoptaret, Annium Verum et Marcum Antoni-
2 num. hi sunt qui postea duo pariter Augusti primi rem
3 publicam gubernauerunt. et Antoninus quidem Pius id-
circo appellatus dicitur, quod socerum fessum aetate manu
4 subleuaret. quamuis alii cognomentum hoc ei dicant in-
ditum, quod multos senatores Hadriano iam saeuienti ab-
5 ripuisset, alii, quod ipsi Hadriano magnos honores post
6 mortem detulisset. Antonini adoptionem plurimi tunc
factam esse doluerunt, speciatim Catilius Seuerus, prae-
7 fectus urbi, qui sibi praeparabat imperium. qua re prodita
8 successore accepto dignitate priuatus est.
Hadrianus autem ultimo uitae taedio iam adfectus gladio
9 se transfigi a seruo iussit. quod cum esset proditum et in
Antonini usque notitiam uenisset, ingressis ad se praefe-
ctis et filio rogantibusque, ut aequo animo necessitatem
morbi ferret, dicente Antonino parricidam se futurum, si
10 Hadrianum adoptatus ipse pateretur occidi, iratus illis
auctorem proditionis iussit occidi, qui tamen ab Antonino
11 seruatus est. statimque testamentum scripsit nec tamen
12 actus rei publicae praetermisit. et post testamentum quidem
iterum se conatus occidere subtracto pugione saeuior factus
13 est. petit et uenenum a medico, qui se ipse, ne daret, oc-
25 cidit. Ea tempestate superuenit quaedam mulier, quae dice-
ret somnio se monitam, ut insinuaret Hadriano, ne se oc-
cideret, quod esset bene ualiturus. quod cum non fecis-
set, esse caecatam. iussam tamen iterum Hadriano eadem

1 et eadem *BPVM* et ea quidem *Iordan. ipse conieceram* at ea demum 2 Ceionium Verum *Bernhardy prooem. p. 20* (*at cf. III 6,10*) 6 cognomento *BPVM* 8 alii — detulisset *in P infra contextum* 10 atilius *BPVM* 11 urbis B^3*M* *an* sperabat? 14 proditum esset *M* 16 equo *B* 18 iratus — seruatus est statimque — praetermisit dicente — occidi *BPVM* dicente — occidi statimque — praetermisit *transposuit Rob. Bonon.; etiam rectius Gemoll p. 3, quem supra secutus sum* 21 reipublice *B* pretermisit *P* 22 est con. *BPVM* 24 ipsum B^2 bene] breui *Oberdick p. 340* 27 esset B^1P^1 est B^2 esse P^2 caecata *B*

Digitized by Google

dicere atque genua eius osculare recepturam *uisum*, si
id fecisset. quod cum insomnium implesset, oculos rece- 2
pit, cum a*qua*, quae in fano erat, ex quo uenerat, oculos
abluisset. uenit et de Pannonia quidam uetus caecus ad 3
febrientem Hadrianum eumque contingit. quo facto et 4
ipse oculos recepit, et Hadrianum febris reliquit. quam-
uis Marius Maximus haec per simulationem facta comme-
moret.

Post haec Hadrianus Baias petit Antonino Romae 5
ad imperandum relicto. ubi cum nihil proficeret, arces- 6
sito Antonino in conspectu eius apud ipsas Baias perit
die VI iduum Iuliarum. inuisusque omnibus sepultus est 7
in uilla Ciceroniana Puteolis. ⟨Sub ipso mortis tempore 8
et Seruianum nonaginta annos agentem, [supra dictum c. 15,8
est,] ne sibi suprauiueret atque, ut putabat, imperaret, 23,2; 8
mori coegit et ob leues offensas plurimos iussit occidi,
quos Antoninus reseruauit.⟩ Et moriens quidem hos uer- 9
sus fecisse dicitur:

Animula uagula blandula
hospes comesque corporis,
quae nunc abibis in loca
pallidula rigida nudula
nec ut soles dabis iocos!

tales autem nec multo meliores fecit et Graecos. 10

Vixit annis LX[X]II, mensibus V, diebus XVII. imperauit 11
annis XX[I], mensibus XI.

Statura fuit procerus, forma comptus, flexo ad pecti- 26
nem capillo, promissa barba, ut uulnera, quae in facie

(*cum ras. sup. tertium* a) *V* iussa *V* 1 osculari B^2 receptura *BPVM em. Vrs.* uisum *deest in* P^1 (*add.* P^3) *V* uisum si *deest in* B^1 *add.* B^3 2 in somnio *BPVM* 3 aquae in B^1 (*corr.* B^3) P^1 aquae a quo in P^3 4 natus *M* uates *Golisch p. XV* 5 frebrientem *B* contigit *VM* 9 hoc *M* adrianus *B* 10 proficere B^1 accersito *VM* 11 periit B^2 12 die VI// *P* 14 ut supra B^2*M* supra d. est *uncis inclusi* 22 ridiga B^1 25 LXXII *libri* LXII *C* 26 XXI *libri et Aur. Vict. Caesar. 14,12. epit. 14,1* XX *C* 28 que *P* faciae *B*

2 naturalia erant, tegeret, habitudine robusta. equitauit
ambulauitque plurimum armisque et pilo se semper
3 exercuit. uenatus frequentissime leonem manu sua oc-
cidit. uenando autem iugulum et costam fregit. uenatio-
4 nem semper cum amicis participauit. ⟨In conuiuio tra-
goedias, comoedias, Attellanas, sambucas, lectores, poetas pro
5 re semper exhibuit.⟩ ⟨Tiburtinam uillam mire exaedificauit,
ita ut in ea et prouinciarum et locorum celeberrima no-
mina inscriberet, uelut Lycium, Academian, Prytanium,
Canopum, Picilem, Tempe uocaret. et, ut nihil praeter-
mitteret, etiam inferos finxit.⟩
6 Signa mortis haec habuit: natali suo ultimo, cum
Antoninum commendaret, praetexta sponte delapsa caput
7 ei aperuit. anulus, in quo imago ipsius sculpta erat,
8 sponte de digito delapsus est. ante diem natalis eius ne-
scio qui ad senatum ululans uenit; contra quem Hadria-
nus ita motus est, quasi de sua morte loqueretur, cum
9 eius uerba nullus agnosceret. idem cum uellet in senatu
10 dicere 'Post filii mei mortem', 'Post meam' dixit. som-
niauit praeterea se a patre potionem soporiferam impe-
trasse. item somniauit a leone se oppressum esse.
27 In mortuum eum a multis multa sunt dicta. acta eius
2 inrita fieri senatus uolebat. nec appellatus esset diuus, nisi
3 Antoninus rogasset. templum denique ei pro sepulchro
apud Puteolos constituit et quinquennale certamen et
flamines et sodales et multa alia, quae ad honorem quasi
4 numinis pertinerent. qua re, ut supra dictum est, multi
c. 24,5 putant Antoninum Pium dictum.

3 uenatu *M* 4 cossam $P^3 V$ coxam *Reg.* 6 accellarias *V* 9 academiam P^3 10 Poecilen *uolg.* 14 operuit *BPVM* anulos B^1 16 qui// *P* 19 diceret $B^1 P^1 V$ mortem meam *M* 20 a patre *om.* B^1 22 u multis B^1 23 est *BPVM* 28 putant ob hoc P^3 *In fine uit.* uita diui hadriani explicit *BPV*

AELII SPARTIANI

HELIVS

Diocletiano Augusto Aelius Spartianus suus sal.

In animo mihi est, Diocletiane Auguste, tot principum 1
maxime, non solum eos, qui principum locum in hac sta-
tione, quam temperas, retentarunt, ut usque ad diuum Ha-
drianum feci, sed illos etiam, qui uel Caesarum nomine
appellati sunt nec principes aut Augusti fuerunt uel quo-
libet alio genere aut in famam aut in spem principatus
uenerunt, cognitioni numinis tui sternere. quorum prae- 2
cipue de Helio Vero dicendum est, qui primus tantum
Caesaris nomen accepit, adoptione Hadriani familiae prin-
cipum adscitus. et quoniam nimis pauca dicenda sunt, 3
nec debet prologus inormior esse quam fabula, de ipso
iam loquar.

Ceionius Commodus, qui et Helius Verus appellatus 2
est, quem sibi Hadrianus aeuo ingrauescente morbis tri-
stioribus pressus peragrato iam orbe terrarum adoptauit,
nihil habet in sua uita memorabile, nisi quod primus tan-
tum Caesar est appellatus, non testamento, ut antea sole- 2

1 incipit eiusdem spartiani heluius (v supra) *B* incipit eiusdem spartiani helius *P* incipit eiusdem spartianus helius *V* Eiusdem Spartiani Aelius Verus Caesar ad Dioclicianum *M* 3 al spart. *B* 5 principem *C* 11 cognitionis *B P* cognitionem *M* 12 (h supra) elio *B* 15 mormior $B^1 P^1$ enormior P^3 *eadem manus inter lineas addidit:* 'al. morosior' 17 elius *B P* 20 primus *om. M*

bat, neque eo modo quo Traianus est adoptatus, sed eo prope genere, quo nostris temporibus a uestra clementia Maximianus atque Constantius Caesares dicti sunt quasi quidam principum filii uirtute designati augustae maiestatis heredes.

3 Et quoniam de Caesarum nomine in huius praecipue uita est aliquid disputandum, qui hoc solum nomen indeptus est, Caesarem uel ab elephanto, qui lingua Maurorum caesai dicitur, in proelio caeso eum, qui primus sic appellatus est, doctissimi uiri et eruditissimi putant di-
4 ctum, uel quia mortua matre et uentre caeso sit natus, uel quod cum magnis crinibus sit utero parentis effusus, uel quod oculis caesiis et ultra humanum morem uiguerit.
5 certe quaecunque illa, felix necessitas fuit, unde tam clarum et duraturum cum aeternitate mundi nomen effloruit.

6 Hic ergo, de quo sermo est, primum Lucius Aurelius Verus est dictus, sed ab Hadriano ascitus in Heliorum familiam, hoc est in Hadriani transcriptus et appellatus est
7 Caesar. huic pater Ceionius Commodus fuit, quem alii Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt.
8 maiores omnes nobilissimi, quorum origo pleraque ex
9 Etruria fuit uel ex Fauentia. et de huius quidem familia plenius in uita Lucii Aurelii Ceionii Commodi Veri Antonini, filii huiusce, quem sibi adoptare Antoninus iussus
10 est, disseremus. is enim liber debet omnia, quae ad stemma generis pertinent, continere, qui habet principem, de quo plura dicenda sunt.

3 Adoptatus autem Helius Verus ab Hadriano eo tem-
I 23,1 pore, quo iam, ut superius diximus, parum uigebat et de

2 a uestra] auram *exc.*^{1} aurium *exc.*^{2} 4 fili B^1 uiri et *BPM* ueri et *Cannegieter, Obrecht, Golisch p. XIIII em. Bernhardy prooem. p. 26* liberi et *Maduig Adu. II p. 631* 7 adeptus B^2 al. adeptus P^3 9 caesa *exc.*^{2} *M Seru. ad Verg. Aen. I 286* caesar *Reg.* 11 sed *BP exc. om. M* et *Vielhaber p. 626* 13 cęciis B^1 caesis B^3 cespis *exc.*^{1} marem B^1 *exc.*^{1} 15 duraturam B^1 24 uere B^1 26 stegma P^1

successore necessario cogitabat, statimque praetor factus 2
et Pannoniis dux ac rector inpositus, mox consul creatus
et, quia erat deputatus imperio, iterum consul designatus
est. datum etiam populo congiarium causa eius adoptio- 3
nis conlatumque militibus sestertium ter milies, circenses
editi, neque quicquam praetermissum, quod posset laeti-
tiam publicam frequentare. tantumque apud Hadrianum 4
principem ualuit, ut praeter adoptionis adfectum, quo ei
uidebatur adiunctus, solus omnia, quae cuperet, etiam per
litteras impetraret. nec prouinciae quidem, cui praepo- 5
situs erat, defuit. nam bene gestis rebus uel potius feli- 6
citer etiamsi non summi, medii tamen optinuit ducis fa-
mam. Hic tamen ualetudinis adeo miserae fuit, ut Hadria- 7
num statim adoptionis paenituerit potueritque eum amo-
uere a familia imperatoria, cum saepe de aliis cogitaret,
si forte uixisset. ⟨Fertur denique ab is, qui Hadriani uitam 8
diligentius in litteras rettulerunt, Hadrianum Veri scisse
genituram et eum, quem non multum ad rem publicam
regendam probarat, ob hoc tantum adoptasse, ut suae sa-
tisfaceret uoluptati et, ut quidam dicunt, iuri iurando,
quod intercessisse inter ipsum ac Verum secretis con-
ditionibus ferebatur. fuisse enim Hadrianum peritum 9
matheseos Marius Maximus usque adeo demonstrat, ut
eum dicat cuncta de se scisse, sic ut omnium dierum
usque ad horam mortis futuros actus ante perscripserit.⟩
Satis praeterea constat eundem *de* Vero saepe dixisse: 4

> 'Ostendent terris hunc tantum fata neque ultra — Verg. Aen. VI 870
> esse sinent.'

quos uersus cum aliquando in hortulo spatians cantitaret, 2

1 successores *B* *fort.* successore suo. 2 et in pannonis B^1 et pannonis B^2P 3 deputans *BP* 4 populum B^1 5 quater B^2 *I 23,14* 10 imperaret P^1 12 etsi *M* 14 potueritque] al. petiueritque P^3 uolueritque *Turnebi cod., Oberdick p. 738, Bährens p. 650, Cornelissen p. 247* 16 his *BPVM* is *scripsi* 18 multo *BP* 19 probaret *uolg.* 20 iureiur. P^2 25 oram *BP* 26 eūdem *B* eum de *PM* eundem de *scripsi* 29 ortulo P^1

Digitized by Google

atque adesset unus ex litteratis, quorum Hadrianus speciosa societate gaudebat, uelletque addere

VI 871 — — 'nimium uobis Romana propago
uisa potens, superi, propria haec si dona fuissent,'

3 Hadrianus dixisse fertur 'Hos uersus uita non capit Veri', illud addens:

VI 884 — — 'Manibus date lilia plenis;
purpureos spargam flores animamque nepotis
his saltim accumulem donis et fungar inani
munere.'

4 cum quidem etiam illud dicitur cum risione dixisse: 'Ego
5 mihi diuum adoptaui, non filium.' nunc tamen cum eum consolaretur unus de litteratis, qui aderat, ac diceret: 'Quid? si non recte constellatio eius collecta est, quem credimus esse uicturum?' Hadrianus dixisse fertur: 'Facile ista dicis tu, qui patrimonii tui, non rei publicae quaeris
6 heredem.' unde apparet eum habuisse in animo alium deligere atque hunc ultimo uitae suae tempore a re pu-
7 blica summouere. sed eius consiliis iuuit euentus. nam cum de prouincia Helius redisset atque orationem pulcherrimam, quae hodieque legitur, siue per se seu per scriniorum aut dicendi magistros parasset, qua kalendis Ianuariis Hadriano patri gratias ageret, accepta potione, qua se aestimaret iuuari, kalendis ipsis Ianuariis perit.
8 iussusque ab Hadriano, quia uota interueniebant, non lugeri.

5 Fuit hic uitae laetissimae, eruditus in litteris, Hadriano, ut maliuoli locuntur, acceptior forma quam moribus.

4 superiora BP^1 (*dein* ora *eras. et* s *superscr.*) 5 non *om.* B^1 11 cum] al. eum P^3 12 tunc tamen *Petschenig p. 22* 13 quoderat BP^1 qui aderat P^2M 14 quod *BP* quid *M Golisch p. XIIII* quodstellatio *B* cohstellatio P^1 est? quin cr. *Maduig Adu. II p. 631* 18 diligere *B* nunc *BPM* 19 defuit euentus *Mommsen* fauit *Egnatius, Golisch p. XIIII* praecurrit *Vielhaber p. 626* 25 interueniebat *B* 27 lautissimae *Klein p. 275* 28 e moribus *exc.*[1]

in aula diu non fuit, in uita priuata etsi minus probabilis, 2
minus tamen reprehendendus ac memor familiae suae,
comptus, decorus, pulchritudinis regiae, oris uenerandi,
eloquentiae celsioris, uersu facilis, in re publica etiam
non inutilis. huius uoluptates ab is, qui uitam eius scri- 3
pserunt, multae feruntur, equidem non infames sed ali-
quatenus diffluentes. nam tetrafarmacum, seu potius pen- 4
tafarmacum, quo postea semper Hadrianus est usus, ipse
dicitur repperisse, hoc est sumen, fasianum, pauonem, per-
nam crustulatam et aprunam. de quo genere cibi aliter 5
refert Marius Maximus, non pentafarmacum sed tetrafar-
macum appellans, ut et nos ipsi in eius uita persecuti su- c. 21,4
mus. fertur etiam aliud genus uoluptatis, quod Verus in- 6
uenerat. nam lectum eminentibus quattuor anacliteriis 7
fecerat minuto reticulo undique inclusum eumque foliis
rosae, quibus demptum esset album, replebat iacensque
cum concubinis uelamine de liliis facto se tegebat unctus
odoribus Persicis. iam illa frequentantur a nonnullis, 8
quod et accubitationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit
et quidem purgatis. quae etsi non decora, non tamen ad
perniciem publicam prompta sunt. atque idem Apicii 9
Caelii relata, idem Ouidii libros amorum in lecto semper
habuisse, idem Martialem, epigrammaticum poetam,
Vergilium suum dixisse. iam illa leuiora quod cursoribus 10
suis exemplo Cupidinum alas frequenter adposuit eosque
uentorum nominibus saepe uocitauit, Boream alium, alium
Notum et item Aquilonem aut Circium ceterisque nomi-
nibus appellans et indefesse atque inhumaniter faciens

1 munus B^1P^1 5 his *BPM* 6 efferuntur *exc.* 7 terraf. BP^1 pentef. B^1P 9 pernam *om. M* 10 aprinam B^2 prunam *exc.* 11 terrafarmacum BP^1 16 udum *Oberdick p. 340* 18 iam] *fort.* etiam 21 atque idem ouidii ab aliis relata idem apicii libros amorum *BPM* idem Apicii relata idem Ouidii libros *S* Apicii Caelii *scripsi. an* Apicii Caelii praecepta? atque, *quae* ab aliis relata, idem Apicii libros, idem Ouidii amorum in l. s. h. *C. Schenkl Wiener Stud. II p. 158* 22 lectos *BP* 23 marcialem *BP*

11 cursitare. idem uxori conquerenti de extraneis uolupta-
tibus dixisse fertur: 'Patere me per alias exercere cupi-
ditates meas: uxor enim dignitatis nomen est, non uolup-
12 tatis.'
Eius est filius Antoninus Verus, qui adoptatus est
a Marco, uel certe cum Marco et cum eodem aequale
13 gessit imperium. nam ipsi sunt qui primi duo Augusti ap-
pellati sunt, et quorum fastis consularibus sic nomina
praescribuntur, ut dicantur non duo Antonini sed duo
14 Augusti. tantumque huius rei et nouitas et dignitas ua-
luit, ut fasti consulares nonnulli ab his sumerent ordinem
consulum.

6 ‖Pro eius adoptione infinitam pecuniam populo et mi-
2 litibus Hadrianus dedit. sed cum eum uideret homo paulo
argutior miserrimae ualetudinis, ita ut scutum solidius
3 iactare non posset, dixisse fertur: 'Ter milies perdidi-
mus, quod exercitui populoque dependimus; si quidem
satis in caducum parietem incubuimus et qui non ipsam
4 rem publicam, sed nos ipsos sustentare uix possit.' et
haec quidem Hadrianus cum praefecto suo locutus est.
5 quae cum prodidisset praefectus, ac per hoc Helius Caesar
in dies magis magisque sollicitudine, utpote desperati ho-
minis, adgrauaretur, praefecto suo Hadrianus, qui rem
prodiderat, successorem dedit uolens uideri, quod uerba
6 tristia temperasset. sed nihil profuit. nam, ut diximus,
c.4,7 Lucius Ceionius Commodus Verus Helius Caesar (nam
his omnibus nominibus appellatus est) perit sepultusque
est imperatorio funere, neque quicquam de regia ni mor-
7 tis habuit dignitatem. doluit ergo illius mortem, ut bonus

1 cursitate B^1 2 alus B^1P explere *Cornelissen p. 247* 5 filius est *M* 6 a Marco uel certe *uncis inclusit Iordan*, uel certe cum Marco *S cf. Philol. XXXXIII p. 152* uel] uer B^1 uer' *P*(*M*) et cum *om.* B^2 9 non t̃m *i. e.* non tantum P^3 16 quater B^2 *Hadr. 23,14* 18 incuibimus B^1P^1 inclinauimus B^3 inc$\overset{u}{\bar{u}}$//bimus P^2 incumbimus *M* 20 adrianus *B* 22 sollicititudine *B* disperati *B* 23 hadriani B^1P^1 hadrianis B^3 al. hadrianus P^3 29 dignitate *B*

Digitized by Google

pater, non, ut bonus princeps. nam cum amici solliciti
quaererent, qui adoptari posset, Hadrianus dixisse fertur
is 'Etiam uiuente adhuc Vero decreueram'. ex quo osten- 8
dit aut iudicium suum aut scientiam futurorum. post 9
hunc denique Hadrianus diu anceps, quid faceret, Antoni-
num adoptauit Pium cognomine appellatum. cui conditio-
nem addidit, ut ipse sibi Marcum et Verum Antoninus ad-
optaret filiamque suam Vero, non Marco daret. nec diu- 10
tius uixit grauatus languore ac diuerso genere morborum,
saepe dicens sanum principem mori debere, non debilem.||

Statuas sane Helio Vero per totum orbem colossas 7
poni iussit, templa etiam in nonnullis urbibus fieri. deni- 2
que illius merito filium eius Verum, nepotem utpote suum,
qui pereunte Helio in familia ipsius Hadriani remanserat,
adoptandum Antonino Pio cum Marco, ut iam diximus, c. 5,12. 6,9
dedit, saepe dicens: 'Habeat res publica quodcumque de
Vero.' quod quidem contrarium is, quae de adoptionis 3
paenitentia per auctores plurimos intimata sunt, cum Ve-
rus posterior nihil dignum praeter clementiam in mori-
bus habuerit, quod imperatoriae familiae lumen adferret.

Haec sunt, quae de Vero Caesare mandanda litteris 4
fuerunt. de quo idcirco non tacui, quia mihi propositum 5
fuit omnes, qui post Caesarem dictatorem, hoc est diuum
Iulium, uel Caesares uel Augusti uel principes appellati
sunt, quique in adoptationem uenerunt, uel imperatorum
filii aut parentes Caesarum nomine consecrati sunt, sin-
gulis libris exponere, meae satisfaciens conscientiae,
etiamsi multis nulla sit necessitas talia requirendi.

1 princeps, non ut b. pater *S*, *at cf. Obrecht* 3 is *in B delet.* fertur: id *S* 5 quit *B*[1]*P*[1] 7 Verus Antoninum *M* Antoninos *Reg. fort.* Antoninus *e marg. in text. inrepsit* 17 his *BPM* is *scripsi* 20 adferet *BP* 23 qui uel p. C. *BPM* 25 adoptionem *M*

Digitized by Google

IVLI CAPITOLINI

ANTONINVS PIVS

1 Tito Aurelio Fuluo Boionio Antonino Pio paternum
2 genus e Gallia Transalpina, Nemausense scilicet, auus Ti-
tus Aurelius Fuluus, qui per honores diuersos ad secun-
3 dum consulatum et praefecturam urbis peruenit, pater
Aurelius Fuluus, qui et ipse fuit consul, homo tristis et
4 integer, auia materna Boionia Procilla, mater Arria Fa-
dilla, auus maternus Arrius Antoninus, bis consul, homo
sanctus et qui Neruam miseratus esset, quod imperare
5.6 coepisset, soror uterina Iulia Fadilla, uitricus Iulius Lu-
pus consularis, socer Annius Verus, uxor Annia Faustina,
7 filii mares duo, duae feminae, gener per maiorem filiam
Lamia Silanus, per minorem Marcus Antoninus fuere.
a. 839/86 8 Ipse Antoninus Pius natus est XIII. kl. Oct. Fl. Domitiano
XII. et Cornelio Dolabella conss. in uilla Lanuuina. edu-
catus Lori in Aurelia, ubi postea palatium extruxit, cuius
9 hodieque reliquiae manent. pueritiam egit cum auo pa-
terno, mox cum materno, omnes suos religiose colens,

1 explicit uitai incipit iuli capitolini antoninus pius feliciter *BP* ad Diocletianum Aug. *add.* P^3 *M* 3 fulboionio *BP* fuluio boi. P^3*M em. Gr.* 7 tristis] al. castus P^3 (*Reg.*) et aeger *M* 8 boiunia *BPM em. S* fidilla *B* Fatidilla *M* 10 scanctus BP^1 11 uterrina B^1 14 Syllanus *M* 15 Fl.] sub *M* 16 dono uella *B* dolouella P^1 *exc.*[1] dolobella P^2 *exc.*[2] *M* lanuuia B^1 Laurina *M* 17 Lori] al. lorina P^3

atque adeo et consobrinorum et uitrici et multorum adfinium hereditate ditatus est.

Fuit uir forma conspicuus, [ingenio] clarus moribus, 2
clemens, nobilis, uultu placidus, ingenio singulari, eloquentiae nitidae, litteraturae praecipuae, sobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, alieni abstinens, et omnia haec
cum mensura et sine iactantia, in cunctis postremo lau- 2
dabilis et qui merito Numae Pompilio ex bonorum sen-
tentia conparatur. Pius cognominatus est a senatu, uel 3
quod soceri fessi iam aetatem manu praesente senatu leuaret (quod quidem non satis magnae pietatis est argumentum, cum impius sit magis, qui ista non faciat, quam
pius qui debitum reddat) uel quod eos, quos Hadrianus 4
per malam ualetudinem occidi iusserat, reseruauit, uel 5
quod Hadriano contra omnium studia post mortem infi-
nitos atque inmensos honores decreuit, uel quod, cum se 6
Hadrianus interimere uellet, ingenti custodia et diligen-
tia fecit, ne id posset admittere; uel quod uere natura 7
clementissimus et nihil temporibus suis asperum fecit.
idem fenus trientarium, hoc est minimis usuris exercuit, 8
ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. fuit quaestor libe- 9
ralis, praetor splendidus, consul cum Catilio Seuero. hic in 10 a. 873/120
omni priuata *uita* in agris frequentissime uixit, sed clarus
in locis omnibus fuit. ab Hadriano inter quattuor consu- 11
lares, quibus Italia conmittebatur, electus est ad eam partem Italiae regendam, in qua plurimum possidebat, ut Hadrianus uiri talis et honori consuleret et quieti.

Huic, cum Italiam regeret, imperii omen est factum. 3

3 ingenio *cum Reg. del. S* ingens *Kellerbauer p. 623* 4 singularis B^3 *exc.*^{2} *M distinxit S* 8 et B^1PM 9 conparatus *BPM* conparetur *Kellerbauer p. 623* cognominatus *in B* no *sup. lin.* 10 soceris B^3 socerum fessa iam aetate leuauerit *M* socerum fessum aetate *Hadr. 24, 3* 11 magni B^1P^1 13 deuitum B^1P^1 14 reseruabit B^1 — bat B^3 21 quaestior B^1 23 uita *om.* BP^1 (*defend. Petschenigio p. 34*) omni uita sua P^3 omni uita *M* sequentissime *B* 27 hadriano uir *B a tertia manu ut uid.* honor B^1 28 factum est *M*

Digitized by Google

nam cum tribunal ascendisset, inter alias adclamationes
2 dictum est 'Auguste, dii te seruent'. proconsulatum Asiae
3 sic egit, ut solus auum uinceret. in proconsulatu etiam sic
imperii omen accepit: nam cum sacerdos femina Trallibus
ex more proconsules semper hoc nomine salutaret, non
4 dixit 'Aue pro consule', sed 'Haue imperator'. Cyzici etiam
5 de simulacro dei ad statuam eius corona translata est. et
post consulatum in uirdiario taurus marmoreus cornibus
ramis arboris adcrescentibus adpensus est, et fulgur
caelo sereno sine noxa in eius domum uenit, et in Etruria
dolia, quae defossa fuerant, supra terram reperta sunt, et
statuas eius in omni Etruria examen apium repleuit, et
somnio saepe monitus est dis penatibus eius Hadriani simulacrum inserere.

6 Proficiscens ad proconsulatum filiam maiorem amisit.
7 de huius uxore multa dicta sunt ob nimiam libertatem et
uiuendi facilitatem, quae iste cum animi dolore conpres-
8 sit. post proconsulatum in consiliis Hadriani Romae frequens uixit, de omnibus, quibus Hadrianus consulebat, mitiorem sententiam semper ostendens.

4 Genus sane adoptionis tale fertur: mortuo Helio Vero,
quem sibi Hadrianus adoptauerat et Caesarem nuncupauerat,
2 dies senatus habebatur; eo Arrius Antoninus soceri uestigia
leuans uenit atque idcirco ab Hadriano dicitur adoptatus.
3 quae causa sola esse adoptionis nec potuit omnino nec debuit, maxime cum et semper rem publicam bene egisset Antoninus et in proconsulatu se sanctum grauemque praebuis-

1 in al. P^1 addamnationes B^1 4 feminat B^1 Trallis *libri* Trallibus C 6 proconsul// P habe B^1 cilici B cilici et P ciliciae M Cidici S 8 uiridiario B^3 uiridario P^3 9 arboribus B fulgor B 12 eius statuas M statua P^1 *c.* P^3 apum M 13 monitus sed penitus BP^3 pennus P^1 se penitus M monitus est penatibus suis C monitus dis se penatibus S est et paene iussus Hadr. *Golisch p. XV* 15 proconsolatum B^1 24 leuans] pro lauans *suprascr.* P^3 27 in^{p} consulatu B scantum B^1 cautum B^2 sanctum P *in ras.*

Digitized by Google

set. ergo cum eum Hadrianus adoptare se uelle publicasset, ac- 4
ceptum est spatium deliberandi, utrum adrogari ab Hadriano
uellet. adoptionis lex huiusmodi data est, ut quemadmo- 5
dum Antoninus ab Hadriano adoptabatur, ita sibi ille ado-
ptaret M. Antoninum, fratris uxoris suae filium, et L. Ve-
rum, Helii Veri, qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium,
qui postea Verus Antoninus est dictus. adoptatus est V. 6
kl. Mart. die. in senatu gratias agens, quod de se ita sen-
sisset Hadrianus ..... factusque est patri et in imperio pro- 7
consulari et in tribunicia potestate collega. huius pri- 8
mum hoc fertur, quod, cum uxore argueretur quasi pa-
rum nescio quid suis largiens, dixerit: 'Stulta, posteaquam
ad imperium transiuimus, et illud, quod habuimus ante,
perdidimus.' congiarium [militibus] populo de proprio 9
dedit et ea, quae pater promiserat. et ad opera Hadriani 10
plurimum contulit et aurum coronarium, quod adoptionis
suae causa oblatum fuerat, Italicis totum, medium prouin-
cialibus reddidit.

Et patri, cum aduixerit, religiosissime paruit. sed Ha- 5
driano apud Baias mortuo reliquias eius Romam peruexit
sancte ac reuerenter atque in hortis Domitiae conlocauit,
etiam repugnantibus cunctis inter diuos eum rettulit.
uxorem Faustinam Augustam appellari a senatu permisit. 2
Pii appellationem recepit. patri et matri atque auis et fra-
tribus iam mortuis statuas decretas libenter accepit. cir-
censes natali suo dicatos non respuit aliis honoribus re-
futatis. clipeum Hadriano magnificentissimum posuit et
sacerdotes instituit.

Factus imperator nulli eorum, quos Hadrianus pro- 3
uexerat, successorem dedit fuitque ea constantia, ut

5 Verum *in B supr. lin.* 8 die *BPM* (*in B sup. lin.*) *fort.* dein 9 *post* Hadrianus *lacunam significaui* 11 ab uxore P^3M uxor *Mommsen* 13 illut *B* 14 militibus *del. Iordan.* ac pop. *uolg.* 19 quoad P^3M adduxerit *B* aduixit/// *P* uixit *M* dum aduixit *S* quoad uixit, idem rel. *Vielhaber p. 626* 21 ac *in B sup. lin.* 22 duos P^1 24 recipit *B*

septenis et nouenis annis in prouinciis bonos praesi-
4 des detineret. Per legatos suos plurima bella gessit.
nam et Brittannos per Lollium Vrbicum uicit legatum
alio muro cespiticio summotis barbaris ducto et Mauros
ad pacem postulandam coegit et Germanos et Dacos et
multas gentes atque Iudaeos rebellantes contudit per
5 praesides ac legatos. in Achaia etiam atque Aegypto
rebelliones repressit. Alanos molientis saepe refrenauit.
6 Procuratores suos et modeste suscipere tributa iussit
et excedentes modum rationem factorum suorum reddere
praecepit nec umquam ullo laetatus est lucro, quo pro-
2 uincialis oppressus est. contra procuratores suos conque-
3 rentes libenter audiuit. Is, quos Hadrianus damnauerat,
in senatu indulgentias petit, dicens etiam ipsum Hadria-
4 num hoc fuisse facturum. imperatorium fastigium ad
summam ciuilitatem deduxit, unde plus creuit, recusan-
tibus aulicis ministris, qui illo nihil per internuntios
agente nec terrere poterant homines aliquando nec ea,
5 quae occulta non erant, uendere. senatui tantum detulit
imperator, quantum, cum priuatus esset, deferri sibi ab
6 alio principe optauit. patris patriae nomen delatum a se-
natu, quod primo distulerat, cum ingenti gratiarum ac-
7 tione suscepit. tertio anno imperii sui Faustinam uxorem
perdidit, quae a senatu consecrata est delatis circensibus
atque templo et flaminicis et statuis aureis atque argen-
teis; cum etiam ipse hoc concesserit, ut imago eius cunc-
8 tis circensibus poneretur. statuam auream delatam a se-
9 natu positam suscepit. M. Antoninum quaestorem consu-
10 lem petente senatu creauit. Annium Verum, qui postea
dictus est Antoninus, ante tempus quaestorem designauit.

3 legatum uicit *M* 6 contudit] it *in B in ras.* 7 aegyptum B^1*P exc.* in Achaiam etiam atque Aegyptum *Krauss p. 98* 8 molientes *PM* saeue *Petschenig p. 22* 10 terdecentes *B* excedentes *P* (exced. *in ras.*) *M* et exced. *scripsi* (*Iord.*) ratione facturum *B* 11 ullo *om. M* 13 his *BPM* 17 aulicis] *in B* lici *in ras.* 20 deferre B^1 24 cercensibus B^1 25 statuas B^1 27 cum] circum B^1

neque de prouinciis neque de ullis actibus quicquam con- 11
stituit, nisi quod prius ad amicos rettulit, atque ex eorum
sententia formas conposuit. uisus est sane ab amicis et 12
cum priuatis uestibus et domestica quaedam gerens.
Tanta sane diligentia subiectos sibi populos rexit, ut 7
omnia et omnes, quasi sua essent, curaret. prouinciae
sub eo cunctae floruerunt. Quadruplatores extincti sunt. 2
publicatio bonorum rarior quam umquam fuit, ita ut unus 3
tantum proscriberetur adfectatae tyrannidis reus, hoc est
Atilius Titianus, senatu puniente, a quo conscios requiri
uetuit, filio eius ad omnia semper adiuto. perit et Priscia- 4
nus reus adfectatae tyrannidis, sed morte uoluntaria. de
qua coniuratione quaeri uetuit.

Victus Antonini Pii talis fuit, ut esset opulentia sine repre- 5
hensione, parsimonia sine sordibus, et mensa eius per pro-
prios seruos, per proprios aucupes, piscatores ac uenatores
instrueretur. balneum, quo usus fuisset, sine mercede popu- 6
lo exhibuit nec omnino quicquam de uitae priuatae qualitate
mutauit. salaria multis subtraxit, quos otiosos uidebat ac- 7
cipere, dicens nihil esse sordidius, immo crudelius, quam
si rem p. is adroderet, qui nihil in eam suo labore confer-
ret. unde etiam Mesomedi lyrico salarium inminuit. ratio- 8
nes omnium prouinciarum adprime sciuit et uectigalium.
patrimonium priuatum in filiam contulit, sed fructus rei 9
publicae donauit. species imperatorias superfluas et prae- 10
dia uendidit et in suis propriis fundis uixit uarie ac pro
temporibus. nec ullas expeditiones obiit, nisi quod ad 11
agros suos profectus est ad Campaniam, dicens grauem

2 ex *in B sup. lin.* 6 amnes *B corr.* 9 proscribaretur *P* adfectatae] tae *in B in ras.* 10 puniente] u *in BP in ras.* conscio B^1P^1 conscios B^2P^3 exquiri *Petschenig p. 23* 14 antoni *B* 16 per *in B sup. lin. om. PM* prios P^1 ac *in B sup. lin.* et uenat. *M* 17 sine *in P sup. lin.* 21 adrideret P^1 23 prouincialium *uolg.* 25 supellectilem imperatoriam superfluam *Cornelissen p. 248* 27 ex exp. *B* ad *om. B* 28 profectus esse *in P infra context.* est et ad Camp. *B* Campianiam B^1

Digitized by Google

esse prouincialibus comitatum principis, etiam nimis
12 parci. et tamen ingenti auctoritate apud omnes gentes
fuit, cum in urbe propterea sederet, ut undique nuntios,
medius utpote, citius posset accipere.
8 Congiarium populo dedit, militibus donatiuum ad-
didit. puellas alimentarias in honorem Faustinae Fausti-
2 nianas constituit. Opera eius haec extant: Romae tem-
plum Hadriani, honori patris dicatum, Graecostadium post
incendium restitutum, instauratum amphitheatrum, se-
pulchrum Hadriani, templum Agrippae, pons sublicius,
3 Fari restitutio, Caietae portus, Terracinensis portus
restitutio, lauacrum Ostiense, Antiatum aquae ductus,
4 templa Lanuuiana. multas etiam ciuitates adiuuit pe-
cunia, ut opera uel noua facerent uel uetera restituerent,
ita ut et magistratus adiuuaret et senatores urbis ad func-
5 tiones suas. Hereditates eorum, qui filios habebant, re-
pudiauit. primus constituit, ne poenae causa legatum re-
6 lictum maneret. successorem uiuenti bono iudici nulli de-
7 dit nisi Orfito praefecto urbi, sed petenti. nam Gauius
Maximus praefectus praetorii usque ad uicensimum an-
num sub eo peruenit, uir seuerissimus, cui Tatius Maxi-
8 mus successit. in cuius demortui locum duos praefectos
substituit Fabium Repentinum et Cornelium Victorinum.
9 sed Repentinus famosis percussus est, quod per concubi-
10 nam principis ad praefecturam uenisset. Vsque adeo sub
eo nullus percussus est senator, ut etiam parricida con-
fessus in insula deserta poneretur, quia uiuere illi na-

1 nimis *ante* grauem *ponit Vielhaber p. 626* 4 ut *in B sup. lin.* 7 extant] *in B* ex *sup. lin.* 10 supplicius BP^1 subplicius P^2 11 caiaete *BP* 12 otiense *B* 15 adiuuarent *BPM* 17 naepęnę *B* 18 manere' *BP* 19 urbis B^3 grauius B^1P^1 (*ut uid.*) 21 cuu BP^1 22 sus-cessit B^1 eius B^2 23 uicturinum P^1 Cornelium Repentinum et Furium Victorinum *Borghesi Oeuvr. VI p. 190* 24 famosa BP^1 uoce *add.* P^3M famosis *scripsi* famosa perpessus est *Rösinger p. 4* fama superfusus *Petschenig p. 23* famoso carmine proscissus *Cornelissen p. 248* 26 senatur B^1 parracidam B^1 parracida B^2

Digitized by Google

turae legibus non licebat. Vini, olei et tritici penuriam 11
per aerarii sui damnum emendo et gratis populo dando
sedauit.

Aduersa eius temporibus haec prouenerunt: fames, 9
de qua diximus, circi ruina, terrae motus, quo Rhodio- c. 8, 11.
rum et Asiae oppida conciderunt, quae omnia mirifice in-
staurauit, et Romae incendium, quod trecentas quadra-
ginta insulas uel domos absumpsit. et Narbonensis ciuitas 2
et Antiochense oppidum et Carthaginiense forum arsit.
fuit et inundatio Tiberis, apparuit et stella crinita, natus 3
est et biceps puer, et uno partu mulieris quinque pueri
editi sunt. uisus est in Arabia iubatus anguis maior so- 4
litis, qui se a cauda medium comedit. lues etiam in Ara-
bia fuit. hordeum in Moesia in culminibus arborum na-
tum est. quattuor praeterea leones mansueti sponte se 5
capiendos in Arabia praebuerunt.

Pharasmanes rex ad eum Romam uenit plusque illi 6
quam Hadriano detulit. Pacorum regem Ladiis dedit. Par-
thorum regem ab Armeniorum expugnatione solis litteris
reppulit. Abgarum regem ex orientis partibus sola auc-
toritate deduxit. causas regales terminauit. sellam re- 7
giam Parthorum regi repetenti, quam Traianus ceperat,
pernegauit. Rimetalcen in regnum Bosforanum audito 8
inter ipsum et curatorem negotio remisit. Olbiopolitis 9
contra Tauroscythas in Pontum auxilia misit et Tauroscy-
thas usque ad dandos Olbiopolitis obsides uicit. tantum 10
sane auctoritatis apud exteras gentes nemo habuit, cum
semper amauerit pacem, eo usque ut Scipionis senten-

2 permagno *Vielhaber p. 626* damno *BP* damna *M* damnum *scripsi* 8 [uel domos] *aut* et domos *Iordan Topogr. I 1 p. 489* absumsit P^1 9 antiocense *BP* 13 leues *B* arabiam *P* (*t. Iord.*) 15 IIIIor *B* quattuo P^1 17 pharesmanes P^1 18 lachis *B* (ch *in ras.*) Lazis *C* 19 reges *BP* 20 origentis *B* 22 repenti B^1P^1 23 rimethalcen *BP*(*M*) Rhoemethalcem *uolg.* Ῥοιμητάλκας (*uel* Ῥοιμ.) *ap. Graecos* 24 curatorem] Eupatorem *Cary hist. des rois du Bosphore p. 64* (*ex ed. Berol.*) *cf. Sievers Stud. p. 203* negio B^1 olbiopositis B^1 26 tñ *i. e.* tamen *B*

tiam frequentarit, qua ille dicebat malle se unum ciuem
seruare quam mille hostes occidere.
10 Mensem Septembrem atque Octobrem Antoninum at-
que Faustinum appellandos decrevit senatus, sed id An-
2 toninus respuit. nuptias filiae suae Faustinae, cum Marco
Antonino eam coniungeret, usque ad donatiuum militum
3 celeberrimas fecit. Verum Antoninum post quaesturam
4 consulem fecit. cum Apollonium, quem e Calchide acci-
uerat, ad Tiberianam domum, in qua habitabat, uocasset,
ut ei Marcum Antoninum traderet, atque ille dixisset
'Non magister ad discipulum debet uenire, sed discipulus
ad magistrum': risit eum dicens: 'Facilius fuit Apollonio
a Calchide Romam uenire quam a domo sua in palatium.'
5 cuius auaritiam etiam *in* mercedibus notauit. inter argu-
menta pietatis eius et hoc habetur, quod, cum Marcus
mortuum educatorem suum fleret uocareturque ab auli-
cis ministris ab ostentatione pietatis, ipse dixerit: 'Per-
mittite', inquid, 'illi, ut homo sit: neque enim uel philo-
6 sophia uel imperium tollit adfectus.' praefectos suos et
7 locupletauit et ornamentis consularibus donauit. si quos
repetundarum damnauit, eorum liberis bona paterna re-
stituit, ea tamen lege ut illi prouincialibus redderent,
8 quod parentes acceperant. ad indulgentias pronissimus
9 fuit. Edita munera, in quibus elephantos et corocottas et
tigrides et rhinocerotes, crocodillos etiam atque hippopo-
tamos et omnia ex toto orbe terrarum exhibuit. centum
etiam leones cum tigridibus una missione edidit.
11 Amicis suis in imperio suo non aliter usus est quam
priuatus, quia et ipsi numquam de eo cum libertis per

2 hostis *B*[1] 3 menses *M* 8 elchi decreuerat *B* calchide acc. *M* 13 chalchida *B* calchida *PM* 14 in *add. libri Cas.* mercedibus satiauit *Gemoll p. 13* 16 uetareturque *P*[3] *Reg.* 20 ormentis *P*[1] 23 acciperant *B* indulgentiãs *B*[1] 24 Edidit *Mommsen* (*Klein p. 144*) 25 rhinocerontes *BP* crocodrillos *B* cocrodillos *P*[1] hyppopatomos *BP* 26 omnia animalia *Klein p. 143* 27 cum tigridibus exhibuit *BPM* cum tigridibus (*quod S delet*) *post* leones *transposui. an* cum *C* tigridibus? cura incredibili exhibuit *Golisch p. XV* 29 qui *Mommsen*

Digitized by Google

fumum aliquid uendiderunt; si quidem libertis suis seue-
rissime usus est. amauit histrionum artes. piscando se 2
et uenando multum oblectauit et deambulatione cum
amicis atque sermone. uindemias priuati modo cum ami-
cis agebat. rhetoribus et philosophis per omnes prouin- 3
cias et honores et salaria detulit. ⟨Orationes plerique alie-
nas dixerunt, quae sub eius nomine feruntur; Marius
Maximus eius proprias fuisse dicit.⟩ conuiuia cum amicis 4
et priuata communicauit et publica nec ullum sacrificium 5
per uicarium fecit, nisi cum aeger fuit. cum sibi et filiis 6
honores peteret, omnia quasi priuatus fecit. frequentauit 7
et ipse amicorum suorum conuiuia. inter alia etiam hoc 8
ciuilitatis eius praecipuum argumentum est, quod, cum
domum Homulli uisens miransque columnas porphyreti-
cas requisisset, unde eas haberet, atque Homullus ei di-
xisset: 'Cum in domum alienam ueneris, et mutus et
surdus esto', patienter tulit. cuius Homulli multa ioca
semper patienter accepit.

Multa de iure sanxit ususque est iuris peritis Vindio 12
Vero, Saluio, Valente, Volusio Maeciano, Vlpio Marcello
et Diauoleno. seditiones ubicumque factas non crudeli- 2
tate sed modestia et grauitate conpressit. intra urbes sepe- 3
liri mortuos uetuit. sumptum muneribus gladiatoriis insti-
tuit. uehicularium cursum summa diligentia subleuauit. om-
nium, quae gessit, et in senatu et per edicta rationem reddidit.

Perit anno septuagensimo, sed quasi adulescens desi- 4
deratus est. Mors autem eius talis fuisse narratur: cum
Alpinum caseum in cena edisset auidius, nocte reiectauit

1 libertis suis *M* 4 priuatī *P* priuato *M* 5 rethoribus *BP* (*sic fere semper*) philosophas B^1 11 petere//t *P* 12 in alia P^1 14 omulli *BP* Omuli *M* 15 omullus *BP*(*M*) 17 omullii BP^2 omulli P^1 19 sancxit *B* Vmidio *Osann ad Pomp. de or. p. 106* 20 Saluio Valente] Fuluio Valente *Mommsen, ipse malim* Saluio, Valente *uel* Saluio *Iuliano, Fuluio* Valente meciano *BP*(*M*) 21 diaboleno *BP* Iaboleno *M* 25 quam BP^1 (*c.* P^3) dicta *BP* 26 septuagensimo] *fuit annus septuagesimus quartus* 28 cenedis. B^1, a *post* n *superscr.* B^2 caena *P*

Digitized by Google

5 atque alia die febre commotus est. tertia die, cum se gra-
uari uideret, Marco Antonino rem publicam et filiam
praesentibus praefectis commendauit Fortunamque au-
ream, quae in cubiculo principum poni solebat, transferri
6 ad eum iussit, signum tum tribuno aequanimitatis dedit atque
ita conuersus quasi dormiret, spiritum reddidit apud Lo-
7 rium. alienatus in febri nihil aliud quam de re p. et de
8 is regibus, quibus irascebatur, loquutus est. priuatum pa-
trimonium filiae reliquit. testamento autem omnes suos
legatis idoneis prosecutus est.

13 Fuit statura eleuata decorus. sed cum esset longus
et senex incuruareturque, tiliaciis tabulis in pectore po-
2 sitis fasciabatur, ut rectus incederet. senex etiam, ante-
quam salutatores uenirent, panem siccum comedit ad
sustentandas uires. fuit uoce rauca et sonora cum io-
cunditate.

3 A senatu diuus est appellatus cunctis certatim adni-
tentibus, cum omnes eius pietatem, clementiam, ingenium,
sanctimoniam laudarent. decreti etiam sunt omnes ho-
4 nores, qui optimis principibus ante delati sunt. meruit et
flaminem et circenses et templum et sodales Antoninianos
solusque omnium prope principum prorsus *sine* ciuili
sanguine et hostili, quantum ad se ipsum pertinet, uixit
et qui rite comparetur Numae, cuius felicitatem pietatem-
que et securitatem caerimoniasque semper obtinuit.

1 frebre BP^1 5 signatum *BP* signum *uolg.* signum tum *Petschenig p. 23* 6 apun BP^1 8 his *BPM* 12 incuruaturque *B* incuruaretur *Haupt op. III p. 629* tiliaticiis *BPM* 15 rauca] acuta *Haupt l. s.* 22 sine *om. BP* perosus ciuilem sanguinem et hostilem *Golisch p. XV* 24 recte *M* uita antonini pii explicit. incipit marci antonini philosophi eiusdem iulii capitolini *BP*

VITA

MARCI ANTONINI PHILOSOPHI

IVLII CAPITOLINI

Marco Antonino, in omni uita philosophanti uiro et 1
qui sanctitate uitae omnibus principibus antecellit, pater
Annius Verus, qui in praetura decessit, auus Annius Ve- 2
rus, iterum consul et praefectus urbi, adscitus in patri-
cios [a principibus] a Vespasiano et Tito censoribus, pa- 3
truus Annius Libo consul, amita Galeria Faustina Augusta,
mater Domitia Caluilla, Caluisii Tulli bis consulis filia,
proauus paternus Annius Verus praetorius ex Succubi- 4
tano municipio ex Spania factus senator, proauus mater-
nus Catilius Seuerus bis consul et praefectus urbi, auia
paterna Rupilia Faustina, Rupili Boni consularis filia,
fuere.

Natus est Marcus Romae VI. kl. Maias in monte 5
Caelio in hortis auo suo iterum et Augure consulibus. a. 874/121
<cuius familia in originem recurrens a Numa probatur 6

4 uita sua P^3 5 sanctite P^1 6 Verus fuit P^3 7 urbis P^3 iterum consul *BPM rectius* ter (*postea* tertium *Petschenig p. 39*) patricium B^2 8 a principibus *del. S* a *ante* Vesp. *om. M eras. in B* uespasiono B^1 10 Caluilla] Lucilla *Borghesi giorn. arcad. I p. 359 sqq.* calbisii B^1P tullii B^2 12 yspania P^2 Hispania *M* 13 abia P^1 14 pater B^1P^1 (*corr.* P^3) boni// *P* 17 celio *B* 18 regiam *ante* recurrens *inserit Petschenig p. 28*

Digitized by Google

sanguinem trahere, ut Marius Maximus docet; item a rege
Sallentino Malemnio, Dasummi filio, qui Lopias condidit.⟩
7 educatus est in eo loco, in quo natus est, et in domo aui
8 sui Veri iuxta aedes Laterani. habuit et sororem natu
minorem Anniam Cornificiam, uxorem Anniam Fausti-
9 nam, consobrinam suam. Marcus Antoninus principio
aeui sui nomen habuit Catilii Seueri, materni proaui.
10 post excessum uero patris ab Hadriano Annius Verissi-
mus uocatus est, post uirilem autem togam Annius Verus.
patre mortuo ab auo paterno adoptatus et educatus est.
2 Fuit a prima infantia grauis. at ubi egressus est an-
nos, qui nutricum fouentur auxilio, magnis praeceptoribus
2 traditus ad philosophiae scita peruenit. usus est magistris
ad prima elementa Euforione litteratore et Gemino co-
moedo, musico Androne eodemque geometra. quibus
omnibus ut disciplinarum auctoribus plurimum detulit.
3 usus praeterea grammaticis Graeco Alexandro Cotiaensi,
Latinis Trosio Apro et Polione et Eutychio Proculo Sic-
4 censi. oratoribus usus est Graecis Aninio Macro, Caninio
5 Celere et Herode Attico, Latino Frontone Cornelio. sed
multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in senatu
petit. Proculum uero usque ad proconsulatum prouexit
6 oneribus in se receptis. philosophiae operam uehementer
dedit et quidem adhuc puer. nam duodecimum annum
ingressus habitum philosophi sumpsit et deinceps toleran-
tiam, cum studeret in pallio et humi cubaret, uix autem
7 matre agente instrato pellibus lectulo accubaret. usus est

1 rege] reg *in ras. P* (rege *in ras. teste Vrlichsio*) 2 Solentino *Eutrop.* Malennio *M* malemnioda summi *P test. Vrlichsio* lupias *uolg. at cf. M. Schmidt Ztschr. f. vergleich. Sprachf. XX p. 50 sqq.* 4 uiri BP^1 7 aui *BPM em. S* habuit et *M* catiliis B^1P^1 (*ut uid.*) 9 m *ante* Annius *add.* P^2 16 ut *del.* B^2 17 cotidianis *BPM* Cotiaensi *G. Vhlig in ed. Berol.* 18 et polono *BP Trosi patriam latere existimat S at cf. Fronton. p. 17. 34 Nab.* 19 graeco *BPM* animo *BP* 20 attio colatino *BPM* 23 honoribus *BPM em. Turnebus.* 25 tollerantiam *B* 27 ut *ante* instr. *add.* B^2

Digitized by Google

etiam Commodi magistro, cuius ei adfinitas fuerat desti-
nata, [usus est et] Apollonio Chalcedonio stoico philosopho.
tantum autem studium in eo philosophiae fuit, ut adscitus iam 3
in imperatoriam tamen ad domum Apollonii discendi causa
ueniret. audiuit et Sextum Chaeronensem Plutarchi ne- 2
potem, Iunium Rusticum, Claudium Maximum et Cin-
nam Catulum, stoicos. peripateticae uero studiosum au- 3
diuit Claudium Seuerum et praecipue Iunium Rusticum,
quem et reueritus est et sectatus, qui domi militiaeque
pollebat, stoicae disciplinae peritissimum; cum quo om- 4
nia communicauit publica priuataque consilia, cui etiam
ante praefectos praetorio semper osculum dedit, quem et
consulem iterum designauit, cui post obitum a senatu 915/162
statuas postulauit. tantum autem honoris magistris 5
suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario ha-
beret ac sepulchra eorum aditu, hostiis, floribus sem-
per honoraret. studuit et iuri audiens Lucium Volusium 6
Maecianum. tantumque operis et laboris studiis inpendit, 7
ut corpus adficeret, atque in hoc solo pueritia eius repre-
henderetur. frequentauit et declamatorum scolas publi- 8
cas amauitque *e* condiscipulis praecipuos senatorii ordi-
nis Seium Fuscianum et Aufidium Victorinum, ex eque-
stri Baebium Longum et Calenum. in quos maxime libe- 9
ralis fuit, et ita quidem ut, quos non posset ob qualitatem
uitae rei p. praeponere, locupletatos teneret.

Educatus est in Hadriani gremio, qui illum, ut supra 4
diximus, Verissimum nominabat et qui ei honorem equi° 10 1

1 commodo *BPM em. Obrecht.* 2 usus est et *del. Obrecht. uid. V 2,5* 3 iam imperatoriam BP^1 *exc.*[1] iam in imperatoriam P^3M ad imper. *exc.* dignitatem *add.* P^3 *exc.*[3] *M* 4 caus B^1P^1 5 cheronensem *BP* 7 peripathetheticae *BP* studiosos *BPM* studiosus *R* studiosum *scripsi* 8 claudium et seuerum *B* 12 praefectas *P* praefectaos *P test. Vrlichs* 13 a *in B sup. lin.* 18 mecianum *BP(M)* studuis B^1 21 e *deest in* BP^1 ex *add.* P^3M condiscipulo P^2 *t. Vrl.* praecipue *R* 22 et eq. B^1 23 bebium *BP* callenum *BPM* liberos B^1 26 esset BP^1 27 et qui publicis exenni BP^1 (exennis P^3) qui publicis exenniis *M em. S*

2 publici sexenni detulit, octauo aetatis anno in saliorum
3 collegium rettulit. in saliatu omen accepit imperii: coro-
nas omnibus in puluinar ex more iacientibus aliae aliis
locis haeserunt, huius uelut manu capiti Martis aptata est.
4 fuit in eo sacerdotio et praesul et uates et magister et
multos inaugurauit atque exaugurauit nemine praeeunte,
5 quod ipse carmina cuncta didicisset. uirilem togam sum-
psit quinto decimo aetatis anno, statimque ei Lucii Ceionii
6 Commodi filia desponsata est ex Hadriani uoluntate. nec
multo post praefectus feriarum Latinarum fuit. in quo
honore praeclarissime se pro magistratibus agentem et in
7 conuiuiis Hadriani principis ostendit. post hoc patrimo-
nium paternum sorori totum concessit, cum eum ad diui-
sionem mater uocaret, responditque aui bonis se esse
contentum, addens, ut et mater, si uellet, in sororem
suum patrimonium conferret, ne inferior esset soror ma-
8 rito. ⟨Fuit autem uitae indulgentia, ut cogeretur nonnum-
quam uel in uenationes pergere uel in theatrum descen-
9 dere uel spectaculis interesse.⟩ Operam praeterea pin-
gendo sub magistro Diogeneto dedit. amauit pugillatum,
luctamina et cursum et aucupatus et pila lusit adprime
10 et uenatus est. sed ab omnibus his intentionibus studium
eum philosophiae abduxit seriumque et grauem reddidit,
non tamen prorsus abolita in eo comitate, quam praeci-
pue suis, mox amicis atque etiam minus notis exhibebat,
cum frugi esset sine contumacia, uerecundus sine ignauia,
sine tristitia grauis.

5 His ita se habentibus cum post obitum Lucii Caesaris

2 retulit *B* 3 puluiar B^1 iacentibus *BPM* 4 inheserunt B^1 huius//// *P* (que *eras. sec. Vrl.*) aptata] *in P* p *in ras.* 11 gistratibus B^1P^1 (c. P^3) 13 totam B^1 17 *fort.* fuit a. tanta ei ind. indulgentia ea *Vielhaber p. 626* indulgens ita *Rösinger p. 4* multae diligentiae *Madvig p. 631* multae indulgentiae *Hertz Fleckeiseni ann. 1874 p. 259* in uita ea indulgentia *Klein p. 275* 19 pingendi B^2 20 pugilatum *P* 22 intentionis *BPM* 25 suis] seruis *Vnger p. 213.* suis sodalibus, mox *Rösinger p. 4* 28 lu///cii *P* (il *eras. sec. Vrlichs.*)

Digitized by Google

Hadrianus successorem imperii quaereret, nec idoneus,
utpote decem et octo annos agens, Marcus haberetur,
amitae Marci uirum Antoninum Pium Hadrianus ea lege
in adoptationem elegit, ut sibi Marcum Pius adoptaret, ita
tamen ut et Marcus sibi Lucium Commodum adoptaret.
⸢sane ea die, qua adoptatus est, Verus in somnis se umeros 2
eburneos habere uidit sciscitatusque, an apti essent oneri
ferundo, solito repperit fortiores.⸣ ubi autem comperit se 3
ab Hadriano adoptatum, magis est deterritus quam laeta-
tus iussusque in Hadriani priuatam domum migrare in-
uitus de maternis hortis recessit. cumque ab eo dome- 4
stici quaererent, cur tristis in adoptionem regiam trans-
iret, disputauit, quae mala in se contineret imperium.
tunc primum pro Annio Aurelius coepit uocari, quod in 5
Aureliam, hoc est Antonini, adoptionis iure transisset.
octauo decimo ergo aetatis anno adoptatus in secundo con- 6
sulatu Antonini, iam patris sui, Hadriano ferente gratia a. 892/139
aetatis facta quaestor est designatus. adoptatus in aulicam 7
domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiam,
quantam priuatus exhibuit. eratque haut secus rei suae 8
quam in priuata domo parcus ac diligens, pro instituto
patris uolens agere, dicere, cogitare.

Hadriano Baiis absumpto cum Pius ad aduehendas 6
eius reliquias esset profectus, relictus Romae auo iusta
impleuit et gladiatorium quasi priuatus quaestor edidit
munus. post excessum Hadriani statim Pius per uxorem 2

2 habetur *BPM* 4 adoptionem *M* legit *PM* ut sibi Marcum Pius ita tamen ut cum Marco simul Lucium Commodum adoptaret *R. Iacobi de Fest. breu. thes. V* ita tam. — adoptaret *uncis inclusit Gemoll p. 4, cf. Philol. XXXXIII p. 151 sqq.* 6 *Verus h. l. est Marcus, Dion. LXXI 36,1* umer////os *P test. Vrlichs.* 7 eburneos *om. B*[1] 15 familiam *ante* Aureliam *Gemoll p. 4, post* Aur. *Maduig II p. 631 inserit* 17 gratias *B*[3] 20 aut *BP*[1] 23 baias *B*[1]*P* 24 praefectus *B*[1] prouectus *B*[2] 25 *post* impleuit *interpunxit Rübel p. 24* quasi quaestor priuatus *I. I. Müller in Zarncki Centralbl. 1872 col. 500*

Digitized by Google

suam Marcum sciscitatus est et eum dissolutis sponsalibus,
quae cum Lucii Ceionii Commodi ..... desponderi uoluerat
impari adhuc aetati, habita deliberatione uelle se dixit.
a. $\frac{893}{140}$ 3 his ita gestis adhuc quaestorem et consulem secum Pius
Marcum designauit et Caesaris appellatione donauit et se-
uirum turmis equitum Romanorum iam consulem desi-
gnatum creauit et edenti cum collegis ludos seuirales ad-
sedit et in Tiberianam domum transgredi iussit et aulico
fastigio renitentem ornauit et in collegia sacerdotum iu-
4 bente senatu recepit. secundum etiam consulem designa-
a. $\frac{898}{145}$ 5 uit, cum ipse quartum pariter inierit. per eadem tempora,
cum tantis honoribus occuparetur et cum formandus ad
regendum statum rei publicae patris actibus interesset,
6 studia cupidissime frequentauit. post haec Faustinam
duxit uxorem et suscepta filia tribunicia potestate dona-
tus est atque imperio extra urbem proconsulari addito
7 iure quintae relationis. tantumque apud Pium ualuit, ut
8 numquam quemquam sine eo facile promouerit. erat au-
tem in summis obsequiis patris Marcus, quamuis non de-
9 essent, qui aliqua aduersum eum insusurrarent, et prae
ceteris Valerius Homullus, qui, cum Lucillam matrem
Marci in uirdiario uenerantem simulacrum Apollinis ui-
disset, insusurrauit: 'Illa nunc rogat, ut diem tuum clau-
das, et filius imperet.' quod omnino apud Pium nihil ua-
10 luit: tanta erat Marci probitas et tanta in imperatorio
principatu modestia.

7 Existimationis autem tantam curam habuit, ut et pro-
curatores suos puer semper moneret, ne quid arrogan-

1 cum — Commodi filia — impar a. aetati esset, de h. d. cogitare uelle *M* 2 Lucio Ceionio Commodo *S Lacuna hunc locum esse deprauatum intellexit C, cf. 4,5 Ver. 2, 3. certe* inpar aetas *est Veri, qui* uelle se dixit *Marcus* 3 aetate *S* uelle] le *in B in ras.* 5 seuerum *BPM* 8 tiberinam P^1 9 reniterem *B* renitenrẽ P^1 11 iniret *M* 17 aput B^1 ut *deest in* BP^1 19 mar B^1 martii B^2 25 pium apud B^1 imper//atorio *P* (immper. *P ante ras. t. Vrlichs.*) 26 principatum B^1P 28 puer *om. B*

tius facerent, et hereditates delatas reddens proximis
aliquando respuerit. denique per uiginti et tres annos in 2
domo patris ita uersatus, ut eius cotidie amor cresceret,
nec praeter duas noctes per tot annos ab eo mansit di- 3
uersis uicibus. ob hoc Antoninus Pius, cum sibi adesse
finem uitae uideret, uocatis amicis et praefectis ut succes-
sorem eum imperii omnibus commendauit atque firmauit
statimque signo aequanimitatis tribuno dato Fortunam
auream, quae in cubiculo solebat esse, ad Marci cubicu-
lum transire iussit. bonorum maternorum partem Mum- 4
mio Quadrato, sororis filio, quia illa iam mortua erat, tra-
didit. post excessum diui Pii a senatu coactus regimen pu- 5
blicum capere fratrem sibi participem in imperio desi-
gnauit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum appel-
lauit Caesaremque atque Augustum dixit. atque ex eo 6
pariter coeperunt rem publicam regere. tuncque primum
Romanum imperium duos Augustos habere coepit, ... lic-
tum cum alio participasset. Antonini mox ipse nomen
recepit. et quasi pater Lucii Commodi esset, et Verum 7
eum appellauit addito Antonini nomine filiamque suam
Lucillam fratri despondit. ob hanc coniunctionem pueros 8
et puellas nouorum nominum frumentariae perceptioni
adscribi praeceperunt. actis igitur, quae agenda fuerant 9
in senatu, pariter castra praetoria petiuerunt et uicena
milia nummum singulis ob participatum imperium militi-
bus promiserunt et ceteris pro rata. Hadriani autem se- 10

1 delatans *B* 2 respuit P^1 4 duos P^1 ab eo *deest in B* 6 ut *del.* B^3 10 materno B^1 Vmmidio *Borghesi Oeuvr. VIII 556* Volumnio *Mai ad Front. p. 214 ed. Rom.* 11 filia B^1 12 regumen *BP ante corr.* 15 aitque P^1 17 *lacunam sic expleuit C:* cum id nemo ante istum cum alio. *Mommsen:* cum imperium sibi relictum. *fort. uerba* lictum c. a. participasset *fragmentum est glossematis. pro* lictum *scribit Golisch p. XV* utinam. *Vnger p. 213:* coepit, cum regnum Romulus post foedus ictum cum Tatio participasset 18 antonino *BP* antoninum *M* nomen ipso nomen *B* ipso *P* 19 commedi B^1 20 antoni *P* 26 sepulcro *P*

Digitized by Google

pulchro corpus patris intulerunt magnifico exequiarum
officio. mox iustitio secuto publice quoque funeris expe-
11 ditus est ordo. et laudauere uterque pro rostris patrem
flaminemque ei ex adfinibus et sodales ex amicissimis
Aurelianos creauere.

8 Adepti imperium ita ciuiliter se ambo egerunt, ut le-
nitatem Pii nemo desideraret, cum eos Marullus, sui tem-
2 poris mimografus, cauillando inpune perstringeret. [fu-
3 nebre munus patri dederunt.] dabat se Marcus totum et
4 philosophiae, amorem ciuium adfectans. sed interpellauit
istam felicitatem securitatemque imperatoris prima Ti-
beris inundatio, quae sub illis grauissima fuit. quae res
et multa urbis aedificia uexauit et plurimum animalium
5 interemit et famem grauissimam peperit. quae omnia
mala Marcus et Verus sua cura et praesentia tempera-
6 runt. fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, quod
Vologessus paratum sub Pio Marci et Veri tempore in-
dixit fugato Atidio Corneliano, qui Syriam tunc admini-
7 strabat. inminebat etiam Brittanicum bellum, et Catthi
8 in Germaniam ac Retiam inruperant. et adversus Brit-
tanos quidem Calpurnius Agricola missus est, contra Cat-
9 thos Aufidius Victorinus. ad Parthicum uero bellum se-
natu consentiente Verus frater est missus; ipse Romae
remansit, quod res urbanae imperatoris praesentiam po-
10 stularent. et Verum quidem Marcus Capuam usque pro-
secutus amicis comitantibus a senatu ornauit additis offi-
11 ciorum omnium principibus. sed cum Romam redisset
Marcus cognouissetque Verum apud Canusium aegrotare,
ad eum uidendum contendit susceptis in senatu uotis;

1 exequiarium B^1 2 iustitię *B* iustitio edicto *Cornelissen p. 248* publico *BP* 4 ei ex ei adf. B^1 6 ut] et BP^1 ut et P^2 (et P^1 ut P^2 *t. Vrlichs.*) 8 funebri *BP* funebre — dederunt *deleui ut ex margine ad u. 2 huc inuectum* 9 et *del.* B^2 10 *post* philosophiae *lacunam esse uolt Gemoll p. 13* adfectans *om.* B^1 14 et tabem *Cornelissen p. 248* 18 sjriam *P test. Vrlichs.* 19 cathi *B* 20 insuperant *B* 23 romam *BP* 27 principi; *B* principi *P* uenisset P^1 29 uisendum *Klein p. 37*

Digitized by Google

quae, posteaquam Romam redit audita Veri transmissione,
statim reddidit. et Verus quidem, posteaquam in Syriam 12
uenit, in deliciis apud Antiochiam et Daphnen uixit ar-
misque se gladiatoriis et uenatibus exercuit, cum per le-
gatos bellum Parthicum gerens imperator appellatus es-
set, cum Marcus horis omnibus rei publicae actibus incu- 13
baret patienterque delicias fratris et prope inuitus ac uo-
lens ferret. denique omnia, quae ad bellum erant neces- 14
saria, Romae positus et disposuit Marcus et ordinauit.

Gestae sunt res in Armenia prospere per Statium 9
Priscum Artaxatis captis, delatumque Armeniacum nomen
utrique principum. quod Marcus per uerecundiam primo
recussauit, postea tamen recepit. profligato autem bello 2
uterque Parthicus appellatus est. sed *hoc* quoque Marcus
delatum nomen repudiauit, quod postea recepit. patris 3
patriae autem nomen delatum fratre absente in eiusdem
praesentiam distulit. medio belli tempore et Ciuicam, 4
patruum Veri, et filiam suam nupturam commissam so-
rori suae eandemque locupletatam Brundisium usque de-
duxit, ad eum misit Romamque statim rediit, reuocatus 5
eorum sermonibus, qui dicebant Marcum uelle finiti belli
gloriam sibimet uindicare atque idcirco in Syriam profi-
cisci. ad proconsulem scribit, ne quis filiae suae iter fa- 6
cienti occurreret.

Inter haec liberales causas ita muniuit, ut primus iu- 7
beret apud praefectos aerarii Saturni unumquemque ci-
uium natos liberos profiteri intra tricensimum diem no-
mine inposito. per prouincias tabulariorum publicorum 8

2 redit *B* rededit *P* postea B^1 6 oris oribus *B* 7 pacienterque *P* et proprie inuitus *Vnger p. 214, ipse scripserim coll. 15,3* sed perinuitus ac nolens (nolens *P test. Vrlichs. uolg.*) 9 deposuit P^1 11 marmenia B^1 12 utrumque BP^1 13 recusauit *P* proficato BP^1 14 hoc *om.* BP^1 *add.* P^3 16 a fratre BP^1 18 patruum *om.* P^1 sororis *BM* 19 eademque locupletatum P^1 20 que *om.* *M* 21 finite *B* 25 causa sita B^1 ad proconsule *B* munuuit B^1P^1 26 saturnii *B* 27 tertium *M*

Digitized by Google

usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod
Romae apud praefectos aerarii, ut, si forte aliquis in pro-
uincia natus causam liberalem diceret, testationes inde
9 ferret. atque hanc totam legem de adsertionibus firmauit
aliasque de mensariis et auctionibus tulit.

10 Senatum multis cognitionibus et maxime ad se perti-
nentibus iudicem dedit. ⟨De statu etiam defunctorum intra
2 quinquennium quaeri iussit.⟩ neque quisquam principum
amplius senatui detulit. in senatus autem honorificentiam
multis praetoriis et consularibus priuatis decidenda negotia
delegauit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas
3 cresceret. multos ex amicis in senatum adlegit cum aedi-
4 liciis aut praetoriis dignitatibus. multis equitibus uel
pauperibus sine crimine senatoribus dignitates tribunicias
5 aediliciasque concessit. nec quemquam in ordinem legit,
6 nisi quem ipse bene scisset. hoc quoque senatoribus de-
tulit, ut, quoties de quorum capite esset iudicandum, se-
creto pertractaret atque ita in publicum proderet nec
7 pateretur equites Romanos talibus interesse causis. sem-
per autem, cum potuit, interfuit senatui, etiamsi nihil es-
set referendum, si Romae fuit; si uero aliquid referre
8 uoluit, etiam de Campania ipse uenit. comitiis praeterea
etiam usque ad noctem frequenter interfuit neque um-
9 quam recessit de curia, nisi consul dixisset: 'Nihil uos
moramur, p. c.' senatum appellationibus a consule fac-
10 tis iudicem dedit.

Iudiciariae rei singularem diligentiam adhibuit. fastis

1 aput *B* 5 autionibus *B* 7 De statu — iussit *ante* Senatum *transposuit Dirksen* et etiam *B* 8 quiquam *B P*[1] quicquam *P*[2] 10 deadenda *B* 13 ut B^1 senatoribus uel paup. s. crimine dign. *M* senatibus *B P*[1] senatoribus *P*[3] senibus *Golisch p. XV,* sequacibus *Vnger p. 214,* egentibus *Mommsen Staatsrecht II p. 879,* senioribus *Klein p. 144, ipse scripsi* equitibus, *uid. Fleckeiseni ann. CXXVIIII p. 75* 14 cremine *B* 16 senatoribus — iudicandum *om.* B^1 tetulit *B* 17 eorum *M* 18 prodiret *BPM em. Vrsinus* 19 pater B^1 20 nichil *B in ras.* 25 sin autem *BPM em. C ex libris Puteani*

Digitized by Google

dies iudiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies an-
nuos rebus agendis litibusque disceptandis constitueret.
praetorem tutelarem primus fecit, cum ante tutores a con- 11
sulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.
de curatoribus uero, cum ante non nisi ex lege Laetoria 12
uel propter lasciuiam uel propter dementiam darentur, ita
statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis
causis.

Cauit et sumptibus publicis et calumniis quadrupla- 11
torum intercessit adposita falsis delatoribus nota. dela- 2
tiones, quibus fiscus augeretur, contempsit. de alimentis
publicis multa prudenter inuenit. curatores multis ciui-
tatibus, quo latius senatorias tenderet dignitates, a senatu
dedit. Italicis ciuitatibus famis tempore frumentum ex 3
urbe donauit omnique frumentariae rei consuluit. gla- 4
diatoria spectacula omnifariam temperauit. temperauit
etiam scaenicas donationes iubens, ut quinos aureos scae-
nici acciperent, ita tamen ut nullus editor decem aureos
egrederetur. uias etiam urbis atque itinerum diligentis- 5
sime curauit. rei frumentariae grauiter prouidit.

Datis iuridicis Italiae consuluit ad id exemplum, quo Ha- 6
drianus consulares uiros reddere iura praeceperat. Hispanis 7
exhaustis Italica adlectione contra ... Traianique praecepta
uerecunde consuluit. leges etiam addidit de uicensima 8
hereditatum, de tutelis libertorum, de bonis maternis et
item de filiorum successionibus pro parte materna, utque
senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent.

1 iudicarios *B* 4 posposcerentur *B* 5 letoria *B* lectoria *M* Plaetoria *Iordanus qui conferri iubet Savigny opp. misc. II 330* 7 ut acciperent *B* 9 quadrumplatorum *B* P^1 15 omniaque P^1 19 uineas *B* P^1 al. uias *adscr.* P^3 atque itinerum *om.* B^1 atque Tiberim *Cornelissen p. 248* 20 gnauiter *misc. obs. IIII p. 220. Cornelissen p. 248* 21 ad id quod ex. *B*
22 praeceperat — Traianique *in P supra contextum* 23 exausit *B* (ex *in ras.*) exhausit *PM* tranique B^1 P^1 Traiani *M lacunam significaui,* Traiani Hadrianique *Bährens p. 650* Neruae *inserit Vnger p. 214,* contra iniqua praecepta *Petschenig p. 35*
24 consulit B^1 uice//sima *P* (n *eras.*)

Digitized by Google

9 dedit praeterea curatoribus regionum ac uiarum potesta-
tem, ut uel punirent uel ad praefectum urbi puniendos
remitterent eos, qui ultra uectigalia quicquam ab aliquo
10 exegissent. ius autem magis uetus restituit quam nouum
fecit. habuit secum praefectos, quorum et auctoritate et
periculo semper iura dictauit. usus autem est Scaeuola
praecipue iuris perito.

12 Cum populo autem non aliter egit, quam est actum
2 sub ciuitate libera. fuitque per omnia moderantis-
simus in hominibus deterrendis a malo, inuitandis
ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis
fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos, moderate
3 etiam cauillationes nonnullorum ferens. nam cum quen-
dam Vetrasinum famae detestandae honorem petentem
moneret, ut se ab opinionibus populi uindicaret, et ille
contra respondisset multos, qui secum in harena pugnas-
4 sent, se praetores uidere, patienter tulit. ac ne in quen-
quam facile uindicaret, praetorem, qui quaedam pessime
egerat, non abdicare se praetura iussit, sed collegae iu-
5 ris dictionem mandauit. fisco in causis conpendii num-
6 quam iudicans fauit. sane, quamuis esset constans, erat
etiam uerecundus.

7 Posteaquam autem a Syria uictor rediit frater, patris
patriae nomen ambobus decretum est, cum se Marcus
absente Vero erga omnes senatores atque homines mo-
8 deratissime gessisset. corona praeterea ciuica oblata est
ambobus; petitque Lucius, ut secum Marcus triumpharet.
petit praeterea Lucius, ut filii Marci Caesares appellaren-
9 tur. sed Marcus tanta fuit moderatione, ut, *cum* simul
triumphasset, tamen post mortem Lucii tantum Germani-
10 cum se uocaret, quod sibi bello proprio pepererat. in
triumpho autem liberos Marci utriusque sexus secum ue-

6 sceuola *B* 9 modera//tissimus *P* (n *eras.*) 14 Veterasinum *M* 18 que dum *B*[1] pessimae gerat *B* 19 puerisdictionem *BP* 29 cum *om.* *BP* 30 lucium *BPM em. ex Reg.* 31 propio *BP*[1] 32 libros *BP*[1]

xerunt, ita tamen ut et puellas uirgines ueherent. ludos 11
etiam ob triumphum decretos spectauerunt habitu trium-
phali. inter cetera pietatis eius haec quoque moderatio 12
praedicanda est: funambulis post puerum lapsum culcitas
subici iussit. unde hodieque rete praetenditur.

Dum Parthicum bellum geritur, natum est Marcoman- 13
nicum, quod diu eorum, qui aderant, arte suspensum est,
ut finito iam orientali bello Marcomannicum agi posset.
et cum famis tempore populo insinuasset de bello, fratre 14
post quinquennium reuerso in senatu egit, ambos neces-
sarios dicens bello Germanico imperatores. tantus autem 13
timor belli Marcomannici *fuit*, ut undique sacerdotes An-
toninus acciuerit, peregrinos ritus impleuerit, Romam
omni genere lustrauerit retardatusque *a* bellica pro-
fectione sit. celebrauit et Romano ritu lectisternia per 2
septem dies. tanta autem pestilentia fuit, ut uehiculis ca- 3
dauera sint exportata serracisque. tunc autem Antonini 4
leges sepeliendi sepulchrorumque asperrimas sanxerunt,
quando quidem cauerunt, ne quis uillae abfabricaretur
sepulchrum. quod hodieque seruatur. et multa quidem 5
milia pestilentia consumpsit multosque ex proceribus,
quorum amplissimis Antoninus statuas conlocauit. tantaque 6
clementia fuit, ut et sumptu publico uulgaria funera iube-
ret efferri et uano cuidam, qui diripiendae urbis occasio-
nem cum quibusdam consciis requirens de caprifici ar-
bore in campo Martio contionabundus ignem de caelo
lapsurum finemque mundi affore diceret, si ipse lapsus

4 cunabulis $P^2 M$ puerorum $B P^2 M$ culcitras $P^2 M$ 5 recte $B P^1$ (*c.* P^3) M 12 fuit *om.* $B P^1$ *add.* P^3 13 peregrinus B 14 a *om.* $B P$ 18 asperrima $B P M$ 19 cauerunt ut si quis M uelle $B P$ abfabricaretur $B^1 P$ abfricaretur B^2 fabricaret M ne uti quis uellet fabr. *uolg.* ne quis *ut* uellet *Iordan,* ne quis *ubi* uellet *ipse conieceram,* ne quis uillae applicaret *uel* abfabricaretur *Maduig p. 632, cf. Dirksen p. 169—183, E. Hübner Herm. XV p. 67* 21 et B 24 et eo ferri $B P^1$ ferri et eo ferri P^3 ex eo ferri M ecferri *Iordan* 27 se $B P^1$ *corr.* P^3

Digitized by Google

ex arbore in ciconiam uerteretur, cum statuto tempore
decidisset atque ex sinu ciconiam emisisset, perducto ad
14 se atque confesso ueniam daret. Profecti tamen sunt pa-
ludati ambo imperatores et Victualis et Marcomannis
cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus, quae pulsae a
superioribus barbaris fugerant, nisi reciperentur, bellum
2 inferentibus. nec parum profuit ista profectio, cum Aqui-
leiam usque uenissent. nam plerique reges et cum popu-
lis suis se retraxerunt et tumultus auctores interemerunt.
3 Quadi autem amisso rege suo non prius se confirmaturos
eum, qui erat creatus, dicebant, quam id nostris placuisset
4 imperatoribus. Lucius tamen inuitus profectus est, cum
plerique ad legatos imperatorum mitterent defectionis ue-
5 niam postulantes. et Lucius quidem, quod amissus esset
praefectus praetorio Furius Victorinus, atque pars exerci-
tus interisset, redeundum esse censebat; Marcus autem
fingere barbaros aestimans et fugam et cetera, quae secu-
ritatem bellicam ostenderent, ob hoc ne tanti apparatus
6 mole premerentur, instandum esse ducebat. denique
transcensis Alpibus longius processerunt conposuerunt-
que omnia, quae ad munimen Italiae atque Illyrici per-
7 tinebant. placuit autem urgente Lucio, ut praemissis ad
8 senatum litteris Lucius Romam rediret. uiaque, postea-
quam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in uehiculo
Lucius apoplexi arreptus perit.

15 ⟨Fuit autem consuetudo Marco, ut in circensium spec-
taculo legeret audiretque ac subscriberet. ex quo quidem

2 et *B* emisset *BP*¹ *c. P*³ 3 tandem *C* 4 Parthis et Marc. *M* 10 amici *BP* 12 est. cum plerique — postulantes, Lucius quidem *Mommsen* 13 ad imperatorem legatos *C* 14 admissus *M fort.* emissus (*scil. in barbaros*) 15 Furius] *prius* u *in B in ras.* Fabius *O. Hirschfeld Verwalt. I p. 226* utquae *BP* 16 esset *BP*¹ 18 ostenderent *uix sanum. desideratur notio efficiendi* 21 yllirici *B* 23 bia quoque *BP* uia quoque *M* ubi autem postea una iter *C* uiaque *S* Altinoque *Mommsen,* subitoque *Rösinger p. 4,* biduoque *Vnger p. 214* 24 inter *BP*¹ 27 suscriberet *P*

Digitized by Google

saepe iocis popularibus dicitur lacessitus.⟩ ⟨Multum sane 2
potuerunt liberti sub Marco et Vero Geminas et Agaclytus.⟩

|| Tantae autem sanctitatis fuit Marcus, ut Veri uitia 3
et celauerit et defenderit, cum ei uehementissime displicerent, mortuumque eum diuum appellauerit amitasque eius et sorores honoribus et salariis decretis subleuauerit atque prouexerit sacrisque eum plurimis honorauerit.
flaminem et Antoninianos sodales et omnes honores, qui 4
diuis habentur, eidem dedicauit. nemo est principum, 5
quem non grauis fama perstringat, usque adeo ut etiam Marcus in sermonem uenerit, quod Verum uel ueneno ita tulerit, ut parte cultri ueneno lita uuluam inciderit uenenatam partem fratri edendam propinans et sibi innoxiam
reseruans, uel certe per medicum Posidippum, qui ei 6
sanguinem intempestiue dicitur emisisse. ⟨Cassius post
mortem Veri a Marco desciuit.⟩ Iam in suos tanta fuit 16
benignitate Marcus, ut cum in omnes propinquos cuncta honorum ornamenta contulerit, tum in filium et [Commodum] quidem scelestum atque inpurum cito nomen Caesaris et mox sacerdotium statimque nomen imperatoris
ac triumphi participationem et consulatum. quo quidem 2 930/177
tempore sedente imperator filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit.

Post Veri obitum Marcus Antoninus solus rem publi- 3
cam tenuit, multo melior et feracior ad uirtutes, quippe 4
qui nullis Veri iam impediretur aut simplicitatis calidaeque

2 *fort. Marci nomen interpolatori debetur, cf. V 9,3* Geminus *Mommsen* 5 displiceret *BP*[1] 8 cum *BP*[1] 10 diuis *in P*[1] uis *in ras.* 13 bulbam *BP*[1] 16 Cassius — desciuit *C transponit in c. 24 ubi rebellio Cassi refertur. fort. ex marg. in textum inrepsit* 17 deseuit *BP*[1] 19 Commodum *uncis inclusi cum Iordano* 20 scelestium *B*[1] 22 principationem *B* 23 sine *BPM* ipse *Obrecht* senex *S* sane *Egnat., Petschenig p. 41* sedente *Klein p. 145* imperatoris *M* 26 feratior *B* 27 aut simulatis callidae seueritatis *libri* aut cumulatis calidae ueritatis *Haupt op. III p. 421 sq.* dissimula-

Digitized by Google

ueritatis, qua ille ingenito uitio laborabat, erroribus aut
is, qui praecipue displicebant Marco Antonino iam inde a
primo aetatis suae tempore, uel institutis mentis prauae
5 uel moribus. erat enim ipse tantae tranquillitatis ut uul-
tum numquam mutauerit maerore uel gaudio, philoso-
phiae deditus Stoicae, quam et per optimos quosque ma-
6 gistros acceperat et undique ipse collegerat. nam et
Hadrianus hunc eundem successorem parauerat, nisi ei
7 aetas puerilis obstitisset. quod quidem apparet ex eo,
quod generum Pio hunc eundem delegit, ut ad eum, di-
gnum utpote uirum, quandocumque Romanum perueniret
imperium.

17 Ergo prouincias post haec ingenti moderatione ac be-
nignitate tractauit. contra Germanos res feliciter gessit.
2 speciale ipse bellum Marcomannicum, sed quantum nulla
umquam memoria fuit, cum uirtute tum etiam felicitate
transegit, et eo quidem tempore, quo pestilentia grauis
3 multa milia et popularium et militum interemerat. Pan-
nonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam
Quadis extinctis seruitio liberauit et Romae cum Com-
c. 16, 2 modo, quem iam Caesarem fecerat, filio, ut diximus, suo
4 triumphauit. Cum autem ad hoc bellum omne aerarium
exhausisset suum neque in animum induceret, ut extra
ordinem prouincialibus aliquid imperaret, in foro diui
Traiani auctionem ornamentorum imperialium fecit uen-
diditque aurea pocula et cristallina et murrina, uasa etiam
regia et uestem uxoriam sericam et auratam, gemmas
quin etiam, quas multas in repostorio sanctiore Hadriani
5 reppererat. et per duos quidem menses haec uenditio ce-

tis callide seueritatis *Vielhaber p. 627* nullis ueris iam imp. aut simulatis callide seu. *Petschenig p. 40* aut simplicitatis calidaeque ueritatis *scripsi cf. Philol. XXXXXIII p. 151* 1 quia *P* (i *in ras.*) quo *M* 2 his *BPM* 6 quoque *BPM* 7 colligerat *B* 8 et *BPM em. C* 15 speciali *C* (*Maduig p. 632*) quanto *BP* quanta *M* quantum *uolg. cf. Eutrop. VIII 12 qui ad uerbum consentit.* 18 pantonias B^1 19 uuandalis BP^1 simul] Suebis *Eutrop. VIII 13,1* 20 cummodo B^1P^1 24 imperarent B^1 25 ornomentorum B^1P^1

lebrata est, tantumque auri redactum, ut reliquias belli
Marcomannici ex sententia persecutus postea dederit po-
testatem emptoribus, ut, si qui uellet empta reddere at-
que aurum recipere, sciret licere. nec molestus ulli fuit
qui uel non reddidit empta uel reddidit. tunc uiris clari- 6
oribus permisit, ut eodem cultu quo et ipse uel ministris
similibus conuiuia exhiberent. in munere autem publico 7
tam magnanimus fuit, ut centum leones una in missione
simul exhiberet, et sagittis interfecit eos.

Cum igitur in amore omnium imperasset atque ab 18
aliis modo frater, modo pater, modo filius, ut cuiusque
aetas sinebat, et diceretur et amaretur, octauo decimo
anno imperii sui, sexagensimo et primo uitae, diem ulti-
mum clausit. tantusque illius amor eo die [regii funeris] 2
claruit, ut nemo illum plangendum censuerit, certis om-
nibus, quod ab diis commodatus ad deos redisset. deni- 3
que, priusquam funus conderetur, ut plerique dicunt,
quod numquam antea factum fuerat neque postea, senatus
populusque non diuisis locis sed in una sede propitium
deum dixit.

Hic sane uir tantus et talis ac diis uita et more
coniunctus filium Commodum dereliquit: qui, si felix
fuisset, filium non reliquisset. et parum sane fuit quod
illi honores diuinos omnis aetas, omnis sexus, omnis
conditio ac dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus iu-
dicatus est, qui eius imaginem in sua domo non habuit,
qui per fortunam uel potuit habere uel debuit. denique 6
hodieque in multis domibus Marci Antonini statuae con-
sistunt inter deos penates. nec defuerunt homines qui 7

3 quis *M* redderet *BPM* 6 ministeriis *uolg.* 8 magnificus *Eutrop. VIII 13,1* unam missionem *BP* una in missione *Krauss p. 100* 9 interfectos *BPM* interfecit eos *Mommsen* 10 *c. 18 et 19 post fin. c. 29 ponenda esse censet Gemoll p. 4, cf. Philol. XXXXIII p. 192* 13 sexagessimo *B* 14 regii funeris *uncis inclusi* 19 diuersis *Golisch p. XVI* 21 uitae *BP*[1] 22 filius *B*[1] qui sic felix f., si filium *Petschenig p. 41*

Digitized by Google

somniis eum multa praedixisse augurantes futura et uera
8 concinuerunt. unde etiam templum ei constitutum, dati
sacerdotes Antoniniani et sodales et flamines et omnia,
quae aede sacrata decreuit antiquitas.

19 Aiunt quidam, quod et uerisimile uidetur, Commodum
Antoninum, successorem illius ac filium, non esse de eo
2 natum sed de adulterio, ac talem fabellam uulgari ser-
mone contexunt. Faustinam quondam, Pii filiam, Marci
uxorem, cum gladiatores transire uidisset, unius ex his
amore succensam, cum longa aegritudine laboraret, uiro
3 de amore confessam. quod cum ad Chaldaeos Marcus
rettulisset, illorum fuisse consilium, ut occiso gladiatore
sanguine illius sese Faustina sublauaret atque ita cum
4 uiro concumberet. quod cum esset factum, solutum qui-
dem amorem, natum uero Commodum gladiatorem esse,
5 non principem, qui mille prope pugnas publice populo
inspectante gladiatorias imperator exhibuit, ut in uita
6 eius docebitur. quod quidem uerisimile ex eo habetur,
quod tam sancti principis filius is moribus fuit, quibus
nullus lanista, nullus scaenicus, nullus harenarius, nullus
postremo ex omnium dedecorum ac scelerum conluuione
7 concretus. multi autem ferunt Commodum omnino ex
adultero natum, si quidem Faustinam satis constet apud
Caietam condiciones sibi et nauticas et gladiatorias ele-
8 gisse. de qua cum diceretur Antonino Marco, ut eam
repudiaret, si non occideret, dixisse fertur: 'Si uxorem
9 dimittimus, reddamus et dotem.' dos autem quid habe-
batur nisi imperium, quod ille ab socero uolente Hadriano
10 adoptatus acceperat? tantum sane ualet boni principis

1 augurantem *Bährens p. 650* 2 dati et Antoniniani sodales *Kellerbauer p. 624* 4 desacrata *B* de sacratas P^1 de sacratis *M uolg.* aede sacrata *Maduig p. 632* aede sacrata dis dec. *Hertz Fleckeiseni ann. 1874 p. 260* 11 confessa *B* ad *om.* P^1 caldeos *P* 13 subleuaret *BPM* his *BPM* is *scripsi* 21 decorum *BP* non luuione *BP* 23 adulterio *M* 28 nisi *om.* *B*P^1 habebatur? imp. *Petschenig p. 20*

Digitized by Google

uita, sanctitas, tranquillitas, pietas, ut eius famam nullius
proximi decoloret inuidia. denique Antonino, cum suos 11
mores semper teneret neque alicuius insusurratione mu-
taretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis: deusque 12
etiam nunc habetur, ut uobis ipsis, sacratissime impera-
tor Diocletiane, et semper uisum est et uidetur, qui eum
inter numina uestra non ut ceteros sed specialiter uene-
ramini ac saepe dicitis uos uita et clementia tales esse
cupere, qualis fuit Marcus, etiamsi philosophia nec Plato
esse possit, si reuertatur in uitam. et quidem haec bre-
uiter et congeste.||

Sed Marco Antonino haec sunt gesta post fratrem: pri- 20
mum corpus eius Romam deuectum est et inlatum maio-
rum sepulchris. diuini inde honores decreti. dein cum 2
gratias ageret senatui, quod fratrem consecrasset, occulte
ostendit omnia bellica consilia sua fuisse, quibus supe-
rati sunt Parthi. addidit praeterea quaedam, quibus osten- 3
dit nunc demum se quasi a principio acturum esse rem
publicam amoto eo, qui remissior uidebatur. nec aliter 4
senatus accepit, quam Marcus dixerat, ut uideretur gra-
tias agere, quod Verus excessisset uita. omnibus deinde 5
sororibus et adfinibus et libertis iuris et honoris et pecu-
niae plurimum detulit. erat enim famae suae curiosissi-
mus, requirens ad uerum, quid quisque de se diceret,
emendans quae bene reprehensa uiderentur.

Proficiscens ad bellum Germanicum filiam suam non de- 6
curso luctus tempore grandaeuo equitis Romani filio Claudio
Pompeiano dedit genere Antiochensi nec satis nobili (quem
postea bis consulem fecit), cum filia eius Augusta esset et 7
Augustae filia. sed has nuptias et Faustina et ipsa, quae

4 filius commodus uxor faustina P^3 deus usque *M*
5 ipsi *BPM* 6 qui cum *B* 10 reueratori uita *BPM*
14 in *B* in *P* inde *Gr.* 15 senatus *BP* oculte *P*
22 liberis *M* 23 plurimum *deest in* P^1 25 et emendans *Bährens p. 650* 26 decursu BP^1 27 luctu P^1
28 antiocensi *B in P* i *alterum in ras.* 29 filiae B^1

21 dabatur, inuitae habuerunt. ⟨Cum Mauri Hispanias prope
2 omnes uastarent, res per legatos bene gestae sunt. et cum
per Aegyptum Bucolici milites grauia multa fecissent, per
Auidium Cassium retunsi sunt, qui postea tyrannidem arri-
3 puit.⟩ Sub ipsis profectionis diebus in secessu Praenestino
agens filium, nomine Verum Caesarem, execto sub aure tu-
4 bere septennem amisit. quem non plus quinque diebus luxit
consultusque etiam medios actibus publicis reddidit. et quia
5 ludi Iouis Optimi Maximi erant, interpellari eos publico
luctu noluit iussitque, ut statuae tantum modo filio mor-
tuo decernerentur, et imago aurea circensibus per pom-
pam ferenda, et ut saliari carmini nomen eius inserere-
6 tur. instante sane adhuc pestilentia et deorum cultum di-
ligentissime restituit et seruos, quem ad modum bello Pu-
nico factum fuerat, ad militiam parauit, quos uoluntarios
7 exemplo uolonum appellauit. armauit etiam gladiatores,
quos obsequentes appellauit. latrones etiam Dalmatiae
atque Dardaniae milites fecit. armauit et Diocmitas. emit
8 et Germanorum auxilia contra Germanos. omni prae-
terea diligentia parauit legiones ad Germanicum et Marco-
9 mannicum bellum. et, ne prouincialibus esset molestus,
c. 17,4. auctionem rerum aulicarum, ut diximus, fecit in foro diui
Traiani, in qua praeter uestes et pocula et uasa aurea etiam
10 signa cum tabulis magnorum artificum uendidit. Marcoman-
nos in ipso transitu Danuuii deleuit et praedam prouincia-
22 libus reddidit. Gentes omnes ab Illyrici limite usque in Gal-
liam conspirauerant, ut Marcomanni, Varistae, Hermunduri
et Quadi, Sueui, Sarmatae, Lacringes et Burei † hi aliique

1 auri *B* 2 fastarent *B* 3 bucolicis *BPM* 4 audium *BP*^{1} 5 secesso *B* praegestino *B*^{1} 6 tuberem *BP*^{1} 8 consolatusque etiam medicos *BPM em. Lipsius* 9 ludiouis *B*^{1} 11 cirtens. *B* 12 salarii *BPM* 18 diocmi-tas] mitas *in P in ras.* 22 auctione *BP* 27 Varist. *nunc etiam apud Tac. Germ. 41. 42 et Ptolem. II 11,23* 28 Buri *uolg.* (*sic Dion. LXXII 3,1. Ptol. II 11,11*), *at* Burii *etiam unus cod. Vatic. in Tac. Germ 43* Taifalique *Beatus Rhenanus* Vandalique *Mommsen, at cf. Müllenhoff Herm. II p. 318*

Digitized by Google

cum Victualis, Sosibes, Sicobotes, Roxolani, Basternae, Ha-
lani, Peucini, Costoboci. inminebat et Parthicum bellum et
Brittanicum. magno igitur labore etiam suo gentes asper- 2
rimas uicit militibus sese imitantibus, ducentibus etiam
exercitum legatis et praefectis praetorio, accepitque in
deditionem Marcomannos plurimis in Italiam traductis.
Semper sane cum optimatibus non solum bellicas res sed 3
etiam ciuiles, priusquam faceret aliquid, contulit. deni- 4
que sententia illius praecipua semper haec fuit: 'Aequius
est, ut ego tot talium amicorum consilium sequar, quam
ut tot tales amici meam unius uoluntatem sequantur.'
sane quia durus uidebatur ex philosophiae institutione 5
Marcus ad militiae labores atque ad omnem uitam, graui-
ter carpebatur, sed male loquentibus uel sermone uel lit- 6
teris respondebat. Et multi nobiles bello Germanico siue 7
Marcomannico immo plurimarum gentium interierunt (qui-
bus omnibus statuas in foro Vlpio conlocauit), quare frequen- 8
ter amici suaserunt, ut a bellis discederet et Romam ueniret,
sed ille contempsit ac perstitit nec prius recessit, quam om-
nia bella finiret. Prouincias ex proconsularibus consulares 9
aut ex consularibus proconsulares aut praetorias pro belli
necessitate fecit. res etiam in Sequanis turbatas censura et 10
auctoritate repressit. conpositae res et *in* Hispania, quae 11
per Lusitaniam turbatae erant. Filio Commodo accersito 12
ad limitem togam uirilem dedit, quare congiarium populo
diuisit, et eum ante tempus consulem designauit. a. 930/177

1 cum Victualis *cum sequent. coniungit Wietersheim Gesch. der Völkerw. II 62 (qui de hoc loco agit p. 52 sqq.)* Osi, Bessi, Saboces *Müllenhoff in Haupt. ann. antiq. Germ. VIIII p. 131 sqq. (possit etiam de Osilis — μέχρι τῶν Ῥωξολανῶν Ptolem. III 5,10 — cogitari, tertio loco de Cotinis Dion. LXXI 12)* 2 peutini *BPM* 4 aemulantibus *Golisch p. XVI* 6 marcomannus *B* — nis *P* 11 sequentur *B*[1] 12 et ph. institutionem *BP* 14 carpepatur *B* loquentum *BP*[1] loquentum dictis *P*[3]*M* loquentibus *scripsi; fort. etiam sic scribi potest* loquentum uel sermoni 18 et *om. B* 21 ex procuratoriis *ante* praetorias *inserit Hirschfeld Wien. Stud. III p. 116* 23 et hisp. *BP* in Hisp. *M* et in *scripsi*

Digitized by Google

23 Si quis umquam proscriptus est a praefecto urbi, non
2 libenter accepit. ipse in largitionibus pecuniae publicae
parcissimus fuit, quod laudi potius datur quam repreben-
3 sioni, sed tamen et bonis uiris pecunias dedit et oppidis
labentibus auxilium tulit et tributa uel uectigalia, ubi
4 necessitas cogebat, remisit. absens populi Romani uo-
luptates curari uehementer praecepit per ditissimos edi-
5 tores. fuit enim populo hic sermo, cum sustulisset ad
bellum gladiatores, quod populum sublatis uoluptatibus
6 uellet cogere ad philosophiam. iusserat enim, ne merci-
monia impedirentur, tardius pantomimos exhibere nonis
7 diebus. ⟨De amatis pantomimis ab uxore fuit sermo, ut
c. 19,7 superius diximus. sed haec omnia per epistolas suas pur-
8 gauit.⟩ idem Marcus sederi in ciuitatibus uetuit in equis
siue uehiculis. lauacra mixta summouit. mores matro-
narum conposuit diffluentes et iuuenum nobilium. sacra
9 Serapidis a uulgaritate Pelusiae summouit. fama fuit
sane, quod sub philosophorum specie quidam rem publi-
cam uexarent et priuatos. quod ille purgauit.

24 Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minore sup-
plicio, quam legibus plecti solent, puniret, quamuis nonnum-
quam contra manifestos et grauium criminum reos inex-
2 orabilis permaneret. capitales causas hominum honesto-
rum ipse cognouit, et quidem summa aequitate, ita ut
praetorem reprehenderet, qui cito reorum causas audie-
rat, iuberetque illum iterum cognoscere, dignitatis eorum
interesse dicens, ut ab eo audirentur, qui pro populo iu-
3 dicaret. aequitatem autem etiam circa captos hostes cu-
stodiuit. infinitos ex gentibus in Romano solo conlocauit.
4 ⟨Fulmen de caelo precibus suis contra hostium machina-
mentum extorsit suis pluuia impetrata, cum siti laborarent.⟩

2 bublicae *B* 8 cum sustulisse *Klein p. 277* 9 uo-luptatis *B* P^1 11 pantominos *B* exhiberi *P ex corr.* nouotis P^1 non uotis *B* P^2 *M em. S* 12 pantominis *B* 13 pugnauit P^1 14 Marcus *fort. uncis includendum* 17 pellosiae *B* pelosiae *PM* Pelusia *Vrsinus* 19 pugnauit P^1 23 hone-stiorum *C* (*Gemoll p. 13*) 31 sus *B* P^1 imperata P^1

Digitized by Google

Voluit Marcomanniam prouinciam, uoluit etiam Sar- 5
matiam facere, et fecisset, nisi Auidius Cassius rebel- 6
lasset sub eodem in oriente atque imperatorem se appel-
lasset, ut quidam dicunt, Faustina uolente, quae de ma-
riti ualetudine desperaret. alii dicunt, ementita morte 7
Antonini Cassium imperatorem se appellasse, cum diuum
Marcum appellasset. et Antoninus quidem non est satis 8
motus defectione Cassii nec *in* eius affectus saeuit. sed per 9
senatum hostis est iudicatus bonaque eius proscripta per
aerarium publicum. Relicto ergo Sarmatico Marcommanni- 25
coque bello contra Cassium profectus est. Romae etiam tur- 2
bae fuerunt, quasi Cassius absente Antonino aduentaret. sed
Cassius statim interfectus est, caputque eius adlatum est ad
Antoninum. Marcus tamen non exultauit interfectione Cas- 3
sii caputque eius humari iussit. Maecianum etiam, † filium 4
Cassii, cui Alexandria erat commissa, exercitus occidit;
nam et praefectum praetorio sibi fecerat, qui et ipse oc-
cisus est. in conscios defectionis uetuit senatum grauiter 5
uindicare, simul petit, ne qui senator tempore principa- 6
tus sui occideretur, ne *nece* eius pollueretur imperium. eos 7
etiam, qui deportati fuerant, reuocari iussit, cum paucis-
simi centuriones capite essent puniti. ignouit et ciuitati- 8
bus, quae Cassio consenserant, ignouit et Antiochensibus,
qui multa in Marcum pro Cassio dixerant. quibus et spec- 9
tacula et conuentus publicos tulerat et omnium contionum
genus, contra quos edictum grauissimum misit. seditio- 10

1 sarmaciam *B* 2 facere] *in P* a *in ras.* 3 appellauit *BPM* appellasset *scripsi* 7 appellasse *BP* 8 mutus *BPM* nec eius affectus seui *BPM* (*cf. VI 7,5*) 9 proscripta atque relata in aerarium *Kellerbauer p. 624* 10 relecto *BP* reiecto *Petschenig p. 41* 13 eius *om.* *B*¹ 15 fautorem Cassii *Mommsen in actis societ. saxon. hist. phil. II p. 283* conscium Cassii *Huschke iur. anteiust. q. s. p. 310 an* ictum *i. e.* iuris consultum Cassii? *an* socium? *uid. VI 7,4* 17 nam *BPM fort.* iam *uid. VI 7,4* praef. praeter *B* praef. praet. *P* 18 conscius *B* defectiones *B* 19 quis *M* 20 nece *addidit Maduig p. 632* 23 anthiocensibus *BP*

Digitized by Google

sos autem eos et oratio Marci indicat, indita Mario Maximo,
11 qua ille usus est apud amicos. denique noluit Antiochiam
12 uidere, cum Syriam peteret. nam nec Cyrrum uoluit ui-
26 dere, ex qua erat Cassius. ⟨fuit Alexandriae clementer cum
his agens.⟩ ⟨postea tamen Antiochiam uidit.⟩ multa
egit cum regibus et pacem confirmauit sibi occurren-
2 tibus cunctis regibus et legatis Persarum. omnibus ori-
entalibus prouinciis carissimus fuit. apud multas etiam
3 philosophiae uestigia reliquit. apud Aegyptios ciuem se
egit et philosophum in omnibus stadiis, templis, ocis. et
cum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta, tamen
4 omnibus ignouit et filiam suam apud eos reliquit. Fausti-
nam suam in radicibus montis Tauri in uico Halalae exa-
5 nimatam ui subiti morbi amisit. petiit a senatu, ut honores
Faustinae aedemque decernerent, laudata eadem, cum
inpudicitiae fama grauiter laborasset. quae Antoninus
6 uel nesciuit uel dissimulauit. nouas puellas Faustinianas
7 instituit in honorem uxoris mortuae. diuam etiam Fau-
8 stinam a senatu appellatam gratulatus est. quam secum
et in aestiuis habuerat, ut matrem castrorum appellaret.
9 fecit et coloniam uicum, in quo obiit Faustina, et aedem
illi extruxit. sed haec postea aedis Heliogabalo dedicata
10 est. ⟨Ipsum Cassium pro clementia occidi passus est, non
11 occidi iussit. deportatus est Heliodorus, filius Cassi, et alii
12 liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. filii
autem Cassi et amplius media parte acceperunt paterni
patrimonii, et auro atque argento adiuti, mulieres autem
etiam ornamentis: ita ut Alexandria, filia Cassi, et Drun-
cianus gener liberam uagandi potestatem haberent com-

1 mari *B* P^1 a mario P^3 3 Cyprum *BPM em. C* 4. 5 fuit Al. — agens *post* uidit *posuit C* alexandre *B* P^1 Alexandreae *Petschenig p. 10* anthiociam *B P* 9 mitem se *Cornelissen p. 248* 10 studiis *B P M em. S* lucis *G. Richter mus. Rhen. XXIIII p. 639* foris *Cornelissen p. 248* 12 Faustinam uxorem *M* 14 ui *om. M* 15 eademque P^1 17 resciit *B* ued P^1 18 duimam *B ante corr.* 23 occisus *B P* 24 heliudorus B^1 25 partem *B* P^1 29 pagandi B^1 euagandi *Klein p. 278* haberet *B P*

Digitized by Google

mendati amitae marito. doluit denique Cassium extinc- 13
tum, dicens uoluisse se sine senatorio sanguine imperium
transigere.⟩
Orientalibus rebus ordinatis Athenis fuit et initialia 27
Cereris adit, ut se innocentem probaret, et sacrarium so-
lum ingressus est. reuertens ad Italiam nauigio tem- 2
pestatem grauissimam passus est. per Brundisium ue- 3
niens in Italiam togam et ipse sumpsit et milites togatos
esse iussit, nec umquam sagati fuerunt sub eo milites.
Romam ut uenit, triumphauit. exinde Lauinium profectus 4
est. Commodum deinde sibi collegam in tribuniciam po- 5
testatem iunxit, congiarium populo dedit et spectacula
mirifica; dein ciuilia multa correxit. gladiatorii muneris 6
sumptus modum fecit. sententia Platonis semper in ore 7
illius fuit florere ciuitates, si aut philosophi impera-
rent aut imperantes philosopharentur. filio suo Bruttii 8
Praesentis filiam iunxit nuptiis celebratis exemplo priua-
torum, quare etiam congiarium dedit populo.
Dein ad conficiendum bellum conuersus in administra- 9
tione eius belli obit labentibus iam filii moribus ab instituto
suo. ⟨triennio bellum postea cum Marcomannis, Hermun- 10
duris, Sarmatis, Quadis etiam egit et, si anno uno super-
fuisset, prouincias ex his fecisset.⟩ ante biduum quam exspi- 11
raret, admissis amicis dicitur ostendisse sententiam de filio
eandem, quam Philippus de Alexandro, cum de hoc male
sentiret, addens nimium se aegre ferre filium superstitem
relinquentem. nam iam Commodus turpem se et cruen- 12
tum ostentabat.

3 transigere (transiere *B*) uoluisse se *BP* 4 anthenis *B* initalia B^1*PM* inter alia B^2 *em. Gr.* 5 ceteris *BP* Cereris templum *M* solus *Reg.* 7 brundissium *B* 8 italia *B* 10 et inde *BP* 11 in tribunicia potestate *Kellerbauer p. 624* 14 sententiam P^1 16 imperatores *M* 18 populo. Triennio — egit. Dein ad conf. — inst. suo et, si — fecisset *Klein p. 278, at uid. Philol. XXXXIII p. 166* conficiendum] ficiend *in P in ras.* 20 obii *BB* obiit *M* 21 hermynduris *BP* 26 minime *BPM em. S* 27 relinquens *BPM em. C.*

Digitized by Google

28 ⌈Mors autem talis fuit: cum aegrotare coepisset, filium
aduocauit atque ab eo primum petit, ut belli reliquias non
2 contempneret, ne uideretur rem publicam prodere. et,
cum filius ei respondisset cupere se primum sanitatem,
ut uellet, permisit, petens tamen, ut exspectasset paucos
3 dies, haut simul proficisceretur. deinde abstinuit uictu
4 potuque mori cupiens auxitque morbum. sexta die uoca-
tis amicis et ridens res humanas, mortem autem contemp-
nens ad amicos dixit: 'Quid de me fletis et non magis de
5 pestilentia et communi morte cogitatis?' et cum illi uel-
lent recedere, ingemescens ait: 'Si iam me dimittitis, uale
6 uobis dico uos praecedens.' et cum ab eo quaereretur,
cui filium commendaret, ille respondit: 'Vobis, si di-
7 gnus fuerit, et dis immortalibus.' exercitus cognita mala
ualetudine uehementissime dolebant, quia illum unice
8 amarunt. septimo die grauatus est et solum filium admi-
sit. quem statim dimisit, ne in eum morbus transiret.
9 dimisso filio caput operuit quasi uolens dormire, sed
10 nocte animam efflauit. fertur filium mori uoluisse, cum
eum talem uideret futurum, qualis exstitit post eius mor-
tem, ne, ut ipse dicebat, similis Neroni, Caligulae et Do-
mitiano esset.⌉

29 ||Crimini ei datum est, quod adulteros uxoris promo-
uerit, Tertullum et Tutilium et Orfitum et Moderatum,
ad uarios honores, cum Tertullum et prandentem cum
2 uxore deprehenderet. de quo mimus in scaena praesente
Antonino dixit, cum stupidus nomen adulteri uxoris a
seruo quaereret, et ille diceret ter 'Tullus', et adhuc stu-
pidus quaereret, respondit ille: 'Iam tibi dixi ter, Tullus
3 dicitur.' et de hoc quidem multa populus, multa etiam

3 condempneret *B* 4 respondisse *B P*[1] *c. P*[3] 6 aut *B P M em. S* ui *B P* cibo *M* uictu *scripsi* (*Iord.*) 8 condempnens *B* 9 quideme *B P*[1] quid me *P*[3] *M* quid de me *scripsi (Iord.)* 15 tolebant *B* 20 quitalis *B P* 23 tatum *B* 24 utilium *B P M em. Scaliger* 25 etiam *P*[2] *M* 26 oxore *P*[1]

Digitized by Google

alii dixerunt patientiam Antonini incussantes. Ante tem- 4
pus sane mortis, priusquam ad bellum Marcomannicum
rediret, in Capitolio iurauit nullum senatorem se sciente
occisum, cum etiam rebelliones dixerit se seruaturum
fuisse, si scisset. nihil enim magis et timuit et depreca- 5
tus est quam auaritiae famam, de qua se multis epistulis
purgat. dederunt et uitio, quod effictus fuisset nec tam 6
simplex quam uideretur, aut quam uel Pius uel Verus
fuisset. dederunt etiam crimini, quod aulicam adrogan- 7
tiam confirmauerit summouendo amicos a societate com-
muni et a conuiuiis.

Parentibus consecrationem decreuit. amicos parentum 8
etiam mortuos statuis ornauit.

Suffragatoribus non cito credidit, sed semper diu 9
quaesiuit, quod erat uerum.

Enisa est Fabia, ut Faustina mortua in eius matrimo- 10
nium coiret. sed ille concubinam sibi adsciuit procuratoris
uxoris suae filiam, ne tot liberis superduceret nouercam. ||

1 incusantes *P* 2 marcumannicum *B* 3 scientem *B* 6 quem *B* *potius* saeuitiae, *cf. VI 11,5* epistolis *B* 7 et uictus *B* ei uictus *PM em. Erasmus* 10 summouendos *BP* 18 finit uita: finita uita antonini philosophi: incipit eiusdem uerus feliciter *BP* ad diocletianum augustum *add.* P^3*M*

Digitized by Google

IVLII CAPITOLINI

VERVS

1 Scio plerosque ita uitam Marci ac Veri litteris atque
historiae dedicasse, ut priorem Verum intimandum legen-
tibus darent, non imperandi secutos ordinem sed uiuen-
2 di: ego uero, quod prior Marcus imperare coepit, dein
Verus, qui superstite perit Marco, priorem Marcum, de-
hinc Verum credidi celebrandum.
3 Igitur Lucius Ceionius Aelius Commodus Verus An-
toninus, qui ex Hadriani uoluntate Aelius appellatus est,
ex Antonini coniunctione Verus et Antoninus, neque inter
4 bonos neque inter malos principes ponitur. quem con-
stat non inhorruisse uitiis, non abundasse uirtutibus,
uixisse deinde non in suo libero principatu sed sub Marco
in simili ac paris maiestatis imperio, a cuius secta lasci-
5 uia morum et uitae licentioris nimietate dissensit. erat
enim morum simplicium et qui adumbrare nihil posset.
6 Huic naturalis pater fuit Lucius Helius Verus, qui ab Ha-
driano adoptatus primus Caesar est dictus et in eadem
7 statione constitutus perit. aui ac proaui et item maiores
8 plurimi consulares. Natus est Lucius Romae in praetura

5 secutus *B* secutos P^1 secutis P^2 secuti sunt *M* 10 caelius *B* //aelius *P* 13 inhonorruisse B^1 inhonoruisse *P* (*t. Iord.*) habundasse *B* 14 libere B^1 15 pari *BPM em. S* a cuius secreta lasc. *Oberdick p. 739* alasciuia *BP* 17 simplicum *P* (*t. Iord.*) 18 nauralis *B* natalis *P*

Digitized by Google

patris sui XVIII kl. Ianuariarum die, quo et Nero, qui
rerum potitus est. origo eius paterna pleraque ex Etru- 9
ria fuit, materna ex Fauentia.

Hac prosapia genitus patre ab Hadriano adoptato in 2
familiam Aeliam deuenit mortuoque patre Caesare in Ha-
driani familia remansit. a quo Aurelio datus est adoptan- 2
dus, cum sibi ille Pium filium, Marcum nepotem esse uo-
luisset posteritati satis prouidens, et ea quidem lege, ut 3
filiam Pii Verus acciperet, quae data est Marco idcirco,
quia hic adhuc impar uidebatur aetate, ut in Marci uita c. 6, 2
exposuimus. duxit autem uxorem Marci filiam Lucillam. 4
educatus est in domo Tiberiana. audiuit Scaurinum gram- 5
maticum Latinum, Scauri filium, qui grammaticus Ha-
driani fuit, Graecos Telephum atque Hefaestionem, Har-
pocrationem, rhetores Apollonium, Celerem Caninium et
Herodem Atticum, Latinum Cornelium Frontonem; philo-
sophos Apollonium et Sextum. hos omnes amauit unice, 6
atque ab his in uicem dilectus est, nec tamen ingeniosus
ad litteras. amauit autem in pueritia uersus facere, post 7
orationes. et melior quidem orator fuisse dicitur quam
poeta, immo, ut uerius dicam, peior poeta quam rhetor. nec 8
desunt, qui dicant eum adiutum ingenio amicorum, atque
ab aliis ei illa ipsa, qualiacumque sunt, scripta. si quidem
multos disertos et eruditos semper secum habuisse dicitur.
educatorem habuit Nicomedem. fuit uoluptuarius et nimis 9
laetus et omnibus deliciis, ludis, iocis decenter aptissimus.
post septimum annum in familiam Aureliam traductus 10
Marci moribus et auctoritate formatus est. amauit uenatus,
palaestras et omnia exercitia iuuentutis. fuitque priuatus 11
in domo imperatoria uiginti et tribus annis.

1 ianuarium B^1 Nero, cui rite compositus est *Golisch p. XVI* 10 adhoc *BPM em. Vrsinus* 13 Scaurum *M* 14 talephum *BP* atque fertionem *BP exc. M* Hephaestionem *uolg.* atque Hefaestionem *scripsi* arpocrationem BP^2M *exc.* a//p//ocationem P^1 15 rethores Appollonium *BP* caelerem *B* 17 appollonium *BP* omne B^1P^1 21 rethor *BP* 26 lautus *Klein p. 275* 27 traductos B^1 28 auit P^1 uenatos B^1 29 palestra sed *BP*

Digitized by Google

3 Qua die togam uirilem Verus accepit, Antoninus Pius
ea occasione, qua patris templum dedicabat, populo libera-
2 lis fuit, mediusque inter Pium et Marcum idem resedit,
3 cum quaestor populo munus daret. post quaesturam sta-
a. 907/154 tim consul est factus cum Sextio Laterano. interiectis
a. 914/161 4 annis cum Marco fratre iterum factus est consul. diu
autem et priuatus fuit et ea honorificentia caruit, qua Mar-
5 cus ornabatur. nam *ne*que in senatu ante quaesturam
sedit neque in itinere cum patre sed cum praefecto prae-
torii uectus est, nec aliud ei honorificentiae adnomen ad-
iunctum est, quam quod Augusti filius appellatus est.
6 fuit studiosus etiam circensium haut aliter quam gladia-
torii muneris. hic cum tantis deliciarum et luxuriae qua-
teretur erroribus, ab Antonino uidetur ob hoc retentus,
quod eum pater ita in adoptionem Pii transire iusserat,
ut nepotem appellaret. cui, quantum uidetur, fidem ex-
7 hibuit, non amorem. amauit tamen Antoninus Pius sim-
plicitatem ingenii puritatemque uiuendi hortatusque est,
8 ut imitaretur, et fratrem. defuncto Pio Marcus in eum
omnia contulit, participatu etiam imperatoriae potestatis
indulto, sibique consortem fecit, cum illi soli senatus de-
tulisset imperium.
4 **D**ato igitur imperio et indulta tribunicia potestate,
post consulatus etiam honorem delatum Verum uocari
praecepit, suum in eum transferens nomen, cum ante
2 Commodus uocaretur. Lucius quidem Marco uicem red-

2 occassione *B* tempum dedicebat *BP*¹ 3 se resedit *BP* ipse res. *Petschenig p. 26* 5 sertilio *B*¹ sestilio *B*²*PM* em. *Clinton fast. Rom. I. p. 142 et Borghesi Oeuvr. VIII p. 268* interiectis VII annis *C* 7 autem ei *P* (*t. Iord.*) quam *B* marcos *B*¹ 8 namque *BPM* neque *S* nam neque *Iord.* 9 non sedit *M* 10 honorificentia *B* 12 aut *BP* 13 luxoriae *B* 15 Pii] sibi *Mommsen, at uid. Philol. XXXXIII p. 152* 17 amabit *B* simplitate *B* simplicitate *P* 18 *fort.* hilaritatemque, *Philol. l. s. p. 151* 22 imperio *BP*¹ 24 proconsulatos *BP*¹ proconsulatus *P*² post consulatus *M*

Digitized by Google

dens † si susciperet obsecutus ut legatus proconsuli uel
praeses imperatori. iam primum enim Marcus pro am- 3
bobus ad milites est locutus et pro consensus imperio
. . . . grauiter se et ad Marci mores egit. Vbi uero in 4
Syria profectus est, non solum licentia uitae liberioris,
sed etiam adulteriis et incestis amoribus infamatus est.
si quidem tantae luxuriae fuisse dicitur, ut etiam, quam 5
postea de Syria redit, popinam domi instituerit, ad quam
post conuiuium Marci diuertebat, ministrantibus sibi omni
genere turpium personarum. fertur et nocte perpeti alea 6
lusisse, cum in Syria concepisset id uitium, atque in tantum uitiorum Gaianorum et Neronianorum ac Vitellianorum fuisse aemulum, ut uagaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione uulgari uiatorio et comisaretur cum triconibus, committeret rixas, dissimulans quis esset, saepeque efflictum liuida facie redisse et
in tabernis agnitum, cum sese absconderet. iaciebat et 7
nummos in popinas maximos, quibus calices frangeret.
amauit et aurigas prasino fauens. gladiatorum etiam fre- 8.9
quentius pugnas in conuiuio habuit trahens cenas in
noctem et in toro conuiuali condormiens, ita ut leuatus
cum stromatibus in cubiculum perferretur. somni fuit 10
permodici, digestionis facillimae. sed Marcus haec omnia 11
non nesciens dissimulabat prae pudore illo, ne reprehen-

1 suscipere B^1 *fort.* sic submisse est obsecutus, *Klein p. 278* sic suspiciens 2 praesę B praese P eum M 3 et mil. B^1 4 *lacunam sic expleuit Obrecht* (*ex Marc. 7,9*): uicena milia nummum singulis promisit. et initio quidem Verus. *fort.* pro consensu imperii (*sic etiam Iord.*) et at M. P
5 Syriam B^1M 6 iubentis B iuuentis P^1 iuuentutis P^3M *em. Frid. Haase* inuentis *Golisch p. 16* 7 posteaquam M 8 reddit B^1 9 deuertebat P 11 concoepisset B 13 uagatur BP^1 15 comiseretur B cum comessaretur *exc.*[2] et com. *exc.*[2] M 16 redisset BP *exc.*[1] M redisse *exc.*[2] 17 iacebat BP 18 popipas B 19 gladiatore — pugnarum BP 20 cenans BP caenam M *em. S* 21 thoro BP^1 conuiualli B^1 23 digestiones BP^1 omnia nesciens BP quasi nesciens P^3M non nesciens *scripsi* resciens *Iord.* bene sciens *Oberdick p. 739* ·R̄· BP rem M prae *coni. Obr.*

5 deret fratrem. Et notissimum eius quidem fertur tale con-
uiuium, in quo primum duodecim accubuisse dicitur, cum
sit notissimum dictum de numero conuiuarum: 'Septem
2 conuiuium, nouem uero conuicium.' donatos autem pueros
decoros, qui ministrabant, singulis, donatos etiam struc-
tores et lances singulis quibusque, donata et uiua ani-
malia uel cicurum uel ferarum auium uel quadrupedium,
3 quorum cibi adpositi erant, donatos etiam calices singulis
per singulas potiones, myrrinos et crystallinos Alexandri-
nos, quoties bibitum est; data etiam aurea atque argentea
pocula et gemmata, coronas quin etiam datas lemniscis
aureis interpositis et alieni temporis floribus, data et uasa
4 aurea cum unguentis ad speciem alabastrorum, data et
uehicula cum mulabus ac mulionibus cum iuncturis ar-
5 genteis, ut ita de conuiuio redirent. omne autem con-
uiuium aestimatum dicitur sexagies centenis milibus se-
6 stertiorum. hoc conuiuium posteaquam Marcus audiuit,
7 ingemuisse dicitur et doluisse publicum fatum. post con-
8 uiuium lusum est tesseris usque ad lucem. et haec qui-
dem post Parthicum bellum, ad quod eum misisse di-
citur Marcus, ne uel in urbe ante oculos omnium pec-
caret, uel ut parsimoniam peregrinatione addisceret, uel
ut timore bellico emendatior rediret, uel ut se im-
9 peratorem esse cognosceret. sed quantum profecerit,
cum alia uita tum haec, quam narrauimus, cena monstrauit.
6 Circensium tantam curam habuit, ut frequenter *e* pro-
uincia litteras causa circensium et miserit et acceperit.
2 denique etiam praesens et cum Marco sedens multas a
uenetianis est passus iniurias, quod turpissime contra eos

1 fertale BP^1 fer'tale P^2 3 conuiuiarum P^1 7 quadripedum *P* quadrupedum *M* 10 quotiens P^2 12 alienis temporibus *P* (—s—bus *in ras.*) 13 unguentes BP^1 aspeciem B^1 18 factum *BP* 20 mississe *B* 22 peregrinationem B^1P^1 ut disceret B^1 25 alia uitatū B^1 alea uitatur B^2 narrabimus BP^1 26 prouincia BP^1 prouincialibus P^3M e *add. S* de *Krauss p. 56* 27 accepit *BP* 29 turpissime] prasinis *Vrsinus* prasino *Kellerbauer p. 625* turbidissime *Vnger p. 215*

faueret. nam et Volucri equo prasino aureum simulacrum 3
fecerat, quod secum portabat. cui quidem passas uuas et 4
nucleos in uicem hordei in praesepe ponebat, quem sagis
fuco tinctis coopertum in Tiberianam ad se adduci iube-
bat, cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. in huius 5
equi gratiam primum coeperunt equis aurei uel brabia
postulari. in tanto autem equus ille honore fuit, ut ei a 6
populo prasinianorum saepe modius aureorum postularetur.

||Profectum eum ad Parthicum bellum Marcus Capuam 7
prosecutus est; cumque inde per omnium uillas se in-
gurgitaret, morbo inplicitus apud Canusium aegrotauit.
quo ad eum uisendum frater contendit. Multa in eius 8
uita ignaua et sordida etiam belli tempore deteguntur.
nam cum interfecto legato, caesis legionibus, Syris defec- 9
tionem cogitantibus oriens uastaretur, ille in Apulia ue-
nabatur et apud Corinthum et Athenas inter symfonias et
cantica nauigabat et per singulas maritimas ciuitates
Asiae, Pamphyliae Ciliciaeque clariores uoluptatibus im-
morabatur. Antiochiam posteaquam uenit, ipse quidem 7
se luxuriae dedidit, duces autem confecerunt Parthicum
bellum, Statius Priscus et Auidius Cassius et Marcius
Verus per quadriennium, ita ut Babylonem et Mediam
peruenirent et Armeniam uindicarent. partumque ipsi 2
nomen est Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco
Romae agenti delatum est. egit autem per quadriennium 3
Verus hiemem Laodiciae, aestatem apud Dafnen, reliquam
partem Antiochiae. risui fuit omnibus Syris, quorum 4
multa ioca in theatro in eum dicta extant. uernas in tri- 5

3 nucleos B^2 nudas B^1 7 equi *BPM em. C* 11 anusium *B* aegrotabit *BP em. C* 12 quod eum *B* quo// eum *P* 15 apuleia *BP* 16 chorinthum *B* 17 nauigabat — Ciliciaeque *om.* B^1 18 assie *B* pamphilie *B* pamphiliae *P* clariores B^2 inclarioresuo B^1 20 luxoriae *B* dedit *M* 21 martius *B* 22 babilonem *P* 23 peruincerent *Golisch p. XVI* uindicaret *B* parthumque *B* 26 hieme *B* laodociae *B* dapnen *BP* damnem *M* 27 anthiociae *BP* anni *ante* Ant. *inserit Petschenig p. 28*

6 clinium Saturnalibus et diebus festis semper admisit. ad
Eufraten tamen inpulsum comitum suorum sequendo pro-
7 fectus est. Efesum etiam redit, ut Lucillam uxorem, mis-
sam a patre Marco, susciperet, et idcirco maxime, ne
Marcus cum ea in Syriam ueniret ac flagitia eius adno-
sceret. nam senatui Marcus dixerat se filiam in Syriam
8 deducturum. confecto sane bello regna regibus, prouin-
9 cias uero comitibus suis regendas dedit. Romam inde ad
triumphum inuitus, quod Syriam quasi regnum suum re-
linqueret, redit et pariter cum fratre triumphauit suscep-
10 tis a senatu nominibus, quae in exercitu acceperat. ⟨Fertur
praeterea ad amicae uulgaris arbitrium in Syria posuisse
barbam. unde in eum a Syris multa sunt dicta.⟩

8 Fuit eius fati, ut in eas prouincias, per quas redit, Ro-
2 mam usque luem secum deferre uideretur. et nata fertur
pestilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex ar-
cula aurea, quam miles forte inciderat, spiritus pestilens
3 euasit, atque inde Parthos orbemque complesse. sed hoc
non Lucii Veri uitio sed Cassi, a quo contra fidem Se-
leucia, quae ut amicos milites nostros receperat, expu-
4 gnata est. quod quidem inter ceteros etiam Quadratus,
belli Parthici scriptor, incusatis Seleucenis, qui fidem
5 primi ruperant, purgat. Habuit hanc reuerentiam Marci
Verus, ut nomina, quae sibi delata fuerant, cum fratre
communicaret die triumphi, quem pariter celebrarunt.
6 reuersus e Parthico bello minore circa fratrem cultu fuit
Verus; nam et libertis inhonestius indulsit et multa sine
7 fratre disposuit. his accessit, quod, quasi reges aliquos
ad triumphum adduceret, sic histriones eduxit e Syria,
quorum praecipuus fuit Maximinus, quem Paridis nomine

2 secundo *BPM* secutus *Hirschfeld p. 230*, sequendo *scripsi*; inpulsu *M uolg.* 3 effesum *BP* 9 reliqueret *BP* 12 syriam P^1 13 baribam BP^1 15 secundę ferre BP^1 (de *eras.*) uidetur *BP* 16 babilonia *P* Appollonis *BP* 18 urbemque *BP* et *BPM* sed *scripsi* 19 casii *B* 22 incausatis B^1 26 *G. Richter m. Rh. XXIIII p. 638 paragraphos ita transponit: 6. 7. 10. 11. 8. 9.* 30 Maximus *M*

Digitized by Google

nuncupauit. uillam praeterea exstruxit in uia Clodia fa- 8
mosissimam, in qua per multos dies et ipse ingenti luxuria
debacchatus est cum libertis suis et amicis paribus, quo-
rum *in* praesentia nulla inerat reuerentia, et Marcum ro- 9
gauit, qui uenit, ut fratri uenerabilem morum suorum et
imitandam ostenderet sanctitudinem, et quinque diebus
in eadem uilla residens cognitionibus continuis operam
dedit, aut conuiuante fratre aut conuiuia comparante.
⟨Habuit et Agrippum histrionem, cui cognomentum erat 10
Memfi, quem et ipsum e Syria ueluti tropaeum Parthicum
adduxerat, quem Apolaustum nominauit. adduxerat se- 11
cum et fidicinas et tibicines et histriones scurrasque mi-
marios et praestigiatores et omnia mancipiorum genera,
quorum Syria et Alexandria pascitur uoluptate, prorsus
ut uideretur bellum non Parthicum sed histrionicum con-
fecisse.⟩ Et hanc uitae diuersitatem atque alia multa inter 9
Marcum et Verum simultates fecisse non aperta ueritas
indicabat, sed occultus rumor inseuerat. uerum illud 2
praecipuum quod, cum Libonem quendam patruelem
suum Marcus legatum in Syriam misisset, atque ille se
insolentius quam uerecundus senator efferret, dicens ad
fratrem suum se scripturum esse, si quid forte dubitaret,
nec Verus praesens pati posset, subitoque morbo notis
prope ueneni exsistentibus interisset, uisum est nonnullis,
non tamen Marco, quod eius fraude putaretur occisus.
quae res simultatum auxit rumorem. ⟨Liberti multum po- 3

1 extruxit *P* 2 permultos *BPM uolg.* per multos *scripsi, cf. Fleckeisen. ann. CXXVIIII p. 76* luxoria *B* 3 paribus] *an* pluribus? carioribus *Rösinger p. 5* inparibus *Richter l. s.* Parthicis *Bährens p. 650* 4 in *intermisi* ulla *BP* sublata erat *Richter l. s. fort.* non erat ulla reu. 6 sanctatudinem B^1 (P^1 *t. Iord.*) 7 cogitationibus *Richter l. s.* 9 Agrippam *C, in inscriptionibus* (*uid. Mommsen C. I. L. VIIII p. 38 ad inscr. 344*) *nusquam nec Agrippus nec Agrippa dicitur* 10 Memphius *uel* Memfius *in inscr. Μέμφις ap. Athen. I 36 p. 20 c.* tropeum *B* trophaeum P^2M 12 scrurrasque *B* 13 praesticiatores BP^1 15 histrionum B^1 16 haec — diuersitas *BPM em. Vrs.* 20 syria BP^1 21 quem *B* 22 fratres suos *BPM* fratrem suum *S* fr. suum se *scripsi* qui *BPM* quid *uolg.*

c.15, 2 tuerunt apud Verum, ut in uita Marci diximus, Geminas
4 et Agaclytus, cui dedit inuito Marco Libonis uxorem. de-
nique nuptiis ab Vero celebratis Marcus conuiuio non in-
5 terfuit. habuit et alios libertos Verus inprobos, Coeden
6 et Eclectum ceterosque. quos omnes Marcus post mor-
tem Veri specie honoris abiecit Eclecto retento, qui
postea Commodum filium eius occidit.⟩ ||

7 Ad bellum Germanicum, Marcus quod nollet Lucium
sine se uel ad bellum mittere uel in urbe dimittere causa
luxuriae, simul profecti sunt atque Aquileiam uenerunt
8 inuitoque Lucio Alpes transgressi, cum Verus apud Aqui-
leiam tantum uenatus conuiuatusque esset, Marcus autem
9 omnia prospexisset. de quo bello quidem *quid* per lega-
tos barbarorum pacem petentium, quid per duces nostros
10 gestum est, in Marci uita plenissime disputatum est. con-
c.14. posito autem bello in Pannonia urguente Lucio Aqui-
leiam redierunt, quodque urbanas desiderabat Lucius
11 uoluptates, in urbem festinatum est. sed non longe ab
Altino subito in uehiculo morbo, quem apoplexin uocant,
correptus Lucius depositus e uehiculo detracto sanguine
Altinum perductus, cum triduo mutus uixisset, apud Alti-
num perit.

10 Fuit sermo, quod et socrum Faustinam incestasset.
et dicitur Faustinae socrus dolo aspersis ostreis ueneno
extinctus esse, idcirco quod consuetudinem, quam cum
2 matre habuerat, filiae prodidisset ⟨quamuis et illa fabula,
c.15, 5 quae in Marci uita posita est, abhorrens a talis uiri uita
3 sit exorta⟩, cum multi etiam uxori eius flagitium mortis
adsignent, et idcirco quod Fabiae nimium indulserat Ve-

1 uitam dix. *BP* Geminus *Mommsen* 2 agaclitus *BPM* 3 habero *B¹P* abhero *M* 4 Coeten *S* 5 etteclectum *BP(M)* 6 adiecit *BP* 10 luxoriae *B* 11 lupio *BP* 12 uectatus *BPM em. Obr.* 13 prospexit *P¹* quidem *BPM* quidem quid *scripsi* quidem — gestum est *del. Mommsen* 14 quidem *BPM* 17 redieret *BP²* rediret *P¹M* redierunt *scripsi* quoque *BPM* quodque *scripsi* 18 destinatum *BP* destinatus *M* festinatum *scripsi cf. exercit. crit. p. 3* 28 extorta *B²P*

Digitized by Google

rus, cuius potentiam uxor Lucilla ferre non posset. tanta 4
sane familiaritas inter Lucium et Fabiam sororem fuit,
uti hoc quoque usurpauerit rumor, quod inierint consi-
lium ad Marcum e uita tollendum. idque cum esset per 5
Agaclytum libertum proditum Marco, anteuentum Lucium
Faustina, ne praeueniret.

Fuit decorus corpore, uultu geniatus, barba prope 6
barbarice demissa, procerus et fronte in supercilia ad-
ductiore uenerabilis. dicitur sane tantam habuisse curam 7
flauentium capillorum, ut capiti auri ramenta resperge-
ret, quo magis coma inluminata flauesceret. lingua im- 8
peditior fuit, aleae cupidissimus, uitae semper luxuriosae
atque in pluribus Nero praeter crudelitatem et ludibria.
⌈habuit inter alium luxuriae apparatum calicem crystalli- 9
num nomine Volucrem ex eius equi nomine, quem dilexit,
humanae potionis modum supergressum.⌉

Vixit annis quadraginta duobus. imperauit cum fratre 11
annis undecim. inlatumque eius corpus est Hadriani sepul-
chro, in quo et Caesar pater eius naturalis sepultus est.

⌈Nota est fabula, quam Marci non capit uita, quod 2
partem uuluae ueneno inlitam, cum eam exsecuisset
cultro una parte uenenato, Marcus Vero porrexerit. sed 3
hoc nefas est de Marco putari, quamuis Veri et cogitata
et facta mereantur. quod nos non in medio relinquemus, 4
sed totum purgatum confutatumque respuimus, cum ad-
huc post Marcum praeter uestram clementiam, Diocle-
tiane Auguste, imperatorem talem nec adulatio uideatur
potuisse confingere.⌉

1 Lucii *B P* Lucilla *Mommsen* Lucii uel Marci P^3M 3 ut si *BP* uti *scripsi* 5 agaclitum *BPM* ante aduentum *BPM em. S* 7 gemmatus *M* 8 demisa *B* 10 roramenta *BPM* 12 luxoriose *B* luxurio P^1 14 luxoriae *B* chrystallinum *B* 16 positionis *BM* 17 XL duobus *B* 18 corpus eius *B* est *om.* B^1 19 et *in B sup. lin.* Caesar *uncis includit Kellerbauer p. 625* 22 se ad hoc *B* 25 totam purgatam confutatamque *BPM em. C* 28 explicit eiusdem uerus feliciter *BP* [*sequitur in B et P Iuliani uita*]

Digitized by Google

AVIDIVS CASSIVS

VVLCACII GALLICANI V·C·

1 Auidius Cassius, ut quidam uolunt, ex familia Cassio-
rum fuisse dicitur, per matrem tamen auo genitus
Auidio Seuero, qui ordines duxerat et post ad summas
2 dignitates peruenerat. cuius Quadratus in historiis me-
minit, et quidem grauiter, cum illum summum uirum et
necessarium rei publicae adserit et apud ipsum Marcum
3 praeualidum. nam iam eo imperante perisse fatali sorte
perhibetur.
4 Hic ergo Cassius ex familia, ut diximus, Cassiorum,
qui in C. Iulium conspirauerant, oderat tacite prin-
cipatum nec ferre poterat imperatorium nomen dice-
batque esse *eo* grauius nomen imperii, quod non posset
5 e re publica tolli nisi per alterum imperatorem. denique
temptasse in pueritia dicitur extorquere etiam Pio prin-
cipatum sed per patrem, uirum sanctum et grauem, ad-
fectionem tyrannidis latuisse, habitum tamen semper
6 ducibus suspectum. Vero autem illum parasse insidias
ipsius Veri epistula indicat, quam inserui. Ex epistula
Veri: ʽAuidius Cassius auidus est, quantum et mihi uide-

1 incipit auidius uulcacii gallicani u͞c feliciter *BPM* ad diocletianum aug. *add.* P^3 4 marem *BPM* tamen] homine *Mommsen* tantum *Petschenig p. 41* nouo *BPM* auo *uolg.* homine nouo genitus Auidio Syro *O. Hirschfeld ap. Friedländer Darst.* I^5 *p. 165* 12 ciuilium BP^1M c. iulium P^2 diuum Iulium *Gemoll p. 5* 14 esse grauius *BPM* eo gr. *scripsi* (*Mommsen*) nomine *PP* nomen *M*

Digitized by Google

tur et iam inde sub auo meo, patre tuo, innotuit, imperii:
quem uelim obseruari iubeas. omnia enim nostra ei dis- 8
plicent, opes non mediocres parat, litteras nostras ridet.
te philosopham aniculam, me luxuriosum morionem uo-
cat. uide quid agendum sit. ego hominem non odi, sed 9
uide, ne tibi et liberis tuis non bene consulas, cum talem
inter praecinctos habeas, qualem milites libenter audiunt,
libenter uident.' Rescriptum Marci de Auidio Cassio: 'Epi- 2
stulam tuam legi, sollicitam potius *quam* imperatoriam et
non nostri temporis. nam si ei diuinitus debetur imperium, 2
non poterimus interficere, etiamsi uelimus. scis enim proaui
tui dictum: 'Successorem suum nullus occidit.' sin minus,
ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos incide-
rit. adde quod non possumus reum facere, quem et nul- 3
lus accusat et, ut ipse dicis, milites amant. deinde in cau- 4
sis maiestatis haec natura est, ut uideantur uim pati etiam
quibus probatur. scis enim ipse, quid auus tuus Hadria- 5
nus dixerit: 'Misera condicio imperatorum, quibus de
adfecta tyrannide nisi occisis non postest credi.' eius au- 6
tem exemplum ponere *malui* quam Domitiani, qui hoc
primus dixisse fertur. tyrannorum enim etiam bona dicta
non habent tantum auctoritatis, quantum debent. sibi 7
ergo habeat suos mores, maxime cum bonus dux sit et
seuerus et fortis et rei p. necessarius. nam quod dicis 8

1 subinde B^1 *fort.* et iam diu (*uel* dudum) sub auo imperii *post* est *colloc. in M* 2 ei nostra ediplicent BP^1 (*dein in P* e *eras.*) enim nostra displ. *M* ei displ. *scripsi* 4 luxoriosum *B* moriomen *P ante corr. t. Iord.* 6 consulat *BPM* consulas *scripsi* (*in edit. priore, postea Golisch p. 15*) tales *BPM em. S* 8 de Auidio Cassio *epistulae uindicat Mommsen* 9 et ṣoll. *M* quam *om.* BP^1M *add.* P^3 non *add. Petschenig p. 28* 16 ab his quibus *exc.*[2] *an* etiam in quibus? 17 Hadrianus *del. Czwalina p. 21 sq. et Rübel p. 15* 19 affectu *BP exc.*[1] *M* tyrannidę *B* tyrannide P^1 tyrannides P^3 tyrannidis *M* 20 malui *om.* BP^1 *add.* P^3 *post* 'ponere', *M post* fertur quand'o mitiani *B* quandomitiani P^1 23 suos habeat *B* duxit BP^1 24 necessarus *B*

Digitized by Google

liberis meis cauendum esse morte illius: plane liberi
mei pereant, si magis amari merebitur Auidius quam illi,
et si rei p. expediet Cassium uiuere quam liberos Marci.'
Haec de Cassio Verus, haec Marcus.

3 Sed nos hominis naturam et mores breuiter explica-
bimus. neque enim plura de his sciri possunt, quorum
uitam et inlustrare nullus audet eorum causa, a quibus
2 oppressi fuerint. addemus autem, quemadmodum ad im-
perium uenerit et quemadmodum sit occisus et ubi uic-
3 tus. proposui enim, Diocletiane Auguste, omnes, qui im-
peratorium nomen siue *iusta ex causa siue* iniusta habue-
runt, in litteras mittere, ut omnes purpuratos Augustos
cognosceres.

4 Fuit his moribus, ut nonnumquam trux et asper
uideretur, aliquando mitis et lenis, saepe religiosus,
alias contemptor sacrorum, auidus uini item abstinens,
cibi adpetens et inediae patiens, Veneris cupidus et ca-
5 stitatis amator. nec defuerunt qui illum Catilinam uoca-
rent, cum et ipse se ita gauderet appellari, addens futu-
rum se Sergium, si dialogistam occidisset, Antoninum
6 hoc nomine significans, qui tantum enituit in philosophia,
ut iturus ad bellum Marcomannicum timentibus cunctis,
ne quid fatale proueniret, rogatus sit non adulatione sed
7 serio, ut praecepta philosophiae ederet. nec ille timuit,
sed per ordinem paraeneseos [hoc est praeceptionum] per
8 triduum disputauit. fuit praeterea disciplinae militaris
Auidius Cassius tenax et qui se Marium dici uellet.

4 Quoniam de seueritate illius dicere coepimus, multa
extant crudelitatis potius quam seueritatis eius indicia.
2 nam primum milites, qui aliquid prouincialibus tulissent

5 homines B^1 explicauimus *BP* 7 et *om. M* 8 fuerant B^1 11 iusta ex causa siue] *quod om.* BP^1 *addidit Mommsen* iuste siue *add.* P^3M iniuste P^3M 12 augusto BP^1 14 his] uariis *Kellerbauer p. 625* 15 relegiosus alios *B* 18 defuerant *BPM emendaui ex excc.* 19 audens *BP* 25 paraeneseon *C* hoc est praeceptionum *uncis inclusit C*

Digitized by Google

per uim, in illis ipsis locis, in quibus peccauerant, in cru-
cem sustulit. primus etiam id supplicii genus inuenit, ut 3
stipitem grandem poneret pedum octoginta et centum [id
est materiam] et a summo usque ad imum damnatos li-
garet et ab imo focum adponeret incensisque aliis alios
fumo, cruciatu, timore etiam necaret. idem denos 4
catenatos in profluentem mergi iubebat uel in mare.
idem multis desertoribus manus excidit, aliis crura incidit 5
ac poplites, dicens maius exemplum esse aduiuentis mise-
rabiliter criminosi quam occisi. cum exercitum duceret, 6
et inscio ipso manus auxiliaria centurionibus suis aucto-
ribus tria milia Sarmatarum neglegentius agentum in
Danuuii ripis occidissent et cum praeda ingenti ad eum
redissent sperantibus centurionibus praemium, quod per-
parua manu tantum hostium segnius agentibus tribunis
et ignorantibus occidissent, rapi eos iussit et in crucem
tolli seruilique supplicio adfici, quod exemplum non ex-
tabat, dicens euenire potuisse, ut essent insidiae, ac per-
iret Romani imperii reuerentia. et cum ingens seditio 7
in exercitum orta esset, processit nudus campestri solo
tectus et ait: 'Percutite', inquid, 'me, si audetis et cor-
ruptae disciplinae facinus addite.' tunc conquiescentibus 8
cunctis meruit timeri, quia non timuit. quae res tantum 9
disciplinae Romanis addidit, tantum terroris barbaris in-
iecit, ut pacem annorum centum ab Antonino absente pe-
terent: si quidem uiderant damnatos Romani ducis iudi-
cio etiam eos, qui contra fas uicerant.
⸢De hoc multa grauia contra militum licentiam facta 5
inueniuntur apud Aemilium Parthenianum, qui adfecta-
tores tyrannidis iam inde a ueteribus historiae tradidit.

3 id est materiam *glossema esse cognouit C* 6 fumo *BP* fumi *M* cruciato P^1 fumo cruciatos *exc.*[1] cruciaret *exc.*[2] alios *post* etiam *add. M* negaret B^1 9 auiuentis BP^1 uiuentis P^2M *em. Bährens p. 650* 12 agentium *M* 20 exercitu *M* in exercitu mota esset, processit nudus [campestri solo tectus] et ait *Cornelissen p. 55 et p. 249* 24 erroris B^1 29 adfectores *M* 30 temporibus *post* ueteribus *inserit Klein p. 145*

Digitized by Google

2 nam et uirgis caesos in foro et in mediis castris securi
percussit, qui ita meruerunt, et manus multis amputauit.
3 et praeter laridum ac buccellatum atque acetum militem
in expeditione portare prohibuit et, si aliud quippiam
4 repperit, luxuriem non leui supplicio adfecit. Extat de
5 hoc epistula diui Marci ad praefectum suum talis: 'Aui-
dio Cassio legiones Syriacas dedi diffluentes luxuria et
Dafnitis moribus agentes, quas totas excaldantes se rep-
6 perisse Caesonius Vectilianus scripsit. et puto me non
errasse, si quidem et tu notum habeas Cassium, hominem
7 Cassianae seueritatis et disciplinae. neque enim milites
regi possunt nisi uetere disciplina. scis enim uersum a
bono poeta dictum et omnibus frequentatum:

"Moribus antiquis res stat Romana uirisque."

8 Tu tantum fac adsint legionibus abunde commeatus,
9 quos, si bene Auidium noui, scio non perituros.' Prae-
fecti ad Marcum: 'Recte consuluisti, mi domine, quod
10 Cassium praefecisti Syriacis legionibus. nihil enim tam
11 expedit quam homo seuerior Graecanicis militibus. ille
sane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo et
12 sinu militi excutiet. annona militaris omnis parata est, neque
quicquam deest sub bono duce: non enim multum aut quae-
6 ritur aut inpenditur.' Nec fefellit de se iudicium habitum.
nam statim et ad signa edici iussit et programma in parie-
tibus fixit, ut, si quis cinctus inueniretur apud Dafnen, dis-
2 cinctus rediret. arma militum septima die semper respexit,
uestimenta etiam et calciamenta et ocreas, delicias omnes
de castris summouit iussitque eos hiemem sub pellibus age-
re, nisi corrigerent suos mores; et egissent, nisi hone-
3 stius uixissent. exercitium septimi diei fuit omnium mi-
4 litum, ita ut et sagittas mitterent et armis luderent. di-

1 cesis *BP* caesit *M* 8 dafnidis *BM* totus *BP* 9 cessonius *B* 12 ab Ennio poeta *C* (*Vahlen, ann. 492 p. 73*) 14 restat *BP*[1] (*c. P*[3]) 18 praefectis *B* praefecisti *P in ras.* 26 respexit *BPM* inspexit *Iordan* perspexit *uel* prospexit *Kellerbauer p. 625* 27 dilicias *BP*

Digitized by Google

cebat enim miserum esse, cum exercerentur athletae, uenatores et gladiatores, non exerceri milites; quibus minor esset futurus labor, si consuetus esset.]

Ergo correcta disciplina et in Armenia et in Arabia et 5
in Aegypto res optime gessit amatusque est ab omnibus
orientalibus et speciatim ab Antiochensibus, qui etiam im- 6
perio eius consenserunt, ut docet Marius Maximus in uita
diui Marci. nam et cum Bucolici milites per Aegyptum gra- 7
uia multa facerent, ab hoc retunsi sunt, ut idem Marius
Maximus refert in eo libro, quem secundum de uita Marci
Antonini edidit.

Hic imperatorem se in oriente appellauit, ut quidam 7
dicunt, Faustina uolente, quae ualitudini Marci iam dif-
fidebat et timebat, ne infantes filios tueri sola non posset,
atque aliquis existeret, qui capta statione regia infantes
de medio tolleret. alii autem dicunt, hanc artem ad- 2
hibuisse militibus et prouincialibus Cassium contra Marci
amorem, ut sibi posset consentiri, quod diceret Marcum
diem suum obisse. nam et diuum eum appellasse dicitur, 3
ut desiderium illius leniret. Imperatorio animo cum pro- 4
cessisset, eum, qui sibi aptauerat ornamenta regia, statim
praefectum praetorii fecit; qui et ipse occisus est Anto-
nino inuito ab exercitu, qui et Maecianum, cui erat com-
missa Alexandria quique consenserat spe participatus
Cassio, inuito atque ignorante Antonino interemit. nec 5
tamen Antoninus grauiter est iratus rebellione cognita
nec in eius liberos aut adfectus saeuit. senatus illum ho- 6
stem appellauit bonaque eius proscripsit. quae Antoninus
in priuatum aerarium congeri noluit, quare senatu prae-
cipiente in aerarium publicum sunt relata. nec Romae 7

8 cum et *BP* 10 marco et antonino *BP* Marci et Antonini *M* 13 ualetudini *P* Marci] mariti *Kellerbauer p. 625* diuidet B^1 difidebad B^2 17 cassia B^1 18 quo *BM* 20 nomine *Erasmus* amictu *Oberdick p. 729 fort.* imperator primo *uel* imperatorio indumento *coll. XX 22,3* 23 metianum *BM* mecianum *P* commisa *B* 24 senserat *BP* 27 senatu P^1

terror defuit, cum quidam Auidium Cassium dicerent
absente Antonino, qui nisi a uoluptariis unice amabatur,
Romam esse uenturum atque urbem tyrannice direptu-
rum, maxime senatorum causa, qui eum hostem iudica-
8 uerant bonis proscriptis. et amor Antonini hoc maxime
enituit, quod consensu omnium praeter Antiochenses
9 Auidius interemptus est; quem quidem occidi non iussit
sed passus est, cum apud cunctos clarum esset, si pote-
8 statis suae fuisset, parsurum illi fuisse. Caput eius ad
Antoninum cum delatum esset, ille non exultauit, non
elatus est, sed etiam doluit ereptam sibi esse occasionem
misericordiae, cum diceret se uiuum illum uoluisse ca-
pere, ut illi exprobraret beneficia sua eumque seruaret.
2 denique cum quidem diceret reprehendendum Antoni-
num, quod tam mitis esset in hostem suum eiusque libe-
ros et adfectus atque omnes, quos conscios tyrannidis
repperisset, addente illo qui reprehendebat 'Quid si ille
uicisset?' dixisse dicitur: 'Non sic deos coluimus nec sic
3 uiuimus, ut ille nos uinceret.' enumerauit deinde om-
nes principes, qui occisi essent, habuisse causas, quibus
mererentur occidi, nec quemquam facile bonum uel uic-
4 tum a tyranno uel occisum, dicens meruisse Neronem,
debuisse Caligulam, Othonem et Vitellium nec imperare
5 uoluisse. etiam de [Pertinace et] Galba paria sentiebat,
cum diceret, in imperatore auaritiam esse acerbissimum
6 malum. denique non Augustum, non Traianum, non
Hadrianum, non patrem suum a rebellibus potuisse su-
perari, cum et multi fuerint et ipsis uel inuitis uel insciis

3 uenturam B^1 tyrannidę *B* tyrannide *PM* 4 qui cum *B* 6 anthiocenses *B* 8 esse si *B* 9 passurum *BP* 10 non elatus est *del. Cornelissen p. 55* 13 exprobaret *B* 14 reprehendum P^1 21 ne *BP* 23 uoluisse — imperare debuisse *Mommsen* imperare meruisse *Oberdick progr. Glatz p. 10* 24 nam *BPM* etiam *Boxhorn* Pertinace et *del. Lips. ep. V 21* pertinacitate Galbae *Gr.* de pertinace Galba *Golisch p. XVII* etiam de pernicie (ac caede?) Galbae *Maduig p. 633* 25 in *om.* BP^1

Digitized by Google

exstincti. ipse autem Antoninus a senatu petit, ne graui- 7
ter in conscios defectionis animaduerteretur, eo ipso tem-
pore, quo rogauit, ne quis senator temporibus suis capi-
tali supplicio adficeretur, quod illi maximum amorem con-
ciliauit. denique paucissimis centurionibus punitis de- 8
portatos reuocari iussit. Antiochensis quoque Auidio Cassio 9
consenserant, sed et his et aliis ciuitatibus, quae illum iu-
uerant, ignouit, cum primo Antiochensibus grauiter iratus
esset hisque spectacula sustulisset et multa alia ciuitatis or-
namenta, quae postea reddidit. filios Auidii Cassii Antoni- 2
nus Marcus parte media paterni patrimonii donauit, ita
ut filias eius auro, argento et gemmis cohonestaret. nam 3
et Alexandriae, filiae Cassii, et genero Drunciano liberam
euagandi, ubi uellent, potestatem dedit. uixeruntque non 4
quasi tyranni pignora sed quasi senatorii ordinis in
summa securitate, cum illis etiam in lite obici fortunam
propriae uetuisset domus, damnatis aliquibus iniuriarum,
qui in eos petulantes fuissent. quos quidem amitae suae
marito commendauit.

||Si quis autem omnem hanc historiam scire desiderat, 5
legat Mari Maximi secundum librum de uita Marci, in
quo ille ea dicit, quae solus Marcus mortuo iam Vero
egit. tunc enim Cassius rebellauit, ut probat epistula 6
missa ad Faustinam, cuius hoc exemplum est: 'Verus 7
mihi de Auidio uerum scripserat, quod cuperet imperare.

6 antiochensis *BP*[1] antiochensibus *P*[2]*M* quoque *Maduig p. 633* qui *BPM* quidem *Rösinger p. 5* 7 sed et his] sedatis *Golisch p. XVII* seditiose *Bährens p. 650* Antiochensis, qui — consenserant, uidere noluit, cum Syriam peteret, sed et his *Kellerbauer p. 625* 8 antiocensibus *P* 11 Marcus] amplius *Kellerbauer p. 625*; *fort.* Antoninus *del.* patromonii *BP*[1] 12 honestaret *M* 13 druetiano *B*[1] druentiano *B*[2]*PM* Drunciano *scripsi* (*Iordan*) 14 euagrandi *B*[1] uellet *BP*[1] 16 illi seuam *BP*[1] illis *P*[2] 18 amice *B* amicae *P* suae] *i. e. Drunciani uxorisque, cf. IIII 26,12* 22 solus *M* solum *BP*

Digitized by Google

audisse enim te arbitror, quod Veri statores de eo nuntia-
8 rent. ueni igitur in Albanum, ut tractemus omnia dis uo-
9 lentibus, nil timens.' Hinc autem apparet Faustinam
ista nescisse, cum dicat Marius infamari eam cupiens,
10 quod ea conscia Cassius imperium sumpsisset. nam et
ipsius epistula extat ad uirum, qua urguet Marcum, ut in
11 eum grauiter uindicet. Exemplum epistulae Faustinae ad
Marcum: 'Ipsa in Albanum cras, ut iubes, mox ueniam:
tamen iam hortor, ut, si amas liberos tuos, istos rebellio-
12 nes acerrime persequaris. male enim adsueuerunt duces
10 et milites, qui nisi opprimuntur, oppriment.' Item alia
epistula eiusdem Faustinae ad Marcum: 'Mater mea
Faustina patrem tuum Pium [eiusdem] in defectione
Celsi cohortata est, ut pietatem primum circa suos ser-
2 uaret, sic circa alienos. non enim pius est imperator,
3 qui non cogitat uxorem et filios. Commodus noster uides
in qua aetate sit, Pompeianus gener et senior est et pere-
4 grinus. uide, quid agas de Auidio Cassio et de eius con-
5 sciis. noli parcere hominibus, qui tibi non pepercerunt
6 et nec mihi nec filiis nostris parcerent, si uicissent. Ipsa
iter tuum mox consequor: quia Fadilla nostra aegrotabat,
7 in Formianum uenire non potui. sed si te Formis inue-
nire non potuero, adsequar Capuam, quae ciuitas et
meam et filiorum nostrorum aegritudinem poterit adiu-
8 uare. Soteridam medicum in Formianum ut dimittas,
rogo. ego autem Pisitheo nihil credo, qui puellae uir-
9 gini curationem nescit adhibere. Signatas mihi litteras

1 herispatores *BPM em. S* (*sunt P. Marcii Veri, Dion. LXXI 23,3*) heri statores *Mommsen* Veri stipatores *Kellerbauer p. 625* 3 timeas *Gr.* hic *BPM em. C* 4 nescisset *BP*[1] 6 uerum *BPM em. C* 8 in Albanum rus *Cornelissen p. 249* 10 et duces mil. *BP* et duces et mil. *M* duces et milites *scripsi* 11 opprimentur *M* opprimunt *P*[2] 13 t^{u}am *B* eiusdem *deleuit C* (*ut ex u. 12 huc inl.*) eiusmodi *Golisch p. XVIII* 14 sic hort. *BPM* secus hort. *Klein p. 145* cohort. *scripsi* 15 sic] secundo *Eyssenh.* plus *B* 21 consequar *Bährens p. 650* 27 curationum *B* signitas *BP*

Digitized by Google

Calpurnius dedit: ad quas rescribam, si tardauero, per
Caecilium senem spadonem, hominem, ut scis, fidelem.
cui uerbo mandabo, quid uxor Auidii Cassii et filii et ge- 10
ner de te iactare dicantur.'

Ex his litteris intellegitur Cassio Faustinam consciam 11
non fuisse, quin etiam supplicium eius grauiter exegisse,
si quidem Antoninum quiescentem et clementiora cogitan-
tem ad uindictae necessitatem impulit. cui Antoninus 2
quid rescripserit, subdita epistula perdocebit: 'Tu qui- 3
dem, mea Faustina, religiose pro marito et pro nostris
liberis agis. nam relegi epistulam tuam in Formiano,
qua me hortaris, ut in Auidii conscios uindicem. ego 4
uero et eius liberis parcam et genero et uxori et ad se-
natum scribam, ne aut proscriptio grauior sit aut poena
crudelior. non enim quicquam est, quod imperatorem 5
Romanum melius commendet gentibus quam clementia.
haec Caesarem deum fecit, haec Augustum consecrauit, 6
haec patrem tuum specialiter Pii nomine ornauit. de- 7
nique si ex mea sententia de bello iudicatum esset, nec
Auidius esset occisus. esto igitur secura: 8

"di me tuentur, dis pietas mea Hor. carm. I 17,3.
— — cordi est."

Pompeianum nostrum in annum sequentem consulem
dixi.' Haec Antoninus ad coniugem.

Ad senatum autem qualem orationem miserit, inter- 12
est scire. ex oratione Marci Antonini: 'Habetis igitur, 2
p. c., pro gratulatione uictoriae generum meum consu-
lem, Pompeianum dico, cuius aetas olim remuneranda
fuerat consulatu, nisi uiri fortes interuenissent, quibus
reddi debuit, quod a re publica debebatur. Nunc quod ad 3
defectionem Cassianam pertinet, uos oro atque obsecro,
p. c., ut censura uestra deposita meam pietatem clemen-

1 si uacauero *Cornelissen p. 249* 2 cecilium *B* caelium *P*[1] 4 dicuntur *B* 8 cū *P t. Iord.* 11 epistule *B* 21 dii *BPM* diis *B*[2] 22 es *B*[1]

Digitized by Google

tiamque seruetis, immo uestram neque quemquam unum
4 senatus occidat. nemo senatorum puniatur, nullius funda-
tur uiri nobilis sanguis, deportati redeant, proscripti bona
5 recipiant. utinam possem multatos etiam ab inferis ex-
citare! non enim umquam placet in imperatore uindicta
6 sui doloris, quae si iustior fuerit, acrior uidetur. quare
filiis Auidii Cassii et genero et uxori ueniam dabitis. et
7 quid dico ueniam? cum illi nihil fecerint. uiuant igitur
securi scientes sub Marco uiuere. uiuant in patrimonio
parentum pro parte donato, auro, argento, uestibus fruan-
tur, sint diuites, sint securi, sint uagi et liberi et per ora
omnium ubique populorum circumferant meae, circum-
8 ferant uestrae pietatis exemplum. nec magna haec est,
p. c., clementia, ueniam proscriptorum liberis et coniu-
9 gibus dari: ego uero a uobis peto, ut conscios senatorii
ordinis et equestris a caede, a proscriptione, a timore, ab
infamia, ab inuidia et postremo ab omni uindicetis iniuria
10 detisque hoc meis temporibus, ut in causa tyrannidis qui
in tumultu cecidit, probetur occisus.'

13 Hanc eius clementiam senatus his adclamationibus
2 prosecutus est: 'Antonine pie, di te seruent. Antonine
clemens, di te seruent. Antonine † clemens, di te seruent.
3 Tu uoluisti quod licebat, nos fecimus quod decebat. Com-
modo imperium iustum rogamus. progeniem tuam ro-
4 bora. fac securi sint liberi nostri. bonum imperium
nulla uis laedit. Commodo Antonino tribuniciam potesta-
5 tem rogamus, praesentiam tuam rogamus. Philosophiae

1 ullum *BPM* unum *scripsi exercit. critic. p. 3 post me Draeger Philol. XX p. 524* 4 multos *BPM em. Obr.* sepultos *Iuretus* tumulatos *Vnger p. 501* 6 quae etsi *M*
11 diues B^1 et auro omnium B^1 14 uenia B^1P^1
15 conscio BP^1 *c.* P^3 18 dicetisque *B* qui cecidit, in tumultu prob. *Reimarus ad Dion. LXIX p. 1193, cf. 2,4*
21 dii *semper scripsit* B^2 22 clemens *genuinum adiectiuum* (patiens *Oberdick p. 739*) *loco mouisse uidetur* Antonine — seruent *del. Mommsen* 24 imp. tutum *Iac. Lectius*
25 liberi tui *M* 26 trubunitiam *P*

Digitized by Google

tuae, patientiae tuae, doctrinae tuae, nobilitati tuae, in-
nocentiae tuae. Vincis inimicos, hostes exsuperas, di te
tuentur.' et reliqua.

Vixerunt igitur posteri Auidii Cassii securi et ad ho- 6
nores admissi sunt. sed eos Commodus Antoninus post 7
excessum diui patris sui omnes uiuos incendi iussit, quasi
in factione deprehensos.‖

‖**Haec** sunt quae de Cassio Auidio conperimus. cuius 8.9
ipsius mores, ut supra diximus, uarii semper fuerunt sed c.3,4
ad censuram crudelitatemque propensiores. qui, si opti- 10
nuisset imperium, fuisset non modo clemens et bonus,
sed utilis et optimus imperator. nam extat epistula eius 14
ad generum suum iam imperatoris huiusmodi: 'Misera 2
res publica, quae istos diuitiarum cupidos et diuites pati-
tur, misera. Marcus homo sane optimus, qui, dum clemen- 3
tem se dici cupit, eos patitur uiuere, quorum ipse non pro-
bat uitam. ubi Lucius Cassius, cuius nos frustra tenet 4
nomen? ubi Marcus ille Cato Censorius? ubi omnis di-
sciplina maiorum? quae olim quidem intercidit, nunc
uero nec quaeritur. Marcus Antoninus philosophatur et 5
quaerit de elementis et de animis et de honesto et iusto
nec sentit pro re publica. uides multis opus esse gladiis, 6
multis elogiis, ut in antiquum statum publica forma red-
datur. ego uero istis praesidibus prouinciarum — an ego 7
proconsules, an ego praesides putem, qui ob hoc sibi a
senatu et ab Antonino prouincias datas credunt, ut luxu-
rientur, ut diuites fiant? audisti praefectum praetorii 8
nostri philosophi ante triduum quam fieret mendicum et
pauperem, sed subito diuitem factum. unde, quaeso, nisi

2 exuperas *P* 11 modo *del. Vielhaber p. 628* sed bonus *BPM em. Boxhorn* 14 paritur B^1 partitur P^1 15 homo *in B sup. lin.* clementes BP^1 clementiis P^2 claementis *M* clemens *S* clementem se *Petschenig p. 43* 22 gladiis] syngraphis *Vnger p. 501* gladiis, nullis dialogis, *uel* Cassiis, multis Censoriis *Kellerbauer p. 625 sq.* 23 multis loricis *Cornelissen p. 249*

Digitized by Google

de uisceribus rei p. prouincialiumque fortunis? sint sane diuites, sint locupletes: aerarium publicum refercient. tantum di faueant bonis partibus: reddent Cassiani rei p. principatum.' Haec epistula eius indicat, quam seuerus et quam tristis futurus fuerit imperator. ||

2 referient *B P* 3 patribus *B P* reddant *B P M em. C* *in fin. uit.* auidius cassius uulcacii gallicani $\overline{\text{uc}}$ expt. *B P* [*seq. uit. Seueri in B P*]

Digitized by Google

COMMODVS ANTONINVS

AELI LAMPRIDI

De Commodi Antonini parentibus in uita Marci Anto- 1
nini satis est disputatum. ipse autem natus est apud La- 2
nuuium cum fratre Antonino gemino pridie kal. Sept.
patre patruoque consulibus, ubi et auus maternus dicitur a. 914/161
natus. Faustina cum esset Commodo cum fratre prae- 3
gnans, uisa est in somnis serpentes parere, sed ex his
unum ferociorem. cum autem peperisset Commodum 4
atque Antoninum, Antoninus quadrimus elatus est, quem
parem astrorum cursu Commodo mathematici promitte-
bant. mortuo igitur fratre Commodum Marcus et suis 5
praeceptis et magnorum atque optimorum uirorum eru-
dire conatus est. habuit litteratorem Graecum Onesicra- 6
tem, Latinum Capellam Antistium; orator ei Ateius Sanc-
tus fuit. sed tot disciplinarum magistri nihil ei profu- 7
erunt. tantum ualet aut ingenii uis aut eorum, qui in
aula institutores habentur. nam a prima statim pueritia
turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoque pollutus
et constupratus fuit. iam in his artifex, quae stationis 8
imperatoriae non erant, ut calices fingeret, saltaret, canta-

1 incipit antoninus aeli lampridi *BP* ad diocletianum aug. *add.* P^3 Commodus Antoninus Aelii Lampridii ad Dioclitianum Augustum *M* 4 lanubium *BPM* 6 anus *B* 7 commodum BP^1 *exc.* 13 et et BP^1 et etiam P^2M et *scripsi* 15 attius P^1 *t. Iord.* 16 fuit *om.* *B* 20 constuppatus *BP* *exc.*[1] conspurcatus *Cornelissen p. 249* iam] tam *S* 21 frangeret *C*

ret, sibilaret, scurram denique et gladiatorem perfectum
9 ostenderet. auspicium crudelitatis apud Centumcellas de-
dit anno aetatis duodecimo. nam cum tepidius forte lotus
esset, balneatorem in fornacem conici iussit. quando a
paedagogo, cui hoc iussum fuerat, ueruecina pellis in
fornace consumpta est, ut fidem poenae de foetore nido-
ris impleret.
10 Appellatus est autem Caesar puer cum fratre suo
Vero. quarto decimo aetatis anno in collegium sacerdo-
2 tum adscitus est. cooptatus est inter trossulos principes
iuuentutis, cum togam sumpsit. adhuc in praetexta pue-
rili congiarium dedit atque ipse in basilica Traiani prae-
2 sedit. indutus autem toga est nonarum Iuliarum die,
quo in terris Romulus non apparuit, et eo tempore quo
3 Cassius a Marco desciuit. profectus est commendatus mi-
litibus cum patre in Syriam et Aegypt*um et c*um eo Ro-
4 mam redit. post haec uenia legis annariae impetrata con-
sul est factus et cum patre imperator est appellatus V
929 a. 176 kal. Dec. die Pollione et Apro consulibus et triumphauit
5 cum patre. nam et hoc patres decreuerant. profectus est
cum patre et ad Germanicum bellum.
6 Adhibitos custodes uitae suae honestiores ferre non
potuit, pessimos quosque detinuit et summotos usque ad
7 aegritudinem desiderauit. quibus per patris mollitiem
restitutis popinas et ganeas in Palatinis semper aedibus
8 fecit neque umquam pepercit uel pudori uel sumptui. in
domo aleam exercuit. mulierculas formae scitioris ut
prostibula mancipia per speciem lupanarium et ludi-

1 se perfectum P^3M 3 tepidus *BP exc. M* 5 uerbecina *BP* 8 Seuero *BPM* Sex. Vero *C* suo Vero *Vrsin.* 9 sacerdotis *BP* 10 coaptatus *B* cooptatus est *uncis includit Paucker p. 51** tres solos *BPM em. Lipsius el. II 1* princeps *BP* (eps *in ras.*) 11 toga *BP* puerilli *B* 14 quod BP^1 16 et cum *om.* BP^1 *add.* P^3M 23 pessimus BP^1 quoque BP^1 summotus BP^1 25 popnas *B* 27 mulierculos *B* 28 prostipulam *B* prostabula P^3 perficium BP^1 perficiens P^3 perficiem *M em. Turnebus* perspiciens lup. ad ludibrium *Oberdick p. 739.* per fictum lu-

Digitized by Google

brium pudicitiae contraxit. imitatus est propolas circum-
foranos. equos currules sibi conparauit. aurigae habitu 9
currus rexit, gladiatoribus conuixit, aquam gessit, ut le-
nonum minister, ut probris natum magis quam ei loco
eum crederes, ad quem fortuna prouexit.

Patris ministeria seniora summouit, amicos senes ab- 3
iecit. filium Salui Iuliani, qui exercitibus praeerat, ad 2
inpudicitiam frustra temptauit atque exinde Iuliano te-
tendit insidias. honestissimos quosque aut per contume- 3
liam aut per honorem indignissimum abiecit. appellatus 4
est a mimis quasi obstupratus eosdemque ita, ut non ap-
parerent, subito deportauit. Bellum etiam, quod pater 5
paene confecerat, legibus hostium addictus remisit ac
Romam reuersus est. Romam ut redit, subactore suo 6
Saotero post se in curro locato ita triumphauit, ut eum
saepius ceruice reflexa publice oscularetur. etiam in or-
chestra hoc idem fecit. et cum potaret in lucem hellua- 7
returque uiribus Romani imperii, uespera etiam per ta-
bernas ac lupanaria uolitauit. misit homines ad prouin- 8
cias regendas uel criminum socios uel a criminosis com-
mendatos. in senatus odium ita uenit, ut et ipse crude- 9
liter in tanti ordinis perniciem saeuiret fieretque *e* con-
tempto crudelis.

Vita Commodi Quadratum et Lucillam compulit ad 4
eius interfectionem consilia inire, non sine praefecti

panarium in lud. p. c., imitatus et pr. *Bährens p. 650* et dibrium BP^1 (*corr.* P^3) 1 *fort.* contraxit imitatus [est] propolas circumforaneos *M* 3 coniusit BP^1 (*corr.* P^3) conlusit *Petschenig p. 23* aeque se gessit *Cornelissen p. 56* lelomihi *B* lelomım P^1 lenonum P^2 lebronum *M* 4 probos *B* 5 crederet *BPM* 6 ministeriora *B* 7 iuliã *B* ob inpud. *BP* 11 est animis *B* obstrupatus *B* 12 deportabit *BP* 15 soatero *BP* Autero *M* (*sic semper*) se ti c. *B* curru *M* 16 serius *BPM* ocnestra B^1 orcuestra *P* 17 portaret *B* 21 senatos *B* ita] tot *B* uehit BP^1 22 contento *M* contemptui *uolg.* e cont. crudelis *Paucker p. 51**, *antea post* contemptui *interpungebatur* 24 lutillum *B*

2 praetorio Tarruteni Paterni consilio. datum autem est
negotium peragendae necis Claudio Pompeiano propin-
3 quo. qui ingressus ad Commodum destricto gladio,
cum faciendi potestatem habuisset, in haec uerba pro-
rumpens 'Hunc tibi pugionem senatus mittit' detexit fa-
cinus fatuus nec impleuit multis cum eo participantibus
4 causam. post haec interfecti sunt Pompeianus primo et
Quadratus, dein Norbana atque Norbanus et Paralius; et
5 mater eius et Lucilla in exilium exacta. tum praefecti
praetorio cum uidissent Commodum in tantum odium in-
cidisse obtentu Saoteri, cuius potentiam populus Roma-
nus ferre non poterat, urbane Saoterum eductum a pa-
latio sacrorum causa et redeuntem in hortos suos per
6 frumentarios occiderunt. id uero grauius quam de se
7 ipso Commodo fuit. Paternum autem et huius caedis auc-
torem et, quantum uidebatur, paratae necis Commodi
conscium et interuentorem, ne coniuratio latius punire-
tur, instigante Tigidio per lati claui honorem a praefectu-
8 rae administratione summouit. post paucos dies insimu-
lauit eum coniurationis, cum diceret ob hoc promissam
Iuliani filio filiam Paterni, ut in Iulianum transferretur
imperium. quare et Paternum et Iulianum et Vitruuium
Secundum, Paterni familiarissimum, qui epistulas impe-
9 ratorias curarat, interfecit. domus praeterea Quintiliorum
omnis exstincta, quod Sextus Condiani filius specie mor-
10 tis ad defectionem diceretur euasisse. interfecta et Vi-
trasia Faustina et Velius Rufus et Egnatius Capito con-

1 torruteni *B* tarrutini *cod. Murbac.* Tarruntem *M* nautem *P* nautum *B* 3 destricti *BP* 4 feriendi *Bährens p. 650* 5 deteicit *B* 7 pompeianos *B* 8 nabarna *B* narbana *PM em. C* 9 et *ante* Luc. *om. B* cum praefecti pr. uidisset *M* 11 obtentu *uix sanum* sauteri *BP* p̃ r̃ *BP* praefecti *M* 12 soaterum *BP* 18 digidio *B* 20 promisam iuliain *B* 22 uitriuium *B* 23 secundo *BPM* 25 condiciani *BPM* Condiani *C* Condianus Maximi filius *Kellerbauer p. 626 coll. Dione LXXII 6,1* 26 eualuisse *Vnger p. 219* 27 uelius et rufus *B* eonatius *B* ecnatius *P* cenatius *M*

sularis. in exilium autem acti sunt Aemilius Iuncus 11
et Atilius Seuerus consules. et in multos alios uarie sae-
uitum est.

Post haec Commodus numquam facile in publicum 5
processit neque quicquam sibi nuntiari passus est nisi
quod Perennis ante tractasset. Perennis autem Commodi 2
persciens inuenit, quemadmodum ipse potens esset. nam 3
persuasit Commodo, ut ipse deliciis uacaret, idem uero
Perennis curis incumberet. quod Commodus laetanter
accepit. hac igitur lege uiuens ipse cum trecentis con- 4
cubinis, quas ex matronarum meretricumque dilectu ad
formae speciem conciuit, trecentisque aliis puberibus
exoletis, quos aeque ex plebe ac nobilitate ui pretiisque
forma disceptatrice collegerat, in palatio per conuiuia et
balneas bacchabatur. inter haec habitu uictimarii uicti- 5
mas immolauit. in harena rudibus, inter cubicularios
gladiatores pugnauit lucentibus aliquando mucronibus.
tunc tamen Perennis cuncta sibimet uindicauit. quos 6
uoluit, interemit, spoliauit plurimos, omnia iura subuertit,
praedam omnem in sinum contulit. ipse autem Commo- 7
dus Lucillam sororem, cum Capreas misisset, occidit.
sororibus dein suis ceteris, ut dicitur, constupratis, con- 8
sobrina patris complexibus suis iniuncta uni etiam ex
concubinis patris nomen inposuit uxoris. quam depre- 9
hensam in adulterio exegit, exactam relegauit et postea

1 unctus *B*^{1} iunctus *B*^{2}*PM* Iuncus *scripsi* (*sic etiam Borghesi oeuvr. V p. 64 sq.*) 2 est At. *BPM* Acilius *Marini Arv. p. 391* (*Klein fast. cons. ad a. 182*) et cons. *M* 3 est *om. M* 5 promisit *B* est *om. M* 6 Commodi animum *P*^{3}*M* 8 diliciis *BP*^{1} 12 concilii *BPM em. Egn.* 13 nieptusque *B* nuptiisque *P* nuptus *M* uultusque *Turnebus* ui pretiisque *Maduig p. 633* ipsisque *Oberdick p. 744* nuptis innuptisque *Hertz p. 260* seruisque *Kellerbauer p. 626* mancipiis *Vnger p. 501* corporisque forma *Cornelissen p. 249* 15 bachabatur *P* 17 gladiator *S* 21 cum ea praemisisset *BP* (prom. *M*) *em. Reimarus* (*ad Dion. VI p. 727 Sturz.*) 22 construpatis *B* consubrupina *B* 23 iuri *BM* et conc. *BPM* 24 matris *BPM em. S* et ux. *P*^{2}*M* 25 exigit *B*

10 occidit. ipsas concubinas suas sub oculis suis stuprari
11 iubebat. nec inruentium in se iuuenum carebat infamia,
omni parte corporis atque ore in sexum utrumque pollu-
12 tus. Occisus est eo tempore etiam Claudius quasi a la-
tronibus, cuius filius cum pugione quondam ad Commo-
dum ingressus est, multique alii senatores sine iudicio
13 interempti, feminae quoque diuites. et nonnulli per pro-
uincias a Perenni ob diuitias insimulati spoliati sunt uel
14 etiam interempti. is autem, quibus deerat ficti criminis
adpositio, obiciebatur, quod scribere uoluissent Commo-
dum heredem.

6 Eo tempore in Sarmatia res bene gestas per alios du-
2 ces in filium suum Perennis referebat. hic tamen Peren-
nis, qui tantum potuit, subito, quod bello Brittanico mi-
litibus equestris loci uiros praefecerat amotis senatori-
bus, prodita re per legatos exercitus hostis appellatus
3 lacerandusque militibus est deditus. in cuius potentiae
4 locum Cleandrum ex cubiculariis subrogauit. Multa sane
post interfectum Perennem eiusque filium quasi a se non
5 gesta rescidit, uelut in integrum restituens. et hanc qui-
dem paenitentiam scelerum ultra XXX dies tenere non
potuit, grauiora per Cleandrum faciens quam fecerat per
6 supra dictum Perennem. et in potentia quidem Cleander
Perenni successerat, in praefectura uero Niger, qui sex
7 tantum horis praef. praet. fuisse perhibetur. mutabantur
enim praef. praet. per horas ac dies, Commodo peiora
8 omnia, quam fecerat ante, faciente. fuit Marcius Quartus
praefectus praetorio diebus quinque. horum successores
9 ad arbitrium Cleandri aut retenti sunt aut occisi. ad cu-
ius nutum etiam libertini in senatum atque in patricios
lecti sunt, tuncque primum uiginti quinque consules in

1 stuppari iubeat *B* 2 uiuendum *B* 8 perennio *BP* insimulate *BPM* 9 his *BPM* 10 obicebatur *BP* noluissent *C* (*Bährens p. 650*) 14 brittannico *P* 16 prodito *B* 18 deandrum *B* (*in hoc nom.* d *pro* cl *fere semper*) 20 rescedit *B*P^1 (*ut uid.*) 27 fuit autem P^3*M* 30 senatu *BP*

Digitized by Google

unum annum, uenditaeque omnes prouinciae. omnia 10
Cleander pecunia uenditabat: reuocatos de exilio dignita-
tibus ornabat, res iudicatas rescindebat. qui tantum per 11
stultitiam Commodi potuit, ut Byrrum, sororis Commodi
uirum, reprehendentem nuntiantemque Commodo, quae
fiebant, in suspicionem regni adfectati traheret et occide-
ret multis aliis, qui Byrrum defendebant, pariter inter-
emptis. praefectus etiam Aebutianus inter hos est inter- 12
emptus; in cuius locum ipse Cleander cum aliis duobus,
quos ipse delegerat, praefectus est factus. tuncque pri- 13
mum tres praefecti praetorio fuere, inter quos libertinus,
qui a pugione appellatus est.

Sed et Cleandro dignus tandem uitae finis inpositus. 7
nam cum insidiis illius Arrius Antoninus fictis criminibus
in Attali gratiam, quem in proconsulatu Asiae damna-
uerat, esset occisus, nec eam tum inuidiam populo sae-
uiente Commodus ferre potuisset, plebi ad poenam dona-
tus est, cum etiam Apolaustus aliique liberti aulici pari- 2
ter interempti sunt. ⟨Cleander inter cetera etiam concu- 3
binas eius constuprauit, de quibus filios suscepit, qui
post eius interitum cum matribus interempti sunt.⟩ In 4
cuius locum Iulianus et Regillus subrogati sunt, quos et
ipsos postea poenis adfecit. his occisis interemit Serui- 5
lium et Dulium Silanos cum suis, mox Antium Lupum et
Petronios Mamertinum et Suram filiumque. Mamertini
Antoninum ex sorore sua genitum. et post eos sex simul 6
ex consulibus Allium Fuscum, Caelium Felicem, Lucce-
ium Torquatum, Larcium Eurupianum, Valerium Bassia-
num, Pactumeium Magnum cum suis atque in Asia Sulpi- 7
cium Crassum pro consule et Iulium Proculum cum suis

1 omnia Cleander] deandreae *B* 4 Burrum *VIII 3,7* 5 nuntiatemque *P*[1] *c. P*[3] 6 fiebat *BP*[1] 8 ebuntianus *BPM em. S* 11 libertinos *BP t. Iord.* 14 factis *BP* 17 plebi poenam adonatus *B* 18 aiolaustus *BPM* 23 penis *BP*[1] 24 Duilium *C* 25 syriam *B* syram *PM* 27 celium *B* 28 erupianum *BP* 29 Pactuleium *BPM em. C*

Claudiumque Lucanum consularem et consobrinam pa-
tris sui Faustinam Anniam in Achaia et alios infinitos.
8 destinauerat et alios quattuor decem occidere, cum sum-
ptus eius uires Romani imperii sustinere non possent.

8 Inter haec Commodus senatu semet inridente, cum
adulterum matris consulem designasset, appellatus est Pius;
cum occidisset Perennem, appellatus est Felix, inter plu-
rimas caedes multorum ciuium quasi quidam nouus Sylla.
2 idem Commodus, ille Pius, ille Felix, finxisse etiam quandam
3 contra se coniurationem dicitur, ut multos occideret. nec
alia ulla fuit defectio praeter Alexandri, qui postea se et
4 suos interemit, *et* sororis Lucillae. appellatus est Com-
modus etiam Brittanicus ab adulatoribus, cum Brittani
5 etiam imperatorem contra eum diligere uoluerint. ap-
pellatus est etiam Romanus Hercules, quod feras Lanuuii
in amphitheatro occidisset. erat enim haec illi consue-
6 tudo, ut domi bestias interficeret. fuit praeterea ea de-
mentia, ut urbem Romanam coloniam Commodianam uo-
cari uoluerit. qui furor dicitur ei inter delenimenta Mar-
7 ciae iniectus. uoluit etiam in circo quadrigas agitare.
8 dalmaticatus in publico processit atque ita signum qua-
9 drigis emittendis dedit. et eo quidem tempore, quo ad
senatum rettulit de Commodiana facienda Roma, non so-
lum senatus hoc libenter accepit per inrisionem, quantum
intellegitur, sed etiam se ipsum Commodianum uocauit,
Commodum Herculem et deum appellans.

9 Simulauit se et in Africam iturum, ut sumptum iti-
nerarium exigeret, et exegit eumque in conuiuia et aleam
2 conuertit. Motilenum, praef. praetorii, per ficus ueneno

4 uiriis BP^1 iuıriis P^2 iniuriis *M em. Vrs.* 5 semet-tridente BP^1 semet tradente P^2M s. ridente *uolg.* semet inridente *scripsi. an* semet *delendum? cf. § 9* 12 et *om. BP* 13 brittannicus *P* brittanni *P* 14 Pertinacem *post* imperatorem *inserit Kellerbauer p. 626* deligere *M* 15 lanuuium *BPM* 17 clementia *B* 18 Romam *M* commodiananam P^1 19 cui *BP* 21 dalmaticettus B^1 22 quoa s. *BP* 28 et balnea *Cornelissen p. 56* 29 per acus ueneno *Kellerbauer p. 626*

Digitized by Google

interemit. ⟨accepit statuas in Herculis habitu, eique im-
molatum est ut deo.⟩ multos praeterea parauerat interi- 3
mere. quod per paruolum quendam proditum est, qui
tabulam e cubiculo eiecit, in qua occidendorum erant no-
mina scripta. Sacra Isidis coluit, ut et caput raderet et 4
Anubin portaret. Bellonae seruientes uere exsecare bra- 5
chium praecepit studio crudelitatis. Isiacos uero pineis 6
usque ad perniciem pectus tundere cogebat. cum Anu-
bin portaret, capita Isiacorum grauiter obtundebat ore
simulacri. claua non solum leones in ueste muliebri et
pelle leonina sed etiam homines multos adflixit. debiles
pedibus et eos, qui ambulare non possent, in gigantum
modum formauit, ita ut a genibus de pannis et linteis
quasi dracones tegerentur, eosdemque sagittis confecit.
sacra Mithriaca homicidio uero polluit, cum illic aliquid
ad speciem timoris uel dici uel fingi soleat.

Etiam puer et gulosus et inpudicus fuit. adulescens 10
omne genus hominum infamauit, quod erat secum, et ab
omnibus est infamatus. inridentes se feris obiciebat. cum 2
etiam, qui Tranquilli librum uitam Caligulae continentem
legerat, feris obici iussit, quia eundem diem natalis habu-
erat, quem et Caligula. si quis sane se mori uelle prae- 3
dixisset, hunc inuitum praecipitari iubebat. in iocis 4
quoque perniciosus. nam eum, quem uidisset albescentes
inter nigros capillos quasi uermiculos habere, sturno ad-
posito, qui se uermes sectari crederet, capite suppuratum
reddebat obtunsione oris. pinguem hominem medio uentre 5

3 paruulum *B* seruolum *Cornelissen p. 56* puerulum *Gemoll p. 13* 6 anubim *P* portaret] et (omnes?) pausas expleret *inserit Kellerbauer p. 629 conl. XI 6,9* uellonae *BP*^{1} bracium *P*^{1} 9 isiriacorum *B* 11 multos homines *M*
13 a gentibus *BP* ab gentibus *M* 14 degererentur *BP* tegerentur *Petschenig p. 43* detegerentur *M* quasi in dracones redigerentur *Mommsen* 15 illihic *BP* aliquid] tale quid *Golisch p. XVIII* 17 golosus *BP* gylosus *B*^{2} 18 infamauit hominum *M* 19 cum etiam *B* 20 calligulae *B*^{1}
24 eam *P t. Iord.* 25 capillis *B* 26 credere *BP*^{1}
27 obtunsioneris *BP(M) em. Petschenig p. 43*

Digitized by Google

6 dissicuit, ut eius intestina subito funderentur. monopo-
dios et luscinios eos, quibus aut singulos tulisset *oculos*
7 aut singulos pedes fregisset, appellabat. multos praeterea
passim exstinxit alios, quia barbarico habitu occurrerant,
8 alios, quia nobiles et speciosi erant. habuit iu deliciis
homines appellatos nominibus uerendorum utriusque
9 sexus, quos libentius suis osculis applicabat. habuit et
hominem pene prominente ultra modum animalium, quem
onon appellabat, sibi carissimum. quem et ditauit et sa-
11 cerdotio Herculis rustici praeposuit. dicitur saepe pre-
tiosissimis cibis humana stercora miscuisse nec absti-
2 nuisse gustum aliis, ut putabat, inrisis. duos gibbos re-
tortos in lance argentea sibi sinapi perfusos exhibuit
3 eosdemque statim promouit ac ditauit. praef. praet.
suum Iulianum togatum praesente officio suo in piscinam
detrusit. quem saltare etiam nudum ante concubinas
4 suas iussit quatientem cymbala deformato uultu. † genera
leguminum coctorum ad conuiuium propter luxuriae con-
5 tinuationem raro uocauit. lauabat per diem septies
6 atque octies et in ipsis balneis edebat. deorum templa
7 polluit stupris et humano sanguine. imitatus est et
medicum, ut sanguinem hominibus emitteret scalpris fera-
8 libus. Menses quoque in honorem eius pro Augusto Com-
modum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Inuictum,
pro Nouembri Exsuperatorium, pro Decembri Amazonium

2 oculos *om.* *B*P^1 *add.* P^3*M*; *fort. tamen ante* tulisset *interponendum* 4 extincxit *B* 7 oculis *BPM em. Vrsinus* aplicabat *P* 8 prominentem *B* 9 onon] non *B* 10 praetiosissimus *B*P^1 11 ciuis *B*P^1 12 gustu *M* 17 genere — uacauit *S* iussit — deformato uultu genere leg. coct. Ad conu. *Maduig p. 633* uultu unguine leg. *Hertz p. 260* 18 cunctorum *S* 21 pollutus *BPM* polluit *uolg.* adibat pollutus *Klein p. 145* 22 hominis mitteret P^1 semitteret B^1 24 *confusa esse haec nomina et ex Dione* (*LXXII 15,3*) *et ex § 13 adparet. C ita scripsit*: pro Augusto Commodum, Augustum pro Septembri, Herculeum pro Octobri, Inuictum pro Nouembri, Exuperatorium pro Decembri, Amazonium pro Ianuario. *forsitan tamen error Lampridi subsit* (*cf. Eutr. VIII 15. Aur. Vict. Caes. 17,2*).

Digitized by Google

ex signo ipsius adulatores uocabant. Amazonius autem 9
uocatus est ex amore concubinae suae Marciae, quam
pictam in Amazone diligebat, propter quam et ipse Ama-
zonico habitu in harenam Romanam procedere uoluit.
gladiatorium etiam certamen subiit et nomina gladiato- 10
rum recepit eo gaudio, quasi acciperet triumphalia. lu- 11
dum saepe ingressus est et, quotiens ingrederetur, publi-
cis monumentis indi iussit. pugnasse autem dicitur sep- 12
tingenties tricies quinquies.
‖ Nominatus inter Caesares quartum iduum Octobrium, 13
quas Herculeas postea nominauit, Pudente et Pollione a. 919/166
conss. appellatus Germanicus idibus Herculeis Maximo 14 a. 925/172
et Orfito consulibus. adsumptus est in omnia collegia 12
sacerdotalia sacerdos XIII kl. Inuictas Pisone Iuliano a. 928/175
consulibus. profectus in Germaniam XIIII kl. Aelias, ut 2
postea nominauit. isdem consulibus togam uirilem acce- 3
pit. cum patre appellatus imperator V kl. Exsuperatorias 4
Pollione et Apro iterum conss. triumphauit X kl. Ian. 5 a. 929/176
isdem consulibus. iterum profectus III nonas Commo- 6
dias Orfito et Rufo consulibus. datus in perpetuum ab 7 a. 931/178
exercitu et senatu in domo Palatina Commodiana conser-
uandus XI kl. Romanas Praesente iterum consule. tertio 8 a. 933/180
meditans de profectione a senatu et populo suo retentus
est. uota pro eo facta sunt nonis Piis Fusciano iterum 9 a. 941/188
consule. Inter haec refertur in litteras, pugnasse illum 10
sub patre trecenties sexagies quinquies. item postea tan- 11
tum palmarum gladiatoriarum confecisse uel uictis reti-
ariis uel occisis, ut mille contingeret. ferarum autem 12
diuersarum manu sua occidit, ita ut elephantos occide-

3 amasone *B* amas//one *P* 4 producere *B* 5 gladiatorum *P* sertamen *B* 6 ase *B* quase *P* 7 saepe *BPM em. C* publius *B* 8 monumentrandi ius. *B* 10 idum *BP* octobrum *B* 14 XIII// kl. *P* et iul. *P²M* 15 *interpunctio est Doduelli praell. p. 255* 18 iterum et Apro *BPM* et Apro iterum *scripsi* (*cf. Klein fast. cons. p. 80*) 21 conseruandas *B* 22 presente *B* 24 fuscianis *B* 26 quinties *BP* 27 gladiatorarum *BPM*

Digitized by Google

ret, multa milia. et haec fecit spectante saepe populo
Romano. ||
13 Fuit autem ualidus ad haec, alias debilis et infirmus,
uitio etiam inter inguina prominenti, ita ut eius tumorem
2 per sericas uestes populus Romanus agnosceret. uersus
in eo multi scripti sunt, de quibus etiam in opere suo
3 Marius Maximus gloriatur. Virium ad conficiendas feras
tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret et orygis
cornu basto transmiserit et singulis ictibus multa milia
4 ferarum ingentium conficeret. Inpudentiae tantae fuit, ut
cum muliebri ueste in amphitheatro uel theatro sedens
publice saepissime biberit.
5 Victi sunt sub eo tamen, cum ille sic uiueret, per le-
gatos Mauri, uicti Daci, Pannoniae quoque conpositae,
in Brittania, in Germania et in Dacia imperium eius re-
6 cusantibus prouincialibus. quae omnia ista per duces se-
7 data sunt. ipse Commodus in subscribendo tardus et
neglegens, ita ut libellis una forma multis subscriberet,
8 in epistulis autem plurimis 'Vale' tantum scriberet. age-
banturque omnia per alios, qui etiam condemnationes in
14 sinum uertisse dicuntur. Per hanc autem neglegentiam, cum
et annonam uastarent ii, qui tunc rem publicam gerebant,
etiam inopia ingens Romae exorta est, cum fruges non dees-
2 sent. et eos quidem, qui omnia uastabant, postea Com-
3 modus occidit atque proscripsit. ipse uero saeculum au-
reum Commodianum nomine adsimulans uilitatem propo-
suit, ex qua maiorem penuriam fecit.
4 || Multi sub eo et alienam poenam et suam salu-
5 tem pecunia redemerunt. uendidit etiam suppliciorum
diuersitates et sepulturas et inminutiones malorum et

1 multa milia *ante* ita ut *M* saepe spectante *M* 6 in eum *M* 8 transigeret *BP* tranfieret *exc.*[1] origis *BPM* 9 hasta *M* basto basto *P*[1] 15 in *ante* Br. *om. BP* brittanię *B* brittannia *P* 16 ista] statim *C* 20 quin *P* 22 hii *BP* 23 et non *BP* *fort.* tum non; etiam *Bährens p. 650* emendae essent *Petschenig p. 43* 28 salutem suam *P* 29 redimerunt *BP*

Digitized by Google

alios pro aliis occidit. uendidit etiam prouincias et 6
administrationes, cum ii, per quos uenderet, partem
acciperent, partem uero Commodus. uendidit nonnullis 7
et inimicorum suorum caedes. uendiderunt sub eo
etiam euentus litium liberti. Praefectos Paternum et 8
Perennem non diu tulit, ita tamen ut etiam de is prae-
fectis, quos ipse fecerat, triennium nullus impleret, quo-
rum plurimos interfecit uel ueneno uel gladio. et prae-
fectos urbi eadem facilitate mutauit. cubicularios suos 15
libenter occidit, cum omnia ex nutu eorum semper fe-
cisset. Eclectus cubicularius cum uideret eum tam facile 2
cubicularios occidere, praeuenit eum et factioni mortis
eius interfuit. Spectator gladiatoria sumpsit arma, panno 3
purpureo nudos humeros aduelans. habuit praeterea mo- 4
rem, ut omnia quae turpiter, quae inpure, quae crudeli-
ter, quae gladiatorie, quae lenonie faceret, actis urbis
indi iuberet, ut Marii Maximi scripta testantur. Commo- 5
dianum etiam p. R. dixit, quo saepissime praesente gla-
diator pugnauit. ⟨sane cum illi saepe pugnanti ut deo po- 6
pulus fauisset, inrisum se credens populum Romanum
a militibus classiariis, qui uela ducebant, in amphitheatro
interimi praeceperat. urbem incendi iusserat, utpote 7
coloniam suam. quod factum esset, nisi Laetus praef.
praet. Commodum deterruisset.⟩ appellatus est sane inter 8
cetera triumphalia nomina etiam sescenties uicies Palus
primus secutorum. ‖

Prodigia eius imperio et publice et priuatim haec 16
facta sunt: crinita stella apparuit. uestigia deorum in 2
foro uisa sunt exeuntia. et ante bellum desertorum cae-
lum arsit. et repentina caligo ac tenebra in circo kalen-
dis Ianuariis oborta. et ante lucem fuerant etiam incen-

2 hii *BP* 6 his *BP* 8 interfecit uel ueneno *om. B* 11 electus *BPM* Eclectus *scripsi* (*Mommsen*) cum cubiculariis cum *B* 15 incrudeliter *B* 16 lenonice *M* 17 scriptestatim *B* 21 classariis *BPM* 23 letus *B* 25 Paulus *M* Πρωτόπαλος σεκουτώρων *Dion. LXXII 22,3* 27 imperium *B* 30 calendis *BP*

Digitized by Google

3 diariae aues ac dirae. de Palatio ipse ad Caelium mon-
tem in Vectilianas aedes migrauit, negans se in Palatio
4 posse dormire. Ianus geminus sua sponte apertus est, et
5 Anubis simulacrum marmoreum moueri uisum est. Her-
culis signum aeneum sudauit in Minucia per plures dies.
bubo etiam supra cubiculum eius deprehensa est tam
6 Romae quam Lanuuii. ipse autem prodigium non leue
sibi fecit: nam cum in gladiatoris occisi uulnus manum
misisset, ad caput sibi detersit et contra consuetudinem
paenulatos iussit spectatores non togatos ad munus con-
uenire, quod funebribus solebat, ipse in pullis uestimen-
7 tis praesidens. galea eius bis per portam Libitinensem
8 elata est. ⟨Congiarium dedit populo singulis denarios sep-
tingenos uicenos quinos. circa alios omnes parcissimus
9 fuit, quod luxuriae sumptibus aerarium minuerat. cir-
censes multos addidit ex libidine potius quam religione
et ut dominos factionum ditaret.⟩

17 Hic incitati, licet nimis sero, Quintus Aemilius Laetus
praef. et Marcia concubina eius inierunt coniurationem
2 ad occidendum eum. primumque ei uenenum dederunt;
quod cum minus operaretur, per athletam, cum quo
exerceri solebat, eum strangularunt.

3 Fuit forma quidem corporis iusta, uultu insubido, ut
ebriosi solent, et sermone incondito, capillo semper fu-
cato et auri ramentis inluminato, adurens comam et bar-
bam timore tonsoris.

4 Corpus eius ut unco traheretur atque in Tiberim mit-
teretur, senatus et populus postulauit, sed postea iussu
Pertinacis in monumentum Hadriani translatum est.

5 Opera eius praeter lauacrum, quod Cleander nomine
6 ipsius fecerat, nulla extant. sed nomen eius alienis ope-

1 celium *B* caelum P^1 6 deprehensus *M* 12 libiti-
nemsem *B* 15 luxoriae *B* minueret *BPM* 16 rele-
gione *B* 18 quintius *BP* emilius letus *B* Aelius *M*
19 *post* praef. *Kellerbauer p. 626 inserit* Eclectus cubicularius,
at cf. VIII 5,2 conubia *B* 23 iuxta *BP* 25 aurii *P*
radimentis P^3 28 postolauit *P t. Iord.* iussit *B*

Digitized by Google

ribus incisum senatus erasit. nec patris autem sui opera 7
perfecit. classem Africanam instituit, quae subsidio es-
set, si forte Alexandrina frumenta cessassent. ridicule 8
etiam Carthaginem Alexandriam Commodianam togatam
appellauit, cum classem quoque Africanam Commodianam
Herculeam appellasset. ornamenta sane quaedam colosso 9
addidit, quae postea cuncta sublata sunt. colossi autem 10
caput dempsit, quod Neronis esset, ac suum inposuit et
titulum more solito subscripsit, ita ut illum gladiatorium
et effeminatum non praetermitteret. Hunc tamen Seuerus, 11
imperator grauis et uir nominis sui, odio, quantum uide-
tur, senatus inter deos rettulit, flamine addito, quem ipse
uiuus sibi parauerat, Herculaneo Commodiano.

Sorores tres superstites reliquit. Vt natalis eius ce- 12
lebraretur, Seuerus instituit.

Adclamationes senatus post mortem Commodi graues 18
fuerunt. ut autem sciretur, quod iudicium senatus de 2
Commodo fuerit, ipsas adclamationes de Mario Maximo
indidi et sententiam senatus consulti:

'Hosti patriae honores detrahantur, parricidae honores 3
detrahantur, parricida trahatur. hostis patriae, parricida, gla-
diator in spoliario lanietur. hostis deorum carnifex senatus, 4
hostis deorum parricida senatus: hostis deorum hostis se-
natus. gladiatorem in spoliario. qui senatum occidit, in 5
spoliario ponatur: qui senatum occidit, unco trahatur: qui
innocentes occidit, unco trahatur: hostis parricida, uere
uere. qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. qui 6
te occisurus fuit, unco trahatur. nobiscum timuisti, no- 7
biscum periclitatus es. ut salui simus, Iuppiter optime
maxime, serua nobis Pertinacem. Fidei praetorianorum 8

4 cartagine *B* carthagine *P* Alexandriam *del. Eyssenh. Herm. I p. 160* 11 imp. amantissimus nominis sui *M* uir] ius *B* uere *Kellerbauer p. 627* 12 quam *BP* ut *M* quantum *scripsi* sanatus *B*P^{1} retulit *B* *symmetria adclamationum multis locis turbata est* 22 laniaretur *B* 24 gladiator? *cf. 19,3* 26 uere seuere *BMP* uere uere *scripsi* (*post me Gemoll p. 13*)

Digitized by Google

feliciter. praetoriis cohortibus feliciter. exercitibus Ro-
9 manis feliciter. pietati senatus feliciter. Parricida traha-
10 tur. rogamus, Auguste, parricida trahatur. hoc roga-
mus, parricida trahatur. exaudi Caesar: delatores ad
11 leonem. exaudi Caesar: Speratum ad leonem. Victoriae
populi R. feliciter. fidei militum feliciter. fidei praetoria-
12 norum feliciter. cohortibus praetoriis feliciter. Hostis
statuas undique, parricidae statuas undique, gladiatoris
statuas undique. gladiatoris et parricidae statuae detra-
13 hantur. necator ciuium trahatur, parricida ciuium tra-
14 hatur. gladiatoris statuae detrahantur. Te saluo salui et
securi sumus, uere, uere, modo uere, modo digne, modo
15 uere, modo libere. Nunc securi sumus: delatoribus me-
tum. ut securi simus, delatoribus metum. *ut* salui simus,
delatores de senatu, delatoribus fustem. Te saluo delato-
16 res ad leonem. te imperante delatoribus fustem. Parri-
19 cidae gladiatoris memoria aboleatur, parricidae gladiato-
ris statuae detrahantur. inpuri gladiatoris memoria ab-
oleatur. gladiatorem in spoliario. Exaudi Caesar: carnifex
2 unco trahatur. carnifex senatus more maiorum unco
trahatur. Saeuior Domitiano, inpurior Nerone. sic fecit,
sic patiatur. Memoriae innocentium seruentur. honores
innocentium restituas, rogamus. Parricidae cadauer unco
3 trahatur, gladiatoris cadauer unco trahatur, gladiatoris
cadauer in spoliario ponatur. Perroga, perroga, omnes
4 censemus unco trahendum. qui omnes occidit, unco tra-
hatur. qui omnem aetatem occidit, unco trahatur. qui
utrumque sexum occidit, unco trahatur. qui sanguini suo
5 non pepercit, unco trahatur. qui templa spoliauit, unco
trahatur. qui testamenta deleuit, unco trahatur. qui ui-
6 uos spoliauit, unco trahatur. seruis seruiimus. qui pretia

5 desperatum *S* 8 gladiatoriis *B* 9 statuas und. gladiatoris *om. B* 14 sumus *BP* ut *ante* salui *interposuit S* 16 imperantem *BP* 18 gladiatori *BPM* aboliatur *BP* 19 gladiatorem in spoliario *hoc loco alienum uidetur* 21 domitianę *B* 25 spolio *exc.* 30 testamentum *B*

Digitized by Google

uitae exegit, unco trahatur. qui pretia uitae exegit et
fidem non seruauit, unco trahatur. qui senatum uendidit,
unco trahatur. qui filiis abstulit hereditatem, unco traha-
tur. Indices de senatu. delatores de senatu. seruorum 7
subornatores de senatu. Et tu nobiscum timuisti, omnia
scis, et bonos et malos nosti. omnia scis, omnia emenda, 8
pro te timuimus. o nos felices, te uiso imperante. De
parricida refer, refer, perroga. praesentiam tuam roga-
mus. Innocentes sepulti non sunt: parricidae cadauer 9
trahatur. parricida sepultos eruit: parricidae cadauer
trahatur.'

Et cum iussu Pertinacis Liuius Laurensis, procurator 20
patrimonii, Fabio Chiloni consuli designato dedisset, per
noctem Commodi cadauer sepultum est. senatus adcla- 2
mauit: 'Quo auctore sepelierunt? parricida sepultus eru- 3
atur, trahatur.' Cingius Seuerus dixit: 'Iniuste sepultus
est. qua pontifex dico, hoc collegium pontificum dicit.
quoniam laeta iam percensui, nunc conuertar ad necessaria: 4
censeo, quas is, qui non nisi ad perniciem ciuium et ad
dedecus suum uixit, ob honorem suum decerni coegit,
abolendas statuas, quae undique sunt abolendae, nomen- 5
que ex omnibus priuatis publicisque monumentis eraden-
dum mensesque is nominibus nuncupandos, quibus nun-
cupabantur, cum primum illud malum in re publica in-
cubuit.'

1 uita ex. *B* 4 iudices *B* 6 et bonos malos *B* 7 te uiro *BPM* sic te uero *fr. Cusan.* te uiuo *C* te uiuo, te imp. *Eyssenh.* te uiso *Hirschfeld Wien. St. III p. 117* 8 perroga *fort. iterandum* 13 patromonii *BP* Cilo *in inscript.* 14 est *om. B* 15 seruatur *BP* 16 Cincius *uolg., uid. X 13,9* 17 quia P^3*M fort.* quod 18 letum *B* laetam *P* laeta nuper censui *S* laeta iam *Bährens p. 650* 19 censeo quae is — abolenda, statuas *Gr.* (*Bährens p. 650*) quae is *BP* que quod is *M em. S* 22 publisque *BP t. Iord.* 23 his *BPM* nuncupantur *B* 25 commodus antoninus aelii lampridii explicit. incipit pertinax iuli capitolini *BP* de heluio pertinace *exc.*

HELVIVS PERTINAX

IVLI CAPITOLINI

1 Publio Heluio Pertinaci pater libertinus Heluius Suc-
cessus fuit, qui filio nomen ex continuatione lignariae
negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, inpo-
2 suisse fatetur. natus est Pertinax in Appennino in uilla
matris. equus pullus ea hora, qua natus est, in tegulas
ascendit atque ibi breuiter commoratus decidit *et* exspi-
3 rauit. hac re motus pater ad Chaldaeum uenit. qui cum
illi futura ingentia praedixisset, stipem se perdidisse dixit.
4 Puer litteris elementariis et calculo inbutus, datus etiam
Graeco grammatico atque inde Sulpicio Apollinari, post
quem idem Pertinax grammaticen professus est.

5 Sed cum in ea minus quaestus proficeret, per Lollia-
num Auitum, consularem uirum, patris patronum, ducendi
6 ordinis dignitatem petit. dein praefectus cohortis in Sy-
riam profectus, Tito Aurelio imperatore a praeside Syriae,
quod sine diplomatibus cursum usurpauerat, pedibus ab
Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est.
2 Bello Parthico industria sua promeritus in Brittaniam

3 publico *BP* Pertinaci *om. B* 4 linguariae *B* lanariae *Mommsen qui conferri iubet c. 3, 3 et titul. Orell. 4206* 6 fateatur *B* putatur *Petschenig p. 23* 7 Martis *M* patris *Iord. conl. c. 3, 3* 8 et *add. exc.*[2] 10 praedidixisset *BP* stirpem *BP* 12 grammatica *B* sulpio *BP* 13 *fort.* item 14 in *om. B* 15 Auitum] Gentianum *Kellerbauer p. 627* 19 authiocia *BP* legionem *C* conatus *B*

Digitized by Google

translatus est ac retentus. post in Moesia rexit halam. 2
deinde alimentis diuidendis in uia Aemilia procurauit.
inde classem Germanicam rexit. mater eum usque in 3
Germaniam prosecuta est ibique obit. cuius etiam se-
pulchrum stare nunc dicitur. inde ad ducenum sester- 4
tiorum stipendium translatus in Daciam suspectusque a
Marco quorundam artibus remotus est et postea per
Claudium Pompeianum, generum Marci, quasi adiutor
eius futurus uexillis regendis adscitus est. in quo mu- 5
nere adprobatus lectus est in senatu. postea iterum re 6
bene gesta prodita est factio, quae illi concinnata fuerat,
Marcusque imperator, ut conpensaret iniuriam, praeto-
rium eum fecit et primae legioni regendae inposuit, sta-
timque Raetias et Noricum ab hostibus uindicauit. ex quo 7
eminente industria studio Marci imperatoris consul est a. 928/175
designatus. exstat oratio apud Marium Maximum laudes 8
eius continens et omnia, uel quae fecit uel quae perpes-
sus est. et praeter illam orationem, quam longum fuit 9
conectere, saepissime Pertinax a Marco et in contione
militari et in senatu laudatus est, doluitque palam Mar-
cus, quod senator esset *et* praef. praet. fieri a se non
posset. Cassiano motu conposito e Syria ad Danuuii tu- 10
telam profectus est atque inde Moesiae utriusque, mox
Daciae regimen accepit. bene gestis his prouinciis Syriam 11
meruit.

Integre se usque ad Syriae regimen Pertinax tenuit, 3
post excessum uero Marci pecuniae studuit. quare etiam
dictis popularibus lacessitus. curiam Romanam post 2
quattuor prouincias consularis, quia consulatum absens
gesserat, iam diues ingressus est, cum eam senator antea
non uidisset. iussus est praeterea statim a Perenne in 3

4 persecutus *B* persecuta *P t. Iord.* 5 ducendum *B* 6 amaro *B* 7 a partibus *BPM* artibus *scripsi* (*Eyssenh.*) 9 nunc re *B* 11 facto *B*[1] concinnato *B* 14 retias *BP* 21 et *add. S* 22 danubii *BP* 26 regumen *BP* 28 est lac. *uolg.* 29 consulares *BPM* consularis *scripsi Fleckeis. ann. CXXVIIII p. 76* 31 *an* propterea? a *om. B*

Digitized by Google

Liguriam secedere in uillam paternam; nam pater eius
4 tabernam coctiliciam in Liguria exercuerat. sed postea-
quam in Liguriam uenit, multis agris coemptis tabernam
paternam manente forma priore infinitis aedificiis circum-
dedit. fuitque illic per triennium et mercatus est per
5 suos seruos. Occiso sane Perenni Commodus Pertinaci
satisfecit eumque petit litteris, ut ad Brittaniam profici-
6 sceretur. profectusque milites ab omni seditione deter-
ruit, cum illi quemcunque imperatorem uellent habere
7 et ipsum specialiter Pertinacem. tunc Pertinax maliuo-
lentiae notam subit, quod dictus est insimulasse apud
Commodum adfectati imperii Antistium Burrum et Ar-
8 rium Antoninum. et seditiones quidem contra imperato-
rem conpescuit in Brittaniam, uerum ingens periculum
adit seditione legionis paene occisus, certe inter occisos
9 relictus. quam quidem rem idem Pertinax acerrime uin-
10 dicauit. denique postea ueniam legationis petit, dicens
4 sibi ob defensam disciplinam infestas esse legiones. Ac-
cepto successore alimentorum ei cura mandata est. Dein
2 pro consule Africae factus est. in quo proconsulatu mul-
tas seditiones perpessus dicitur uaticinationibus carminum,
quae de templo Caelestis emergunt. Post hoc praef. urbi
3 factus. in qua praefectura post Fuscianum, hominem se-
uerum, Pertinax mitissimus et humanissimus fuit et ipsi
945 a. 192 Commodo plurimum placuit, quia † illi esset iterum cum
4 Pertinax factus est. tunc Pertinax interficiendi Commodi
conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit.

2 coactiliriam *BP* coactiliariam *Scaliger* (*Mommsen*) 7 litteras *BP* per litteras *M* litteris *scripsi* ad *om.* P^1 9 uellent] *fort.* mallent 12 imperium BP^1 antastium *B* 13 ipse *BPM* imperatorem *Obrecht* 15 legis *B* occisus BP^1 21 earum *BPM* deerrans *Vnger p. 215* carminum *scripsi* 25 illi *BPM* ille *uolg.* VII *Ritschelius* 26 es *P t. Iord. V; sententiam hance esse suspicor:* qui cum VII esset, iterum cons. Pertinax factus est. quod ciuilis esset, iterum tum Pertinax laesus est. *Golisch p. XVIII; uolg. defendit Borghesi oeuvr. VIII p. 533* factus est tunc Pertinax *om. B*

Commodo autem interempto Laetus praef. praet. et 5
Eclectus cubicularius ad eum uenerunt et eum confirma-
runt atque in castra duxerunt. illic Pertinax milites ad- 6
locutus est, donatiuum promisit, ingeri sibi imperium a
Laeto et Eclecto dixit. fictum est autem, quod morbo es- 7
set Commodus extinctus, quia et milites, ne temptaren-
tur, pertimescebant. denique a paucis primum est Perti-
nax imperator appellatus. factus est autem sexagenario 8
maior imperator p. kl. Ian. de castris nocte cum ad se- 9
natum uenisset et cellam curiae iussisset aperiri, neque
inueniretur aeditus, in templo Concordiae resedit. et 10
cum ad eum Claudius Pompeianus, gener Marci, uenisset
casumque Commodi lacrimasset, hortatus Pertinax, ut im-
perium sumeret. sed ille recussauit, quia iam imperato-
rem Pertinacem uidebat. statim ergo omnis magistratus 11
cum consule ad curiam uenerunt ingressumque Pertina-
cem nocte imperatorem appellauerunt. ipse autem Per- 5
tinax post laudes suas a consulibus dictas et post uitupe-
rationem Commodi adclamationibus senatus ostensam
egit gratias senatui et praecipue Laeto, praefecto prae-
torii, quo auctore et Commodus interemptus et ipse im-
perator est factus. sed cum Laeto gratias egisset Perti- 2
nax, Falco consul dixit: 'Qualis imperator es futurus,
hinc intellegimus, quod Laetum et Marciam, ministros
scelerum Commodi, post te uidemus.' cui Pertinax re- 3
spondit: 'Iuuenis es consul nec parendi scis necessita-
tes. paruerunt inuiti Commodo, sed ubi habuerunt facul-
tatem, quid semper uoluerint, ostenderunt.' Eadem die, 4
qua Augustus est appellatus, et Flauia Titiana uxor eius
Augusta est appellata, is horis quibus ille in Capitolium
uota soluebat. primus sane omnium ea die, qua Augustus 5

2 electus *BPM* Eclectus *scripsi* (*Iord.*) ut *BPM* et *em. S* confirmart *B* confirmarent *M* 4 donatium *B* 5 electo *BPM* Eclecto *scripsi* (*Iord.*) 10 iussit *B* 12 germanici *BPM* 13 commodo *BP* eum hortatus est *M* 23 imp. effusus est hinc *B fort.* et hinc 24 marcianum *BPM* 27 parauerunt *BP*^{1} 30 his *BPM em. C*

Digitized by Google

6 est appellatus, etiam patris patriae nomen recepit nec
non simul etiam imperium proconsulare nec *non* ius
7 quartae relationis. quod ominis loco fuit Pertinaci. Ad
Palatium ergo Pertinax profectus, quod tunc uacuum
erat, quia Commodus in Vectilianis occisus est, petenti
signum prima die tribuno dedit 'Militemus', exprobrans
utique segnitiem temporum superiorum. quod quidem
6 etiam ante in omnibus ducatibus dederat. exprobrationem
autem istam milites non tulerunt statimque de imperatore
2 mutando cogitarunt. ea die etiam ad conuiuium magi-
stratus et proceres senatus rogauit, quam consuetudinem
3 Commodus praetermiserat. sane iam postero kalendarum
die cum statuae Commodi deicerentur, gemuerunt mili-
tes, simul quia iterum signum idem dederat imperator.
4 timebatur autem militia sub sene imperatore. denique
tertium nonarum diem uotis ipsis milites Triarium Ma-
ternum Lasciuium, senatorem nobilem, ducere in castra
5 uoluerunt, ut eum rebus Romanis inponerent. sed ille
nudus fugit atque ad Pertinacem in Palatium uenit et
post ex urba decessit.

6 Timore sane Pertinax coactus omnia, quae Com-
modus militibus et ueteranis dederat, confirmauit. sus-
7 cipere se etiam imperium a senatu dixit, quod iam
8 sponte inierat. quaestionem maiestatis penitus tulit cum
iureiurando, reuocauit etiam eos, qui deportati fuerant
crimine maiestatis, eorum memoria restituta, qui oc-
9 cisi fuerant. Filium eius senatus Caesarem appellauit.
sed Pertinax nec uxoris Augustae appellationem recepit
10 et de filio dixit: 'Cum meruerit'. et cum Commodus ad-
lectionibus innumeris praetorias miscuisset, senatus con-
sultum Pertinax fecit iussitque eos, qui praeturas non
gessissent sed adlectione accepissent, post eos esse, qui
11 uere praetores fuissent. sed hinc quoque grande odium

2 non *utroque loco add.* P^3M *om.* BP^1 3 omnis BP^1 pertinati *P* 6 militas *B* 12 cum *BPM* iam *scripsi* quam *Petschenig p. 44 Vnger p. 215* 13 cum *om. M*

Digitized by Google

sibi multorum commouit. census retractari iussit. dela- 7
tores conuictos grauiter puniri iussit et tamen mollius
quam priores imperatores, unicuique dignitati, si delatio-
nis crimen incurreret, poenam statuens. legem sane tu- 2
lit, ut testamenta priora non prius essent inrita, quam
alia perfecta essent, neue ob hoc fiscus aliquando succe-
deret. ipseque professus est nullius se aditurum heredi- 3
tatem, quae aut adulatione alicuius delata esset aut lite
perplexa, ut legitimi heredes et necessarii priuarentur.
additque senatusconsulto haec uerba: 'Satius est, p. c., 4
inopem rem p. optinere, quam ad diuitiarum cumulum
per discriminum atque dedecorum uestigia peruenire.'
donatiua et congiaria, quae Commodus promiserat, soluit. 5
annonae consultissime prouidit. et cum tantam penuriam 6
aerarii haberet, ut praeter decies sestertium non se in-
uenisse fateretur, coactus est ea exigere, quae Commodus
indixerat, contra quam professus fuerat. denique aggres- 7
sus eum Lollianus Gentianus consularis, quod contra pro-
missum faceret, necessitatis rationem accepit. auctionem 8
rerum Commodi habuit, ita ut et pueros et concubinas
uendi iuberet, exceptis is qui per uim Palatio uidebantur
inserti. et de is, quos uendi iussit, multi postea reducti ad 9
ministerium oblectarunt senem, qui *qui*dem per alios
principes usque ad senatoriam dignitatem peruenerunt.
scurras turpissimorum nominum dedecora praeferentes 10
proscripsit ac uendidit. cuius nundinationis pecuniam, 11
quae ingens fuit, militibus donatiuo dedit. a libertis 8
etiam ea exegit, quibus Commodo uendente ditati fuerant.

2 uinctos *BPM em. Petrus Faber* cunctos *misc. obs. IIII p. 225* (*Petschenig p. 23*) 3 delationes *B* 4 detulit *B* 7 adituram *BP* 8 aut lite aut perplexa *BPM* 9 necessaria *B* 10 addidit P^2M senanatus *B* statius BP^1 sanctius P^2M *em. Gr.* 11 R̃P *BP* obtinere BP^2 14 pecuniam BP^1M 19 autionem *B* 21 excepti *B* his *BPM* 22 his *BPM* 23 quidem *BP* qui *M* qui quidem *scripsi* quidam *Iord.* qui dein *Bährens p. 650* 25 perferentes *PM* 28 Commodo uendendo *conieci*, Commodum uendentes *uel* Commodo uendito *Bährens p. 651, at cf. VII 14,4 sqq.*

Digitized by Google

2 auctio sane rerum Commodi in his insignior fuit: † uestis
subtegmine serico aureis filis insigni opere, tunicas pae-
nulasque lacernas et chiridotas Dalmatarum et cirratas
militares purpureasque clamydes Graecanicas atque ca-
3 strenses. et cuculli Bardaici et toga armaque gladiatoria
4 gemmis auroque conposita. et maceras Herculaneas et
torques gladiatorias uasaque de ludo auro, ebore, argento
5 citroque conposita. atque etiam † phandouitrobuli ex ma-
terie eadem et uasa Samnitica calfactandae resinae ac
6 pici deuelleudis hominibus ac leuiginandis. nec non
uehicula arte fabricae noua perplexis diuisisque rotarum
orbibus et exquisitis sedilibus nunc ad solem declinan-
7 dum nunc ad spiritus opportunitatem per uertiginem; et
alia iter metientia horasque monstrantia et cetera uitiis
8 eius conuenientia. reddidit praeterea dominis eos, qui
9 se ex priuatis domibus in aulam contulerant. conui-
uium imperatorium ex immenso ad certum reuocauit
10 modum. sumptus etiam omnes Commodi recidit. exemplo
autem imperatoris cum ille parcius se ageret, ex om-
11 nium continentia uilitas nata est. nam imperatorium
sumptum pulsis non necessariis ad soliti dimidium de-

1 uestis *BPM* uestes *C. ceterum tota haec enarratio rerum a Pertinace uenditarum prorsus est confusa; nescio an id iam commissum sit culpa Capitolini, qui duobus fontibus usus uerba neglegenter transcriberet ne casibus quidem mutatis. quattuor sunt fragmenta:* uestes subtegmine — castrenses, *dein* et cuculli — composita, *tum* et maceras — citroque conposita, *denique* atque etiam phandouitrobuli *et q. s., quorum ex uno fonte fluxisse uidentur primum tertiumque, ex altero secundum quartumque.* 2 sirico *B* insignior per *BPM em. C* 3 chiroditas *BPM em. S* carratas *B* 7 uasaque — composita *P infra contextum* eludo *BP* eluto *M* electro *Cornelissen p. 57* de ludo *Krauss p. 61, cf. VII 1,8* 8 phandouitroboli *M* phallouitroboli *Egnat.* uitro, fundibuli *Momms.* et mat. *B* 10 debellendis *BPM em. S* libiginandis *BPM em. S* 11 diuersis *Egnatius* 12 urbibus *BP* 13 oportunitatem *BP* 14 dorasque *BP* 18 reddit *BP* reddidit *M em. Egnatius* 19 ille] miles *C* (*Bährens p. 651*) ciuitas *Vielhaber p. 628. malim* cum aulici parcius se agerent. omnia *B* 21 sumptu *BP*[1]

Digitized by Google

traxit. praemia militantibus posuit. aes alienum, quod 9
primo imperii tempore contraxerat, soluit. aerarium in
suum statum restituit. ad opera publica certum sump- 2
tum constituit. reformandis uiis pecuniam contulit. sti-
pendia plurimis retro debita exsoluit. obeundis postremo
cunctis muneribus fiscum parem fecit. alimentaria etiam 3
compendia, quae nouem annorum ex instituto Traiani
debebantur, obdurata uerecundia sustulit. Auaritiae su- 4
spicione priuatus non caruit, cum apud uada Sabatia op-
pressis fenore possessoribus latius suos tenderet fines.
denique ex uersu Luciliano agrarius mergus est appella- 5
tus. multi autem eum etiam in prouinciis, quas consu- 6
laris gessit, sordide se egisse in litteras rettulere. nam
uacationes et legationes militares dicitur uendidisse. de- 7
nique cum parentum minimum esset patrimonium, et
nulla hereditas obuenisset, subito diues est factus. omni- 8
bus sane possessiones suas reddidit, quibus Commodus
ademerat, sed non sine pretio. Senatui legitimo semper 9
interfuit ac semper aliquid rettulit. ciuilem se salutan-
tibus et interpellantibus semper exhibuit. eos, qui ca- 10
lumniis adpetiti per seruos fuerant, damnatis seruis dela-
toribus liberauit in crucem sublatis talibus seruis, ali-
quos etiam mortuos uindicauit.

Insidias parauit ei Falco .... conquestus est in senatu 10
uolens imperare. † quo quidem credidit, dum sibi qui- 2
dam seruus quasi Fabiae † setiqui filius ex Ceioni Com-

4 suis *BPM em. C* 9 apud] aptit *BP* 10 feriore *B* teneret *BPM em. C* 11 luciniano *BP* luciuiano *M Lucil. fr. inc. u. 156 p. 154 Müll.* grarius *BPM* aerarius *S* 12 prouincias *B* 13 rexit *Cornelissen p. 250* 15 patromonium *P* 21 seruis] saeuius *Golisch p. XIX* 24 uolens imperare de quo conquestus est in senatu quoi quidem senatus credidit *M lacunis haec esse corrupta intellexit C* qui *inseruit Rösinger p. 5* Falco conquestus et in sen. *Bährens p. 651* Falco quem questus est in s. uoluisse imp. *Vnger p. 216*
25 quo quidem *BP* quoi *M* quod *Egn.* quoi (quidem) uicem reddidit *Bährens p. 651* dum] *fort.* cum 26 fauiae setiqui fil. *BP* fauiae esset filius qui *M* quasi Fabiae Verique

Digitized by Google

modi familia, Palatinam domum ridicule uindicasset cogni-
3 tusque iussus esset flagellis caesus domino restitui. in cuius
uindicta ii, qui oderant Pertinacem, occasionem seditionis
4 inuenisse dicuntur. Falconi tamen pepercit et a senatu
5 inpunitatem eius petit. denique Falco in rebus suis se-
6 curus uixit et herede filio perit. quamuis multi Falco-
7 nem nescisse dixerint imperium sibi parari. alii etiam
seruis, qui rationes interuerterant, falsis testimoniis ad-
petitum eum esse dixerunt.

8 Sed Pertinaci factio praeparata est per Laetum prae-
fectum praetorii et eos, quos Pertinacis sanctimonia of-
9 fenderat. Laetum enim paenituerat, quod imperatorem
fecerat Pertinacem, idcirco quia eum uelut stultum inti-
10 matorem nonnullarum rerum reprehendebat. graue prae-
terea militibus uisum, quod in causa Falconis multos
milites ad unius serui testimonium occidi praecepe-
11 rat. Trecenti igitur de castris armati ad imperatorias
2 aedes cuneo facto milites uenere. eadem tamen die im-
molante Pertinace negatur in hostia cor repertum, et
cum id uellet procurare, caput extorum non deprehen-
dit. et tunc quidem omnes milites in castris manebant.
3 qui cum *de* castris ad obsequium principis conuenissent,
et Pertinax eo die processionem, *quam* ad Athenaeum pa-
rauerat, ut audiret poetam, ob sacrificii praesagium dis-
tulisset, ii, qui ad obsequium uenerant, redire in castra
4 coeperunt. sed subito globus ille in Palatium peruenit
5 neque aut arceri potuit aut imperatori nuntiari. enim-
uero tantum odium in Pertinacem omnium aulicorum
6 fuit, ut ad facinus milites hortarentur. superuenerunt
Pertinaci, cum ille aulicum famulicium ordinaret, ingres-

Rösinger p. 5 Bährens p. 651 quasi Fabiae Zethique *Vnger p. 216* et ex Cei. *Bährens p. 651* 1 ridicula *BP* ridicula (*uel* reicula) iudicina uind. *Vnger p. 216* 2 est *BPM* esset *Bährens et Vnger l. c.* 3 hii quod oderant *BP* occisionem *B* 5 denique — perit *om. B* 11 offenderant *BP*[1] 18 caedes *BPM em. Egn.* 20 excorum *B* 22 de *om. BP* 23 quam *om. BP* 25 hii *B* hi *P*

Digitized by Google

sique porticus Palatii usque ad locum, qui appellatur Si-
cilia et Iouis cenatio. hoc cognito Pertinax Laetum 7
praef. praet. ad eos misit. sed ille declinatis militibus
per porticus egressus adoperto capite domum se contulit.
uerum cum ad interiora prorumperent, Pertinax ad eos 8
processit eosque longa et graui oratione placauit. sed 9
cum Tausius quidam, unus e Tungris, in iram et in timo-
rem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Perti-
nacis obiecit. tunc ille precatus Iouem Vltorem toga ca- 10
put operuit atque a ceteris confossus est. et Eclectus 11
quidem confossis duobus cum eodem perit, reliqui autem 12
cubicularii palatini (nam suos statim, ut imperator factus
est, filiis emancipatis dederat) diffugerunt. Multi sane 13
dicunt etiam cubiculum milites inrupisse atque illic circa
lectum fugientem Pertinacem occidisse.

Fuit autem senex uenerabilis, inmissa barba, reflexo 12
capillo, habitudine corporis pinguiore, uentre prominulo,
statura imperatoria, eloquentia mediocri et magis blan-
dus quam benignus nec umquam creditus simplex. et 2
cum uerbis esset affabilis, re erat inliberalis ac prope
sordidus, ut dimidiatas lactucas et cardus in priuata uita
conuiuiis adponeret. et nisi quid missum esset edulium, 3
quotquot essent amici, nouem libras carnis per tres mis-
sus ponebat. si autem plus aliquid missum esset, etiam 4
in alium diem differebat, cum semper ad conuiuium mul-
tos uocaret. imperator etiam, si sine conuiuis esset, 5
eadem consuetudine cenitabat. amicis si quando de pran- 6
dio suo mittere uoluit, misit offulas binas aut omasi par-
tem, aliquando lumbos gallinacios. fasianum numquam
priuato conuiuio comedit aut alicui misit. cum sine ami- 7

4 adaperto *B* 6 praecessit *BPM* 7 cur *BP* timore *B* tumorem *S* (*Cornelissen p. 250*) 9 adegit *Cornelissen p. 250* 10 a *om. B* eiectus *BP* electus *M* Eclectus *scripsi* (*Iord.*) 13 emancipatos *uolg.* 20 inliberabilis *P t. Iord.* 21 cardos *MP*[2] *in marg.* carduos *exc.*[2] uita *om. B* 22 conuiuis *M* 23 praeter missus *B* 26 conuiuiis *BP* 28 pomasi *BP* parte *B* 30 cumeditauit alicui *BP*

Digitized by Google

cis cenaret, adhibebat uxorem suam et Valerianum, qui
cum eodem docuerat, *ut* fabulas litteratas haberet.
8 || Sane nullum ex is, quos Commodus rebus gerendis
inposuerat, mutauit, exspectans urbis natalem, quod eum
diem rerum principium uolebat esse, atque ideo etiam
in balneis ei Commodiani ministri necem parasse dicun-
13 tur. Imperium et omnia imperialia sic horruit, ut sibi
semper ostenderet displicere. denique non alium se,
2 quam fuerat, uideri uolebat. fuit in curia honorificen-
tissimus, ita ut senatum fauentem adoraret et quasi prae-
3 fectus urbi cum omnibus sermonem participaret. uoluit
etiam imperium deponere atque ad priuatam uitam red-
4 ire. filios suos in Palatio nutriri noluit. tam parcus
autem et tam lucri cupidus fuit, ut apud uada Sabatia
mercaturas exercuerit imperator per homines suos, non
5 aliter quam priuatus solebat. nec multum tamen ama-
tus est. si quidem omnes, qui libere fabulas conferebant,
male Pertinacem loquebantur, christologum eum appellan-
6 tes, qui bene loqueretur et male faceret. nam et ciues
sui, qui ad eum confluxerant iam imperatorem et nihil
de eo meruerant, sic eum appellabant. munera quoque
7 lucri libidine libenter accepit. Reliquit filium et filiam
superstites et uxorem, Flaui Sulpiciani filiam, quem praef.
8 urbi loco suo fecerat. circa uxoris pudicitiam minus cu-
riosus fuit, cum palam citharoedum illa diligeret. ipse
9 praeterea Cornificiam infamissime dicitur dilexisse. liber-
tos aulicos uehementissime conpressit, unde grande quo-
que odium contraxit. ||

14 Signa interitus haec fuerunt: ipse ante triduum
quam occideretur in piscina sibi uisus est uidere homi-
2 nem cum gladio infestantem. et ea die, qua occisus est,

1 quicum olim consuerat fab. l. habere *Cornelissen p. 250* 2 ut *om. BPM add. Egn.* litteratus *BP* 3 his *BPM* agendis *M* 13 uoluit *BPM* 16 multũ amatus *B fort.* multum am. 18 Male-Pertinacem *Golisch p. XIX* chrestologum *uolg.* 21 quoque *om. B* 23 ////ut ux. *P* habuit uxorem *M* 25 citaroedum *BP* 31 cum gladio

Digitized by Google

negabant in oculis eius pupulas cum imaginibus, quas red-
dunt spectantibus, uisas. .et cum apud lares sacrificaret, 3
carbones uiuacissimi exstincti sunt, cum inflammari sole-
ant. et, ut supra dictum est, cor et caput in hostiis non c. 11, 2
est repertum. stellae etiam iuxta solem per diem uisae
sunt clarissimae ante diem quam obiret. et ipse omen de 4
Iuliano successore dedisse dicitur. nam cum ei Didius
Iulianus fratris filium obtulisset, cui despondebat filiam
suam, adhortatus est iuuenem ad patrui obseruationem *et*
adiecit: 'Obserua collegam et successorem meum.' nam
ante Iulianus ei et in consulatu collega fuerat et in pro- 5
consulatu successerat.

Milites eum et aulici odio habuerunt, populus mor- 6
tem eius indignissime tulit, quia uidebat omnia per eum
antiqua posse restitui. Caput eius conto fixum milites, 7
qui eum occiderant, per urbem in castra pertulerunt. re- 8
liquiae eius recuperato capite in sepulchro aui uxoris lo-
catae sunt. et Iulianus, successor illius, corpus eius quanto 9
potuit honore funeratus est, cum id in Palatio repperis-
set. qui numquam eius ullam mentionem uel apud popu- 10
lum uel apud senatum publice fecit, sed cum ipse quoque
a militibus desertus iam esset, per senatum et populum
Pertinax in deos relatus est. sub Seuero autem impera- 15
tore cum senatus ingens testimonium habuisset Pertinax,
funus imaginarium ei et censorium ductum est, et ab
ipso Seuero funebri laudatione ornatus est. ipse autem 2
Seuerus amore boni principis a senatu Pertinacis nomen
accepit. filius Pertinacis patri flamen est factus. Mar- 3.4
ciani sodales, qui diui Marci sacra curabant, Heluiani sunt
dicti propter Heluium Pertinacem. circenses et imperii 5
natalis additi, qui a Seuero postea sublati sunt, et genita-
licii, qui manent.

in P sup. lin. 4 ostiis *B* flatu *post* soleant *add. Kellerbauer p. 627* 6 sunt *om. P* dies *BPM em. C ex Reg.* 9 est *om. M* et, *quod om. BPM, addidi* 28 pectri *B* patri *P* (a *in ras.*) peciri *M* 29 sodalis *B* diuidi m. *B* 31 geniti aliqui man. *BPM em. C*

Digitized by Google

a. 879/126 6 Natus autem kal. Augustis Vero et Bibulo conss. in-
terfectus est v. kal. Apr. Falcone et Claro conss. uixit an-
a. 946/193 nis LX mensibus VII diebus XXVI. imperauit mensibus
7 II diebus XXV. Congiarium dedit populo denarios cen-
tenos. praetorianis promisit duodena milia nummum sed
dedit sena. quod exercitibus promissum est, datum non
8 est, quia mors eum praeuenit. ⸢Horruisse autem illum
imperium epistula docet, quae uitae illius a Mario Maximo
apposita est. quam ego inserere ob nimiam longitudinem
nolui.⸣

1 augustas *BP* *Hic Bibulus in fastis* Ambibulus *dicitur* 2 V kl. aprl. *B* annis LXVI *C* 9 opposita *BP* inseri *BPM em. Puteanus* 10 helius pertinax explicit *BP* [*sequitur Auidius in BP*]

Digitized by Google

DIDIVS IVLIANVS

AELI SPARTIANI

Didio Iuliano, qui post Pertinacem imperium adep- 1
tus est, proauus fuit Saluius Iulianus, bis consul, praefec-
tus urbi et iuris consultus, quod magis eum nobilem fecit,
mater Clara Aemilia, pater Petronius Didius Seuerus, fra- 2
tres Didius Proculus et Nummius Albinus, auunculus Sal-
uius Iulianus, auus paternus Insubris Mediolanensis, ma-
ternus ex Adrumetina colonia.

Educatus est apud Domitiam Lucillam, matrem Marci 3
imperatoris. inter uiginti uiros lectus est suffragio matris 4
Marci. quaestor ante annum, quam legitima aetas sinebat,
designatus est. aedilitatem suffragio Marci consecutus est. 5
praetor eiusdem suffragio fuit. post praeturam legioni prae- 6
fuit in Germania uicensimae secundae Primigeniae. inde 7
Belgicam sancte ac diu rexit. ibi Cauchis, Germaniae popu-
lis, qui Albim fluuium adcolebant, erumpentibus restitit
tumultuariis auxiliis prouincialium. ob quae consulatum 8 a. 928/175
meruit testimonio imperatoris. Cattos etiam debellauit.
inde Dalmatiam regendam accepit eamque a confinibus 9
hostibus uindicauit. post Germaniam inferiorem rexit.

1 incipit didius iulianus aeli spartiani feliciter *BP* Didius Iulianus Aelii Spartiani *M* ad diocletianum augustum *add.* P^3*M* 3 iuliane *B* 4 albius *BP* albinus *exc.* Salbius *M* 10 marcum *B* 11 electus *M* 15 bellicam *BPM* 17 albium *B* album *P* 18 tumultuaris *B*

Digitized by Google

2 Post hoc curam alimentorum in Italiam meruit. tunc
factus est reus per quendam Seuerum Clarissimum mili-
tem coniurationis cum Saluio contra Commodum, sed a
Commodo, quia multos iam senatores occiderat et quidem
nobiles ac potentes in causis maiestatis, ne tristius graua-
2 retur, Didius liberatus est accussatore damnato. absolu-
tus iterum ad regendam prouinciam missus est. Bithy-
3 niam deinde rexit, sed non ea fama qua ceteras.
a. 928/175 Fuit consul cum Pertinace et in proconsulatu Africae
eidem successit et semper ab eo collega est et successor ap-
pellatus. maxime eo die, cum filiam suam Iulianus despon-
dens adfini suo ad Pertinacem uenisset idque intimasset,
dixit...: '....que debita reverentia, quia collega et succes-
4 sor meus est.' statim enim mors Pertinacis secuta est. Quo
interfecto cum Sulpicianus imperator in castris appellari
uellet, et Iulianus cum genero ad senatum uenisset, quem
indictum acceperat, cumque clausas ualuas inuenisset
atque illic duos tribunos repperisset, Publium Florianum
et Vectium Aprum, coeperunt cohortari tribuni, ut locum
5 arriperet. quibus *cum* diceret iam alium imperatorem
appellatum, retinentes eum ad praetoria castra duxe-
6 runt. sed posteaquam in castra uentum est, cum Sulpi-
ciano praef. urbi, socero Pertinacis, contionante sibique
imperium uindicante Iulianum e muro ingentia pollicen-
tem nullus admitteret, primum Iulianus monuit praeto-
rianos, ne eum facerent imperatorem, qui Pertinacem
uindicaret; deinde scripsit in tabulis se Commodi memo-
7 riam restituturum. atque ita est admissus et imperator

2 clarissimum iuuenem *Mommsen* 3 saliuia *B* saliuio *P* 5 maiestates *BP* *an* grassaretur? 6 accusatore *P* 7 bytiniam *B* bityniam *P* 10 idem *BP* 12 et Pert. *B* 13 *lacunam esse uidit C cf. VIII 14,4* intimasset, dixit: Prosequere debita *Petschenig p. 4* 16 genero Cornelio Repentino *P*[3] 18 publicum *BP* Publicium *Mommsen* 19 Vettium *Iordan* cohartari *BP* 20 cum *om.* *BP*[1]*M* 22 con *BM* cum *om.* *P*[1] 24 pollicente *B* 26 nec *BP*[1] 27 se *om.* *B* 28 et admissus est imp. *BP* (est et imp. *M*) est admissus et imp. *scripsi*

appellatus rogantibus praetorianis, ne Sulpiciano aliquid
noceret, quod imperator esse uoluisset.
Tunc Iulianus Flauium Genialem et Tullium Crispi- 3
num suffragio praetorianorum praef. praetorii fecit sti-
patusque est caterua imperatoria per Maurentium, qui
et ante Sulpiciano coniunxerat. sane cum uicena quina 2
milia militibus promisisset, tricena dedit. dein habita 3
contione militari uespera in senatum uenit totumque se
senatui permisit factoque senatus consulto imperator est
appellatus et tribuniciam potestatem, ius proconsulare in
patricias familias relatus emeruit. uxor etiam Mallia 4
Scantilla et filia eius Didia Clara Augustae sunt appellatae.
inde se ad Palatium recepit uxore ac filia illuc uocatis, 5
trepidis † inuitis eo transeuntibus, quasi iam imminens
exitium praesagirent. praefectum urbi Cornelium Repen- 6
tinum, generum suum, fecit in locum Sulpiciani. Erat 7
interea in odio populi Didius Iulianus ob hoc, quod cre-
ditum fuerat emendationem temporum Commodi Perti-
nacis auctoritate reparandam, habebaturque ita, quasi Iu-
liani consilio esset Pertinax interemptus. et iam hi primum, 8
qui Iulianum odisse coeperant, disseminarunt prima statim
die Pertinacis cena despecta luxuriosum parasse conui-
uium ostreis et altilibus et piscibus adornatum. quod
falsum fuisse constat. nam Iulianus tantae parsimoniae 9
fuisse perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum
leporem diuideret, si quis ei forte misisset, saepe autem
nulla existente religione holeribus leguminibusque con-
tentus sine carne cenauerit. deinde neque cenauit, prius- 10
quam sepultus esset Pertinax, et tristissimus cibum ob

3 flabium *BP* cryspinum *B* 6 ante se *M* coniuncxerat *B* 8 in *BP*[1] ĩn *P*[2] inde *M* dein *scripsi* (*Iordan*) 8 contionem *BP* 12 sanctilla *P*[1] 14 inuitis *BPM del. Bährens p. 651* conuiuis *Vnger p. 210. an* amicis? iam] eam *B* 19 reparandum *BP* 20 interemptis *B* etiam in primum Iul. *B fort.* et iam ut primum Iulianum 22 luxoriosum *B* 26 et *BP t. Iord.*

eius necem sumpsit et primam noctem uigiliis continua-
uit, de tanta necessitate sollicitus.
4 Vbi uero primum inluxit, senatum et equestrem or-
dinem in Palatium uenientem admisit atque unumquem-
que, ut erat aetas, uel fratrem uel filium uel parentem
2 adfatus blandissime est. sed populus in rostris atque ante
curiam ingentibus eum conuiciis lacessebat, sperans de-
3 poni ab eo posse imperium, quod milites dederant. 〈lapi-
dationem quoque fecere.〉 descendenti cum militibus et se-
natu in curiam diras inprecati sunt, rem diuinam facienti,
4 ne litaret, optarunt. lapides etiam in eum iecerunt, cum
5 Iulianus manu eos semper placare cuperet. ingressus
autem curiam, placide et prudenter uerba fecit. egit gra-
tias, quod esset adscitus, quod et ipse et uxor et filia eius
Augustorum nomen acceperunt. patris patriae quoque
6 nomen recepit, argenteam statuam respuit. e senatu in
Capitolium pergenti populus obstitit, sed ferro et uulne-
ribus et pollicitationibus aureorum, quos digitis ostende-
bat ipse Iulianus, ut fidem faceret, summotus atque de-
7 pulsus est. inde ad circense spectaculum itum est. sed
occupatis indifferenter omnium subselliis populus gemi-
nauit conuicia in Iulianum: Pescennium Nigrum, qui iam
8 imperare dicebatur, ad urbis praesidium uocauit. haec
omnia Iulianus placide tulit totoque imperii sui tempore
mitissimus fuit; populus autem in milites uehementis-
sime inuehebatur, qui ob pecuniam Pertinacem occidis-
sent. multa igitur, quae Commodus statuerat, Pertinax tu-
9 lerat, ad conciliandum favorem populi restituit. de ipso
Pertinace neque male neque bene quicquam egit, quod

2 tantas necessitates *BP*[1] 5 patrem *BPM em. Gr.* (*Kellerbauer p. 627*) 8 lapidationem q. fecere *del. Mommsen* mites *BP*[1] 11 elitaret *BP* ne lit. *M* etiam] iterum *misc. obs. IIII p. 225* 12 placere *P*[1] 15 patres *BP*[1] 16 e sanatu *BP* et senatui *M* 17 capitolinum *B* uerberibus *Oberdick p. 10* 18 quod *BP* 21 indifferentur *B* 24 fui temp. *B* 27 multo *B* 28 consiliandum *BP*

gravissimum plurimis uisum est. constitit autem propter 10
metum militum de honore Pertinacis tacitum esse.

Et Iulianus quidem neque Brittanicos exercitus ne- 5
que Illyricos timebat, Nigrum uero misso primipilario oc-
cidi praeceperat, timens praecipue Syriacos exercitus.
ergo Pescennius Niger in Syria, Septimius Seuerus in 2
Illyrico cum exercitibus, quibus praesidebant, a Iuliano
desciuere. sed cum ei nuntiatum esset Seuerum desci- 3
uisse, quem suspectum non habuerat, perturbatus est *et*
ad senatum uenit imperauitque, ut hostis Seuerus renun-
tiaretur; militibus etiam, qui Seuerum secuti fuerant, dies 4
praestitutus, ultra quam si cum Seuero fuissent, hostium
numero haberentur. missi sunt praeterea legati a senatu 5
consulares ad milites, qui suaderent, ut Seuerus repudia-
retur, et is esset imperator, quem senatus elegerat. inter 6
ceteros legatus est Vespronius Candidus, uetus consularis,
olim militibus inuisus ob durum et sordidum imperium.
missus est successor Seuero Valerius Catulinus, quasi 7
posset ei succedi, qui militem iam sibi tenebat. missus 8
praeterea Aquilius centurio, notus caedibus senatoriis,
qui Seuerum occideret. ipse autem Iulianus praetorianos 9
in campum deduci iubet, muniri turres, sed milites desi-
des et urbana luxuria dissolutos inuitissimos ad exerci-
tium militare produxit, ita ut uicarios operis, quod
uni cuique praescribebatur, mercede conducerent. ⟨Et Se- 6
uerus quidem ad urbem infesto agmine ueniebat, sed
Didius Iulianus nihil cum exercitu praetoriano proficie-
bat, quem cottidie populus et magis oderat et ridebat.⟩
et Iulianus sperans Laetum fautorem Seueri, cum per 2
eum Commodi manus euasisset, ingratus tanto beneficio
iussit eum occidi. iussit etiam Marciam una interfici.

1 autem *om. M* 2 est *BP* esse *M* 3 brittannicos *P* 6 niger in illyrico s. seuerus in syria *BPM* septimus *BP t. Iord. em. Egn.* 9 est *om. M* et *add. S* 12 praestiturus *B* quem *M* fuisset *BP* 18 catulius *B* cato//linus (u *supra*) *P* 22 et muniri *Petschenig p. 29* 27 dius *P*[1] 28 cotidie *B* 29 suspicans *Gemoll p. 5* 31 marci

Digitized by Google

3 Sed dum haec egit Iulianus, Seuerus classem Rauen-
natem occupat, legati senatus, qui Iuliano promiserant ope-
4 ram suam, ad Seuerum transierunt. Tullius Crispinus, prae-
fectus praetorio, contra Seuerum missus, ut classem pro-
5 duceret, repulsus Romam redit. Haec cum Iulianus ui-
deret, senatum rogauit, ut uirgines Vestales et ceteri sa-
cerdotes cum senatu obuiam exercitui Seueri prodirent
et praetentis infulis rogarent, inanem *rem* contra barba-
6 ros milites parans. haec tamen agenti Iuliano Plautius
Quintillus consularis augur contradixit, adserens non de-
bere imperare eum, qui armis aduersario non posset re-
7 sistere. cui multi senatores consenserunt. quare iratus
Didius milites e castris petit, qui senatum ad obsequium
8 cogerent aut obtruncarent. sed id consilium displicuit.
neque enim decebat, ut, cum senatus hostem Seuerum
Iuliani causa iudicasset, eundem Iulianum pateretur in-
9 festum. quare meliore consilio ad senatum uenit petitque,
ut fieret senatus consultum de participatione imperii. quod
statim factum est.

7 Tunc omen, quod sibi Iulianus, cum imperium acci-
2 peret, fecerat, omnibus uenit in mentem. nam cum con-
sul designatus de eo sententiam dicens ita pronuntiasset:
'Didium Iulianum imperatorem appellandum esse censeo',
Iulianus suggessit: 'Adde et Seuerum', quod cognomen-
3 tum aui et proaui sibi Iulianus adsciuerat. ⟨Sunt tamen
qui dicant, nullum fuisse Iuliani consilium de obtruncando
senatu, cum tanta in eum senatus contulisset.⟩

4 Post senatus consultum statim Didius Iulianus unum ex
5 praefectis, Tullium Crispinum, misit. ipse autem tertium
fecit praefectum Veturium Macrinum; ad quem Seuerus lit-
6 teras miserat, ut esset praef. sed pacem simulatam esse

mannum *BPM* Marciam una *em. Mommsen* 2 lagati *BP*[1] 3 crispus *P*[1] 4 con *BP c. P*[3] misus *B* 8 rem *addidi* artem *add. Rösinger p. 5* 9 phaustius *BP* Faustius *M* Plautius *scripsi* 10 quantillus *BP* 25 habui *BP* 26 quid *B* 27 consuluisset *BP*

Digitized by Google

mandatamque caedem Seueri Tullio Crispino, praef. praeto-
rii, et populus locutus est et Seuerus suspicatus. denique 7
hostem se Iuliano Seuerus esse maluit quam participem
consensu militum. Seuerus autem statim et ad plurimos 8
Romam scripsit et occulto misit edicta, quae proposita
sunt. [Fuit praeterea in Iuliano haec amentia, ut per ma- 9
gos pleraque faceret, quibus putaret uel odium populi de-
leniri uel militum arma conpesci. nam et quasdam non 10
conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt et car-
mina profana incantauerunt et ea, quae ad speculum dicunt
fieri, in quo pueri praeligatis oculis incantato uertice re-
spicere dicuntur, Iulianus fecit. tuncque puer uidisse 11
dicitur et aduentum Seueri et Iuliani decessionem.] Et 8
Crispinus quidem cum occurrisset praecursoribus Seueri,
Iulio Laeto auctore a Seuero interemptus est. deiecta 2
sunt etiam consulta senatus. Iulianus conuocato se-
natu quaesitisque sententiis, quid facto opus esset, certi
nihil conperit a senatu. sed postea sponte sua gladiato- 3
res Capuae iussit armari per Lollianum Titianum et Clau-
dium Pompeianum e Tarracinensi ad participatum euo-
cauit, quod et gener imperatoris fuisset et diu militibus
praefuisset. sed hoc ille recusauit, senem se et debilem
luminibus respondens. transierant et ex Vmbria milites 4
ad Seuerum. et praemiserat quidem litteras Seuerus, qui- 5
bus iubebat interfectores Pertinacis seruari. breui autem 6
desertus est ab omnibus Iulianus et remansit in Palatio
cum uno de praefectis suis Geniali et genero Repentino.
actum est denique, ut Iuliano senatus auctoritate abroga- 7
retur imperium. et abrogatum est, appellatusque statim
Seuerus imperator, cum fingeretur, quod ueneno absump-

1 tantamque *BPM em. Vrs.* 4 militem *B* 7 uitaret *BPM em. Egn.* 10 ducunt *BP* 11 incantando *M* 12 tuncquem B^1P^1 15 Lacio *M* deleta *Bährens p. 651* reiecta *Klein p. 279* 16 e senatus BP^1 e senatu *M* consulta senatus *em. Gr.* conuocatis B^1 conuocata *P* 17 senatus *B* 19 cladium *P* 20 et arracinensi *BP* et Arratinensem *M* 27 geniau *B* 28 senatos *B* 30 fringeretur *B*

Digitized by Google

8 sisset Iulianus. missi tamen a senatu, quorum cura per
militem gregarium in Palatio idem Iulianus occisus est
9 fidem Caesaris implorans, hoc est Seueri. Filiam suam
potitus imperio dato patrimonio emancipauerat, quod ei
cum Augustae nomine statim sublatum est.

10 Corpus eius a Seuero uxori Manliae Scantillae ac filiae ad sepulturam est redditum et in proaui monumenta translatum miliario quinto uia Labicana.

9 **O**biecta sane sunt Iuliano haec: quod gulosus fuisset, quod aleator, quod armis gladiatoriis exercitus esset, eaque omnia senex fecerit, cum antea numquam adulescens his esset uitiis infamatus. obiecta est etiam superbia, cum ille etiam in imperio fuisset humillimus.
2 fuit autem contra humanissimus ad conuiuia, benignissimus ad suscriptiones, moderatissimus ad libertatem.

3 Vixit annis quinquaginta sex mensibus quattuor. im-
4 perauit mensibus duobus diebus quinque. ⟨Reprehensum
in eo praecipue, quod eos, quos regere auctoritate sua
debuerat, regendae rei p. sibi praesules ipse fecisset.⟩

se absump. *P t. Iord. M* 1 curam *BP*[1] 6 sanctilae *P*[1] 7 monimento *M* milario *B* 8 lauicana *BP* 13 in imperio *ante* superbia *transponit Oberdick p. 10* cum olim etiam in inferiores *Cornelissen p. 250* 14 iuit *B* ı//uit *P* iuit *M* 16 *ἔζησε δὲ ἑξήκοντά τε ἔτη καὶ μῆνας τέσσαρας καὶ ἡμέρας ἴσας Cass. Dio LXXIII 17,5* 19 reipre *B* rep̃ *P* didius iulianus explicit *BP* [*seq. in BP Commodus*]

Digitized by Google

AELI SPARTIANI

S E V E R V S

Interfecto Didio Iuliano Seuerus Africa oriundus im- 1
perium optinuit. cui ciuitas Lepti, pater Geta, maiores 2
equites Romani ante ciuitatem omnibus datam; mater
Fuluia Pia, patrui magni Aper et Seuerus, consulares,
auus maternus Macer, paternus Fuluius Pius fuere. Ipse 3
natus est Erucio Claro bis et Seuero conss. VI idus Apri- a. 899/145
les. In prima pueritia, priusquam Latinis Graecisque lit- 4
teris inbueretur, quibus eruditissimus fuit, nullum alium
inter pueros ludum nisi ad iudices exercuit, cum ipse
praelatis fascibus ac securibus ordine puerorum circum-
stante sederet ac iudicaret. octauo decimo anno publice 5
declamauit. postea studiorum causa Romam uenit, latum
clauum a diuo Marco petit et accepit, fauente sibi Septi-
mio Seuero adfini suo, bis iam consulari.

Cum Romam uenisset, hospitem nanctus, qui Hadriani 6
uitam imperatoriam eadem hora legeret, quod sibi omen fu-
turae felicitatis arripuit. habuit et aliud omen imperii. cum 7
rogatus ad cenam imperatoriam palliatus uenisset, qui toga-

1 incipit aeli spartiani seuerus *BP* Aelii Spartian Seuerus *M* 6 magnaper *BPM* Agrippa *M* magni Aper *Maduig p. 634* Macer, Aper *Renier compt. rend. de l'acad. d. bell. lett. ser. II t. II p. 412* 7 paternus Macer maternus Fuluius *Reg.* 8 id'. aprt. *B* III id. *C* 11 eum *B*P^1 12 ordine] corona *Cornelissen p. 250* circumstantes *B*P^1 13 punice *Suringar de autob. p. 48* 14 adclamauit *BPM* 15 septimo *B* 17 nanctus *P*

Digitized by Google

tus uenire debuerat, togam praesidiariam ipsius imperatoris
8 accepit. eadem nocte somniauit lupae se uberibus ut Re-
9 mum inhaerere uel Romulum. sedit et in sella imperato-
ria temere a ministro posita, ignarus quod non liceret.
10 dormienti etiam in stabulo serpens caput cinxit et sine
noxa expergefactis et adclamantibus familiaribus, abiit.

2 Iuuentam plenam furorum, nonnumquam et crimi-
2 num habuit. adulterii causam dixit absolutusque est a
Iuliano proconsule, cui et in proconsulatu successit et in
3 consulatu collega fuit et in imperio item successit. quae-
sturam diligenter egit omisso tribunatu militari. post
quaesturam sorte Baeticam accepit atque inde Africam
4 petit, ut mortuo patre rem domesticam conponeret. sed
dum in Africa est, pro Baetica Sardinia ei attributa est,
5 quod Baeticam Mauri populabantur. acta igitur quaestura
6 Sardiniensi legationem proconsulis Africae accepit. in qua
legatione cum eum quidam municipum suorum [Leptitanus]
praecedentibus fascibus ut antiquum contubernalem ipse
plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio eiusdem
praeconis cecidit: 'Legatum p. R. homo plebeius temere
7 amplecti noli.' ex quo factum, ut in uehiculo etiam legati
8 sederent, qui ante pedibus ambulabant. Tunc in quadam
ciuitate Africana, cum sollicitus mathematicum consuluis-
set, positaque hora ingentia uidisset astrologus, dixit ei:
9 'Tuam non alienam pone genituram.' cumque Seuerus
iurasset suam esse, omnia ei dixit, quae postea facta
3 sunt. Tribunatum plebis Marco imperatore decernente pro-
2 meruit eumque seuerissime exertissimeque egit. uxorem

5 cincxit *B* 6 familiariis B^1 habiit *B* habuit P^1 *exc.*[1] 7 iuuentam — habuit *P infra textum* 8 est *in P s. lin.* a *om.* B^1 11 omnis sortibus (*in P ras. post* i) natu *BP* omnibus *M* omnibus sortibus nactus militarem *Pet. Faber* egit. omnibus sortibus aptus *Oberdick p. 340 em. O. Hirschfeld p. 230* (*Golisch in Fleckeiseni ann. CXXVII p. 656*), *Wachsmuth ap. Perin. p. 34* omisso — militari *ponit ante* sorte 12 aficam B^1P 17 laeicitanus B^1 (— iis B^2) P^1 Leptitanus *uncis inclusi* 21 factum est *M* uehicula *BP* 26 ei *om.* B^1

tunc Marciam duxit, de qua tacuit in historia uitae pri-
uatae. cui postea in imperio statuas conlocauit. praetor 3
designatus a Marco est non in candida sed in conpetito-
rum grege anno aetatis XXXII. Tunc ad Hispaniam mis- 4
sus somniauit primo sibi dici, ut templum Tarraconense
Augusti, quod iam labebatur, restitueret. dein ex al- 5
tissimi montis uertice orbem terrarum Romamque de-
spexit concinentibus prouinciis lyra, uoce uel tibia. ludos
absens edidit. legioni IIII Scythicae dein praepositus 6
est circa Massiliam. post hoc Athenas petit studiorum sa- 7
crorumque causa et operum ac uetustatum. ubi cum in-
iurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his
factus minuendo eorum priuilegia iam imperator se ultus
est. deinde Lugdunensem prouinciam legatus accepit. 8
cum amissa uxore aliam uellet ducere, genituras sponsa- 9
rum requirebat, ipse quoque matheseos peritissimus, et
cum audisset esse in Syria quandam, quae id geniturae
haberet, ut regi iungeretur, eandem uxorem petit, Iuliam
scilicet, et accepit interuentu amicorum. ex qua statim
pater factus est. A Gallis ob seueritatem et honorificentiam 4
et abstinentiam tantum quantum nemo dilectus est. dein 2
Pannonias proconsulari imperio rexit. post hoc Siciliam
proconsularem sorte meruit. suscepitque Romae alterum
filium. in Sicilia quasi de imperio uel uates uel Cal- 3
daeos consuluisset, reus factus, sed a praefectis praetor.,
quibus audiendus datus fuerat, iam Commodo in odio ue-
niente absolutus est calumniatore in crucem acto. con- 4
sulatum cum Apuleio Rufino primum egit, Commodo se

1 histria *B* histia *P*[1] 2 statuas *om. B* 6 leuabatur *BPM* 8 concinnentibus *BP* prouincias *B*[1] tibio *BP* 10 in assiliam *B*[1] Moesiam *C* Syriam *S* Marsyam *uel* Emesam *Grotefend. diurn. ant. 1835 no. 37* Orima in Syria *Zumpt. comm. epigr. II p. 18* stadiorum *P*[1] 13 iam *fort. ex dittographia ortum* 15 dimissa *Cornelissen p. 251* 23 sorte tenuit *Cornelissen p. 251* 24 caldeos *BP* 25 est *BPM* sed *scripsi* a praefect. praetor *B* a praefect. praet. *P* a *om. M* 26 odium *M*

Digitized by Google

inter plurimos designante. post consulatum anno ferme
fuit otiosus; dein Laeto suffragante exercitui Germanico
5 praeponitur. proficiscens ad Germanicos exercitus hor-
tos spatiosos conparauit, cum antea aedes breuissimas
6 Romae habuisset et unum fundum in uicinia. in his
hortis cum humi iacens epularetur cum filiis parca cena,
pomaque adposita maior filius, qui tunc quinquennis erat,
conlusoribus puerulis manu largiore diuideret, paterque
illum reprehendens dixisset: 'parcius diuide, non enim
regias opes possides', quinquennis puer respondit: 'sed
7 possidebo' inquid. in Germaniam profectus ita se in ea
legatione egit, ut famam, nobilitatam iam ante, cu-
mularet.

5 Et hactenus rem militarem priuatus egit. dehinc a
Germanicis legionibus, ubi auditum est Commodum oc-
cisum, Iulianum autem cum odio cunctorum imperare,
multis hortantibus repugnans imperator est appellatus
2 apud Carnuntum idibus Augustis. qui etiam sestertia,
3 quod nemo umquam principum, militibus dedit. dein
firmatis, quas post tergum relinquebat, prouinciis Romam
iter contendit, cedentibus sibi cunctis, quacumque iter
fecit, cum iam Illyriciani exercitus et Gallicani cogentibus
4 ducibus in eius uerba iurassent. excipiebatur enim ab
5 omnibus quasi ultor Pertinacis. Per idem tempus auctore
Iuliano Septimius Seuerus a senatu hostis est appellatus,
legatis ad exercitum senatus uerbis missis qui iuberent,
6 ut ab eo milites senatu praecipiente discederent. et Se-

2 germano *BPM em. Bährens p. 651* 4 hedes *B* 5 Romae *om. P*[1] inuenit etiam *BPM* in Venetia *S* in uicinia *scripsi* (in uicinitate *Iord.*) in prouincia *Kellerbauer p. 627* Euenit etiam in his h. *Petschenig p. 36* 8 cum lusoribus *M* 10 quinquennies *B* 12 legatio *P*[1] nobilitatem *BP* nobilitatemque *M* 14 actenus *BP* 18 idibus April. *Baronius et Pagius adsentiente Clinton. f. R. I p. 192* 20 reliquerunt (ba) *B* 21 item *BP t. Iord.* idem *Petschenig p. 24* iterum *Georges in Fleckeis. ann. CXXIII p. 808* 22 illyrici *B*[1] (ani *in ras.*) gallicanis *BP* 25 septimus *P*[1] 26 iuberet *P* (*t. I.*)

uerus quidem cum audisset senatus consentientis aucto-
ritate missos legatos, primo pertimuit, postea id egit cor-
ruptis legatis, ut apud exercitum pro se loquerentur
transirentque in eius partes. his conpertis Iulianus se- 7
natus consultum fieri fecit de participando imperio cum
Seuero. incertum, uere id an dolo fecerit, cum iam ante 8
misisset notos ducum interfectores quosdam, qui Seuerum
occiderent, ita ut ad Pescennium Nigrum interficiendum
miserat, qui et ipse imperium contra eum susceperat auc-
toribus Syriacis exercitibus. uerum Seuerus euitatis 9
eorum manibus, quos ad se interficiendum Iulianus mise-
rat, missis ad praetorianos litteris signum uel deserendi
uel occidendi Iuliani dedit statimque auditus est. nam et 10
Iulianus occisus est in Palatio, et Seuerus Romam inuita-
tus. ita, quod nulli umquam contigit, nutu tantum Seue- 11
rus uictor est factus armatusque Romam contendit.

Occiso Iuliano cum Seuerus in castris et tentoriis 6
quasi per hosticum ueniens adhuc maneret, centum sena-
tores legatos ad eum senatus misit ad gratulandum ro-
gandumque. qui ei occurrerunt Interamnae armatumque 2
circumstantibus armatis salutarunt excussi, ne quid ferri
haberent. et postera die occurrente omni famulicio au- 3
lico, septuagenos uicenos aureos legatis dedit eosdemque 4
praemisit facta potestate, si qui uellent remanere ac se-
cum Romam redire. fecit etiam statim praefectum prae- 5
torii Flauium Iuuenalem, quem etiam Iulianus tertium
praefectum sibi adsumpserat. Interim Romae ingens tre- 6
pidatio militum ciuiumque, quod armatus contra eos Se-
uerus ueniret, qui se hostem iudicassent. His accessit 7
quod comperit Pescennium Nigrum a Syriacis legionibus
imperatorem appellatum. cuius edicta et litteras ad po- 8
pulum uel senatum intercepit per eos, qui missi fuerant,
ne uel proponerentur populo uel legerentur in curia.

2 pertinuit *B*[1] 5 consulatum *BP*[1] fecit fieri *M*
6 uero *B* 7 mississent *B* misissent *P* 15 nutuantum *B*
22 famulitio *BP* 23 eosdem *M* 25 praef. praet. *M*

9 eodem tempore etiam de Clodio Albino sibi substituendo
cogitauit, cui Caesarianum decretum † aut Commodia-
10 num uidebatur imperium. sed eos ipsos pertimescendo,
quibus recte inuidebat, Heraclitum ad optinendas Brit-
tanias, Plautianum ad occupandos Nigri liberos misit.
11 cum Romam Seuerus uenisset, praetorianus cum subar-
malibus inermes sibi iussit occurrere. eosdem sic ad
tribunal uocauit armatis undique circumdatis.
7 Ingressus deinde Romam armatus cum armatis mili-
tibus Capitolium ascendit. inde *in* Palatium eodem habitu
perrexit praelatis signis, quae praetorianis ademerat, su-
2 pinis, non erectis. tota deinde urbe milites in templis, in
porticibus, in aedibus Palatinis quasi in stabulis manse-
3 runt, fuitque ingressus Seueri odiosus atque terribilis,
cum milites inempta diriperent, uastationem urbi minan-
4 tes. alia die armatis stipatus non solum militibus sed
etiam amicis in senatum uenit. in curia reddidit ratio-
nem suscepti imperii causatusque est, quod ad se occi-
5 dendum Iulianus notos ducum caedibus misisset. fieri
etiam senatus consultum coegit, ne liceret imperatori
6 inconsulto senatu occidere senatorem. sed cum in se-
natu esset, milites per seditionem dena milia poposce-
runt a senatu, exemplo eorum qui Augustum Octauia-
7 num Romam deduxerant tantumque acceperant. et cum
eos uoluisset conprimere Seuerus nec potuisset, tamen
8 mitigatos addita liberalitate dimisit. Funus deinde cen-
sorium Pertinacis imagini duxit eumque inter diuos sa-

2 decretum iam a Commodo uidebatur imp. *conieceram* decretum a Commodo nomen uidebat et imperium *Mommsen* decretum auctore Commodo iam nomen uidebatur et imp. *Oberdick p. 341* decretum aput Commodum (iam?) uid. imp. *Maduig p. 634* 3 pertimescende $B^1 P$ pertimescens de $B^2 M$ pertimescendo *P corr. t. Iord. cod. Murbac.* 4 iudicabat *BPM* inuidebat *scripsi in Fleckeis. ann. CXXVIIII p. 78* Brittanias] Bithynias *S coll. XI 5,2, at cf. Fleckeiseni ann. l. s.* 5 occupandas *B* 10 in *om. BPM* 15 inempto *Petschenig p. 24* 21 inconsulto *P* (u *postea eras.*) senato P^1 25 eos *om.* B^1 26 addicta *Oberdick p. 341*

Digitized by Google

crauit, addito flamine et sodalibus Heluianis, qui Marciani
fuerant. se quoque Pertinacem uocari iussit, quamuis 9
postea id nomen aboleri uoluerit quasi omen. Amicorum
dehinc aes alienum dissoluit. filias suas dotatas maritis 8
Probo et Aetio dedit. et cum Probo genero suo praefec-
turam urbi optulisset, ille recussauit dixitque minus sibi
uideri praefectum esse quam principis generum. utrum- 2
que autem generum statim consulem fecit, utrumque di-
tauit. Alia die ad senatum uenit et amicos Iuliani incusa- 3
tos proscriptioni ac neci dedit. causas plurimas audiuit. 4
accusatos a prouincialibus iudices probatis rebus grauiter
puniuit. rei frumentariae, quam minimam reppererat, 5
ita consuluit, ut excedens uita septem annorum canonem
p. R. relinqueret.

Ad orientis statum confirmandum profectus est, nihil 6
adhuc de Nigro palam dicens. ad Africam tamen legiones 7
misit, ne per Libyam atque Aegyptum Niger Africam oc-
cuparet ac p. R. penuria rei frumentariae perurgueret.
Domitium Dextrum in locum Bassi praefectum urbi reli- 8
quit atque intra triginta dies, quam Romam uenerat, est
profectus. egressus ab urbe ad Saxa rubra seditionem 9
ingentem ob locum castrorum metandorum ab exercitu
passus est. occurrit ei et statim Geta frater suus, quem 10
prouinciam sibi creditam regere praecepit aliud speran-
tem. Nigri liberos ad se adductos in eo habuit honore, 11
quo suos. miserat sane legionem, quae Graeciam Thra- 12
ciamque praeciperet, ne eas Pescennius occuparet, sed
iam Byzantium Niger tenebat. Perinthum etiam Niger 13
uolens occupare plurimos de exercitu interfecit atque
ideo hostis cum Aemiliano est appellatus. cumque Seue- 14

1 flammine *B* heluianos *BP* 3 quae omen *BP* querimonia *M em. I. Bernays* (*Iord.*) 4 alienos *BP* 5 prouo *B*P^1 (*bis*) genere *B*P^1 6 recusauit *P* 13 ipse uita *M* anonem B^2 annonam *cod. Put.* (*I. I. Müller ap. Zarnck. Centralbl. 1872 col. 500*) 17 lybiam *BP* 18 ac pater *M* 19 praefecti *BPM em. Mommsen* 24 accepit *BP* 26 trhaciamque *BP* 27 praeriperet *M* 28 byzantiam *BP*

Digitized by Google

15 rum ad participatum uocaret, contemptus est. promisit
sane Nigro tutum exilium, si uellet, Aemiliano autem
16 non ignouit. Aemilianus dehinc uictus in Hellesponto a
Seueri ducibus Cyzicum primum confugit atque inde in
17 aliam ciuitatem, in qua eorum iussu occisus est. fusae
9 sunt item copiae ab isdem ducibus etiam Nigri. his audi-
tis ad senatum Seuerus quasi confectis rebus litteras mi-
sit. dein conflixit cum Nigro eumque apud Cyzicum in-
2 teremit caputque eius pilo circumtulit. filios Nigri post
hoc, quos suorum liberorum cultu habuerat, in exilium
3 cum matre misit. litteras ad senatum de uictoria dedit.
neque quemquam senatorum, qui Nigri partium fuerant,
4 praeter unum supplicio adfecit. Antiochensibus iratior
fuit, quod et administrantem se in orientem riserant et
5 Nigrum etiam uictum iuuerant. denique multa his ademit.
Neapolitanis etiam Palaestinensibus ius ciuitatis tulit,
6 quod pro Nigro diu in armis fuerunt. in multos saeue
animaduertit, praeter ordinem senatorium, qui Nigrum
7 fuerant secuti. multas etiam ciuitates eiusdem partis in-
8 iuriis adfecit et damnis. eos senatores occidit, qui cum
Nigro militauerant ducum uel tribunorum nomine. deinde
circa Arabiam plura gessit, Parthis etiam in dicionem red-
actis nec non etiam Adiabenis, qui quidem omnes cum
10 Pescennio senserant. atque ob hoc reuersus triumpho
delato appellatus est Arabicus Adiabenicus Parthicus.
11 sed triumphum respuit, ne uideretur de ciuili trium-
phare uictoria. excusauit et Parthicum nomen, ne Par-
thos lacesseret.

5 iusu *B* fusae — Nigri *delet Gemoll p. 5* 6 hisdem *BP* 7 Seuerus Pertinax *M* 8 apud Cyrrhum *uel* apud Cilicam *I. I. Müller ap. Zarnck. Centralbl. 1872 col. 500, at cf. Philol. XLIII p. 186* 13 anthiocensibus *BP* 14 *an* in oriente inriserant? 15 uictu *uolg.* ademit iura *Oberdick p. 341* 17 se *BP om. M* seuere *cod. Riccardianus a. m. s.* saeue *scripsi*; *an* Seuerus? et *Petschenig p. 37* 23 adiauenis *BP*[1] 25 adiauenicus *BP*[1] 27 recusauit *M* 28 lacesserat *BP*[1]

Digitized by Google

Redeunti sane Romam post bellum ciuile Nigri aliud 10
bellum ciuile Clodi Albini nuntiatum est, qui rebellauit
in Gallia. quare postea occisi sunt *filii Nigri* cum matre.
Albinum igitur statim hostem iudicauit et eos, qui ad illum 2
mollius uel scripserunt uel rescripserunt. et cum iret 3
contra Albinum, in itinere apud Viminacium filium suum
maiorem Bassianum adposito Aurelii Antonini nomine
Caesarem appellauit, ut fratrem suum Getam ab spe im-
perii, quam ille conceperat, summoueret. et nomen qui- 4
dem Antonini idcirco filio adposuit, quod somniauerat
Antoninum sibi successurum. unde Getam etiam quidam 5
Antoninum putant dictum, ut et ipse succederet in im-
perio. aliqui putant idcirco illum Antoninum appellatum, 6
quod Seuerus ipse in Marci familiam transire uoluerit.
et primo quidem ab Albinianis Seueri duces uicti sunt. 7
tunc sollicitus cum consuleret, a Pannoniacis auguribus
comperit se uictorem futurum, aduersarium uero nec in
potestatem uenturum neque euasurum [sed iuxta aquam
esse periturum]. multi statim amici Albini deserentes ue- 8
nere, multi duces capti sunt, in quos Seuerus animad-
uertit. Multis interim uarie gestis in Gallia primo apud 11
Tinurtium contra Albinum felicissime pugnauit Seuerus.
cum quidem ingens periculum equi casu adit, ita ut mor- 2
tuus ictu plumbeae crederetur, ita ut alius iam paene im-
perator ab exercitu diligeretur. eo tempore lectis actis, 3
quae de Clodio Celsino laudando, qui Adrumetinus et ad-
finis Albini erat, facta sunt, iratus senatui Seuerus, quasi
hoc Albino senatus praestitisset, Commodum inter diuos
referendum esse censuit, quasi hoc genere se de senatu
posset ulcisci. primusque inter milites diuum Commodum 4

3 filii Nigri *om. BP* *fort.* quare — matre *ex. marg. in textum inrepserunt* (*coll. XI 6,1*) 9 quidam *B* 15 albiani *B* albiniani P^1 *c.* P^3 16 pannoniciacis *BP* Pannonicianis *S* 18 sed iuxta — periturum *ad Albinum* (*cf. XII 9,2*) *a Pescennio* (*cf. XI 9,5*) *falso translata sunt* 22 dinurtium *B* Trinurtium *uolg.* 23 cadit *BP* 25 dilegeretur B^1 delegeretur B^2 deligeretur *M*

Digitized by Google

pronuntiauit idque ad senatum scripsit addita oratione
5 uictoriae. senatorum deinde, qui in bello erant interempti,
6 cadauera dissipari iussit. deinde Albini corpore adlato
paene seminecis caput abscidi iussit Romamque deferri
7 idque litteris prosecutus est. uictus est Albinus die XI
kal. Martias. reliquum autem cadauer eius ante domum
8 propriam exponi ac diu uideri iussit. equum praeterea ipse
residens supra cadauer Albini egit expauescentemque ad-
9 monuit et effrenatum, ut audacter protereret. addunt alii,
quod idem cadauer in Rhodanum abici praecepit, simul
12 etiam uxoris liberorumque eius. Interfectis innumeris
Albini partium uiris, inter quos multi principes ciuitatis,
multae feminae inlustres fuerunt, omnium bona publicata
sunt aerariumque auxerunt; tum et Hispanorum et Gal-
2 lorum proceres multi occisi sunt. denique militibus tan-
3 tum stipendiorum quantum nemo principum dedit. filiis
etiam suis ex hac proscriptione tantum reliquid quantum
nullus imperatorum, cum magnam partem auri per Gallias,
4 per Hispanias, per Italiam imperator iam fecisset. tunc-
que primum priuatarum rerum procuratio constituta est.
5 ⸢Multi sane post Albinum fi dm ei seruantes bello a Seuero
6 superati sunt. eodem tempore etiam legio Arabica defe-
cisse ad Albinum nuntiata est.⸣
7 Vltus igitur grauiter Abinianam defectionem inter-
fectis plurimis, genere quoq eius extincto iratus Romam
8 et populo et senatoribus uenit. Commodum in senatum
et contionem laudauit, deum appellauit, infamibus displi-
9 cuisse dixit, ut appareret eum apertissime furere. post
hoc de sua clementia disseruit, cum crudelissimus fuerit
13 et senatores infra scriptos occiderit. Occidit autem sine

3 cadauer B^1 de alb. B^1 adlata B^1P^1 4 capud *B* 5 litteras *B* 6 kl̄. mar̃ *B* 7 diuidere *BPM em. S* denudari *Obrecht* praetoriam ac diu iacere *Kellerbauer p. 627* 9 ut et effrenatum aud. *BPM em. S* 10 quo quidem B^1 hrodanum *B* 14 cum eis et P^3M 20 constuta B^1P (*t. Iord.*) 26 et *om. M* Romam uenit *M* ei sen. B^1 in senatu et concione *M* 28 apparet BP^1 *c.* P^3

Digitized by Google

causae dictione hos nobiles: Mummium Secundinum,
Asellium Claudianum, Claudium Rufum, Vitalium Vic-
torem, Papium Faustum, Aelium Celsum, Iulium Ru- 2
fum, Lollium Professum, Aurunculeium Cornelianum,
Antoninum Balbum, Postumium Seuerum, Sergium Lu-
stralem, Fabium Paulinum, Nonium Gracchum, Masti- 3
cium Fabianum, Casperium Agrippinum, Ceionium Al-
binum, Claudium Sulpicianum, Memmium Rufinum, Ca- 4
sperium Aemilianum, Cocceium Verum, Erucium Cla-
rum, L. Stilonem, Clodium Rufinum, Egnatuleium Hono- 5
ratum, Petronium Iuniorem, Pescennios Festum et Vera- 6
tianum et Aurelianum et Materianum et Iulianum et Albi-
num, Cerellios Macrinum et Faustinianum et Iulianum,
Herennium Nepotem, Sulpium Canum, Valerium Catulli- 7
num, Nouium Rufum, Claudium Arabianum, Marcum Asel-
lionem. ⟨Horum igitur tantorum ac tam inlustrium uiro- 8
rum, nam multi in his consulares, multi praetorii, omnes
certe summi uiri fuere, interfector ab Afris ut deus ha-
betur.⟩ Cincium Seuerum calumniatus est, quod se ue- 9
neno adpetisset, atque ita interfecit. Narcissum dein, 14
Commodi strangulatorem, leonibus obiecit. multos prae-
terea obscuri loci homines interemit praeter eos, quos uis
proelii absumpsit. post haec, cum se uellet commendare 2
hominibus, uehicularium munus a priuatis ad fiscum tra-
duxit. Caesarem dein Bassianum Antoninum a senatu 3
appellari fecit decretis imperatoriis insignibus. ru- 4
mor deinde belli Parthici extitit. patri, matri, auo et
uxori priori per se statuas conlocauit. Plautianum ex 5
amicissimo cognita eius uita ita odio habuit, ut et hostem

6 nonnium *BPM* graccum *BP* Graecum *M* Mastium *M* 8 casperi *BP*[1] 13 faustinum *B*[1] 14 Sulpicium *M* 19 Cingius *VII 20,3* 20 ita *om. B* 22 ius *M* 23 adsumpsit *B* 26 iussit *M* rumore *BPM* 27 extiti *BP* exstincto *M* rumor — extitit *Petschenig p. 45* rumore deinde b. Parthici . . . . . propinquis extinctis patri *Friedländer ind. lect. aest. Regim. 1871 p. IIII* (*Darstell.*[5] *III p. 228*) pari *B*

publicum appellaret et depositis statuis eius per orbem
terrae graui eum insigniret iniuria, iratus praecipue, quod
inter propinquorum et adfinium Seueri simulacra suam
6 statuam ille posuisset. Palaestinis poenam remisit, quam
7 ob causam Nigri meruerant. Postea iterum cum Plau-
tiano in gratiam redit et ueluti ouans urbem ingressus
cum eo Capitolium petit, quamuis et ipsum procedenti
8 tempore occiderit. Getae minori filio togam uirilem de-
9 dit, maiori Plautiani filiam uxorem iunxit. i, qui hostem
publicum Plautianum dixerant, deportati sunt. ita omnium
10 rerum semper quasi naturali lege mutatio est. filios dein
11 consules designauit. Getam fratrem extulit. profectus
dehinc ad bellum Parthicum est edito gladiatorio munere
12 et congiario populo dato. ⟨Multos inter haec causis uel ue-
13 ris uel simulatis occidit. damnabantur autem plerique,
cur iocati essent, alii, cur tacuissent, alii, cur pleraque
figurate dixissent, ut 'Ecce imperator uere nominis sui,
uere Pertinax, uere Seuerus'.⟩

15 Erat sane in sermone uolgari Parthicum bellum ad-
fectare Septimium Seuerum, gloriae cupiditate non aliqua
2 necessitate deductum. traiecto denique exercitu a Brun-
disio continuato itinere uenit in Syriam Parthosque sum-
3 mouit. sed postea in Syriam redit, ita ut se pararet ac
4 bellum Parthis inferret. inter haec Pescennianas reli-
quias Plautiano auctore persequebatur, ita ut nonnullos
etiam ex amicis suis quasi uitae suae insidiatores appete-
5 ret. multos etiam, quasi Caldaeos aut uates de sua sa-
lute consuluissent, interemit, praecipue suspectans unum-
quemque idoneum imperio, cum ipse paruulos adhuc filios

3 sua statum B^1 4 palestinis *BP* 5 nigro *BP* emeruerant *Petschenig p. 24* plautio *BPM* 6 rediit P^2 (it *in ras.*) ingressum *BP* 7 cum eo *addidi* 9 iuncxit *BP* hii *B* hi *PM* 11 quase BP^1 12 profectos BP^1 16 cum ioc. P^2 17 figurata *BP* figura *M* figurate *exc.* esse *BPM* ecce *em. Gr.* 18 uero B^1 21 trahecto B^1 23 ad b. P. inferre *S* (*Krauss p. 14*) 27 caldeos *B* 28 suspectos *BPM em. C* suspectus *S*

Digitized by Google

haberet idque dici ab his uel crederet uel audiret, qui
sibi augurabantur imperium. denique cum occisi essent 6
nonnulli, Seuerus se excusabat et post eorum mortem
negabat fieri iussisse, quod factum est. quod de Laeto
praecipue Marius Maximus dicit. ⟦Cum soror sua Lepti- 7
tana ad eum uenisset uix Latine loquens, ac de illa mul-
tum imperator erubesceret, dato filio eius lato clauo at-
que ipsi multis muneribus redire mulierem in patriam
praecepit, et quidem cum filio, qui breui uita defunc-
tus est.⟧

Aestate igitur iam exeunte Parthiam ingressus Ctesi- 16
fontem pulso rege peruenit et cepit hiemali prope tem-
pore, quod in illis regionibus melius per hiemem bella
tractantur, cum † culparum radicibus milites uiuerent atque
inde morbos aegritudinesque contraherent. quare cum 2
obsistentibus Parthis, fluente quoque per insuetudinem
cibi aluo militum longius ire non posset, tamen perstitit
et oppidum cepit et regem fugauit et plurimos interemit
et Parthicum nomen meruit. ideo etiam filium eius 3
Bassianum Antoninum, qui Caesar appellatus iam fuerat,
annum XIII agentem participem imperii dixerunt milites.
Getam quoque, minorem filium, Caesarem dixerunt, eun- 4
dem Antoninum, ut plerique in litteras tradunt, appellan-
tes. harum appellationum causa donatiuum militibus lar- 5
gissimum dedit concessa omni praeda oppidi Parthici,
quod milites quaerebant, inde in Syriam redit uictor et 6
Parthicum deferentibus sibi patribus triumphum idcirco
recusauit, quod consistere in curru adfectus articulari

3 nonnullis BP^1 5 dit P^1 9 precoepit *B* quibus peui B^1 (reui B^2) quibus seui *PM* 11 est hesifontem B^1 thesifontem B^2PM 14 herbarum *Egnat.* caeparum *Kellerbauer p. 627* caepularum *Vnger p. 495* palmarum *Klussmann de Alber. myth. cod. Goth. p. 24* 17 albo *B* 19 ob *BP* ob hoc *M* ideo *scripsi* 23 littoras B^1 appellante *BP* 24 horum *B* appellatione B^1 26 et] *malim* sed parthicus *BP* et Parthicus. deferent. *distinguit Mommsen* 28 curfu B^1P^1 cursu B^2 affectos BP^1

7 morbo non posset. filio sane concessit, ut triumpharet;
cui senatus Iudaicum triumphum decreuerat, idcirco quod
8 et in Syria res bene gestae fuerant a Seuero. dein cum
Antiochiam transisset, data uirili toga filio maiori secum
a. 955/202 eum consulem designauit, et statim in Syria consulatum
9 inierunt. post hoc dato stipendio cumulatiore militibus
17 Alexandriam petit. In itinere Palaestinis plurima iura
fundauit. Iudaeos fieri sub graui poena uetuit. idem
2 etiam de Christianis sanxit. deinde Alexandrinis ius bu-
leutarum dedit, qui sine publico consilio ita ut sub regi-
3 bus ante uiuebant, uno iudice contenti, *quem* Caesar de-
4 disset. multa praeterea his iura mutauit. iucundam sibi
peregrinationem hanc propter religionem dei Sarapidis et
propter rerum antiquarum cognitionem et propter noui-
tatem animalium uel locorum fuisse Seuerus ipse postea
semper ostendit. nam et Memfim et Memnonem et pira-
mides et labyrinthum diligenter inspexit.
5 ||Et quoniam longum est minora persequi, huius ma-
gnifica illa: quod uicto et occiso Iuliano praetorianas co-
hortes exauctorauit, Pertinacem contra uoluntatem mili-
tum in deos rettulit, Saluii Iuliani decreta iussit aboleri;
6 quod non optinuit. denique cognomentum Pertinacis non
tam ex sua uoluntate atque morum parsimonia uidetur
7 habuisse. nam et infinita multorum caede crudelior habi-
tus et, cum quidam ex hostibus eidem se suppliciter op-

1 sane *om.* B^1 2 idcirco recusauit quod consistere res B^1 3 gesti B^1 4 antiochia *B* 7 palestinis *BP* fundicuit *BP* 8 poenam *B* 9 de etiam B^1 cristianis *P* 9 sancxit *B* 11 quem *om.* BP^1 *add.* P^3 dedit B^1 15 bello eorum *BPM* 16 nemnonem B^1 18 minorem P^1 21 saluti *BP* 22 cognomentom P^1 23 quam ex *BPM* ac *S* atque *scripsi* (*coll. Aur. Vict. Caes. 20,10, quocum 17,5 — 19,4 saepe ad uerbum concinunt*) passimonia B^1P^1 quam ex morum acrimonia *Lipsius* (*Cornelissen p. 251*) 25 optulissetque dixisset *BPM* optulisset atque d. *Hertz p. 260* quae dixisset, illico facturus, non moll. *Maduig p. 634* quid facturus esset, si ipse esset, non moll. *Hertz l. s.* optulisset conclusissetque dicens se uelle, ipse quod fact.

tulisset *at*que dixisset ille .... quod facturus esset, non
emollitus tam prudente dicto interfici eum iussit. fuit prae- 8
terea delendarum cupidus factionum, prope a nullo con-
gressu *digressus* nisi uictor. Persarum regem Abgarum 18
subegit. Arabas in dicionem accepit. Adiabenos in tri-
butarios coegit. Brittaniam, quod maximum eius impe- 2
rii decus est, muro per transuersam insulam ducto utrim-
que ad finem Oceani muniuit. unde etiam Brittanici no-
men accepit. Tripolim, unde oriundus erat, contunsis belli- 3
cosissimis gentibus securissimam reddidit ac p. R. diur-
num oleum gratuitum et fecundissimum in aeternum
donauit.

Idem cum inplacabilis delictis fuit, tum ad eri- 4
gendos industrios quosque iudicii singularis. Philoso- 5
phiae ac dicendi studiis satis deditus, doctrinae quoque
nimis cupidus. latronum ubique hostis. uitam suam pri- 6
uatam publicamque ipse conposuit ad fidem, solum ta-
men uitium crudelitatis excussans. De hoc senatus ita 7
iudicauit illum aut nasci non debuisse aut mori, quod et
nimis crudelis et nimis utilis rei publicae uideretur. Domi 8
tamen minus cautus, qui uxorem Iuliam famosam adulte-
riis tenuit, ream etiam coniurationis. idem, cum pedibus 9
aeger bellum moraretur, idque milites anxie ferrent eius-
que filium Bassianum, qui una erat, Augustum fecissent,

Vnger p. 211 est moll. *BP* esset m. *M* emollitus *Vnger l. s.* 1 illi *C post* ille *lacunam significaui hanc fere sententiam fuisse ratus* se nihil aliud fecisse quam ipse (*i. e. Seuerus*) quod facturus fuisset. *cf. Aur. Vict. Caes. 20,11* quid, quaeso, faceres, si tu esses? *uolg.* quid tu facturus es? 2 pudente *Vnger l. s.* 4 digressus *add. C* discessit *Richter p. 27* (*Kellerbauer p. 628*) *ex Aur. Vict. Caes. 20,14* 5 dictionem *M* adiauenas *BPM* 7 utrumque *BP* uterque *M* 10 ac pacem *M* diuturnam *BPM emend. ex Reg. C* 11 facundissimum *BPM emend. ex Reg. C* ei iucundissimum *Mommsen* et pacem fundatissimam *Rösinger p. 5* abundatissimum *O. Hirschfeld Philol. XXVIIII p. 19* et lacum profundissimum *Madvig p. 635* 14 iudiciis *B* singul//aris *P* 18 excusans *P* 22 eam *BPM em. S e Vict. l. s. s. 20,23* 24 erant *BPM*

tolli se atque in tribunal ferri iussit, adesse deinde omnes
tribunos, centuriones, duces et cohortes, quibus auctoribus
id acciderat, sisti deinde filium, qui Augusti nomen accepe-
10 rat. cumque animaduerti in omnes auctores facti praeter
filium iuberet rogareturque *uenia*m omnibus ante tribunal
11 prostratis, caput manu contingens ait: 'Tandem sentitis
caput imperare, non pedes.' Huius dictum est, cum eum
ex humili per litterarum et militiae officia ad imperium
plurimis gradibus fortuna duxisset: 'Omnia', inquid, 'fui
et nihil expedit.'

19 Perit Eboraci in Brittania subactis gentibus, quae Brit-
taniae uidebantur infestae, anno imperii XVIII, morbo gra-
2 uissimo extinctus, iam senex. Reliquid filios duos, Anto-
ninum Bassianum et Getam, cui et ipsi in honorem Marci
3 Antonini nomen inposuit. inlatus sepulchro Marci Anto-
nini, quem ex omnibus imperatoribus tantum coluit, ut
et Commodum in diuos referret et Antonini nomen omni-
4 bus deinceps quasi Augusti adscribendum putaret. ipse
a senatu agentibus liberis, qui ei funus amplissimum ex-
hibuerunt, inter diuos est relatus.

5 Opera publica praecipua eius extant Septizonium et
thermae Seuerianae, eiusdemque etiam ianuae in Trans-
tiberina regione ad portam nominis sui, quarum forma
intercidens statim usum publicum inuidit.

6 Iudicium de eo post mortem magnum omnium fuit,
maxime quod diu nec a filiis eius boni aliquid rei p. uenit,
et postea inuadentibus multis rem p. res Romana prae-
donibus direptui fuit.

3 accederat *BP* 5 rogareturquem *BP* rogareturque *M* rogareturque ueniam *Klein p. 146 coll. Aur. l. s. 20,26* 6 manu *om. B* 9 dixisset B^1 11 euoraci BP^1 brittannia *P* brittanniae *BP* 12 infertae B^1 15 inlegatus *BP* 17 diuus B^1 diuos B^2 refer̄et *B* omnibus deinceps omnibus *B fort.* nominibus, imperatoribus *Oberdick p. 341* 18 ipsi *M* 19 liberisque *BPM em. S* eius B^2M exhibitum fuit *M* 21 praecipue *BPM em. S* 22 eius denique *PM* iane *B* ianae *P* ianus *M* Iani — quorum *C* ianuae *Egn.* balueae *Becker ant. rom. I p. 213*

Hic tam exiguis uestibus usus est, ut uix et tunica eius 7
aliquid purpurae haberet, cum hirta clamyde umeros uelaret.
cibi parcissimus, leguminis patrii auidus, uini aliquando 8
cupidus, carnis frequenter ignarus. ipse decorus, ingens, 9
promissa barba, cano capite et crispo, uultu reuerendus,
canorus uoce, sed Afrum quiddam usque ad senectutem
sonans. || ⟨Ac multum post mortem amatus uel inuidia de- 10
posita uel crudelitatis metu.⟩

|| Legisse me apud Helium Maurum Phlegontis Hadriani 20
libertum memini Septimium Seuerum inmoderatissime,
cum moreretur, laetatum, quod duos Antoninos pari im-
perio rei p. relinqueret, exemplo Pii, qui Verum et Mar-
cum Antoninos per adoptionem filios rei p. reliquid, hoc 2
melius quod ille filios per adoptionem, hic per se genitos
rectores Romanae rei p. daret: Antoninum scilicet Bas-
sianum quidem ex priore matrimonio susceperat et
Getam de Iulia genuerat. sed illum multum spes fefel- 3
lit. nam unum parricidium, alterum sui mores rei p. in-
uiderunt, sanctumque illud nomen in nullo diu bene
mansit. Et reputanti mihi, Diocletiane Auguste, neminem 4
† facere prope magnorum uirorum optimum et utilem
filium reliquisse satis claret. denique aut sine liberis ue- 5
ris interierunt aut tales habuerunt plerique, ut melius
fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere. et 21
ut ordiamur a Romulo: hic nihil liberorum reliquid, ni-
hil Numa Pompilius, quod utile posset esse rei p. quid
Camillus? num sui similes liberos habuit? quid Scipio?
quid Catones qui magni fuerunt? iam uero quid de Ho- 2

1 tamen *B exc. M* exiguis *BPM fort.* exilibus uixit *BP* uix *M em. S* 2 umero *BP* ualeret *BPM* 4 decorus elegans *Cornelissen p. 251* 5 referendus B^1 9 Maurum] *in P prius* u *in ras.* 16 quidem *om. M* quem *Egn.* 17 quem *post* Getam *add. Egnat.* 18 rep̄ P^1 19 diu remansit *Gemoll p. 5* 21 facere *om. M* fere *em. S* (*ita etiam cod. Riccardianus a. s. m.*) *et deleuit* prope; neminem (fateri prope piget) magnorum *Vnger p. 211* 22 uiri *BPM* ueris *S* 24 discederet *B*

mero, Demosthene, Vergilio, Crispo, [et] Terentio, Plauto
ceterisque aliis loquar? quid de Caesare? quid de Tullio,
3 cui soli melius fuerat liberos non habere? quid de Au-
gusto, qui nec adoptiuum bonum filium habuit, cum illi
eligendi potestas fuisset ex omnibus? falsus est etiam ipse
4 Traianus in suo municipe ac nepote diligendo. sed ut
omittamus adoptiuos, ne nobis Antonini Pius et Marcus,
numina rei publicae, occurrant, ueniamus ad genitos.
5 quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquis-
6 set heredem? quid Seuero Septimio, si Bassianum nec
genuisset? qui statim insimulatum fratrem insidiarum
contra se cogitatarum parricidali etiam figmento intere-
7 mit; qui nouercam suam — et quid nouercam? matrem quin
immo, in cuius sinu Getam filium eius occiderat, uxorem
8 duxit; qui Papinianum, iuris asylum et doctrinae legalis
thesaurum, quod parricidium excusare noluisset, occidit,
et praefectum quidem, ne homini per se et per scientiam
9 suam magno deesset et dignitas. denique, ut alia omit-
tam, ex huius moribus factum puto, *ut* Seuerus tristior uir
ad omnia, immo etiam crudelior pius et dignus deorum
10 altaribus duceretur. qui quidem diuinam Sallusti oratio-
Iug. c. 10 nem, qua Micipsa filios ad pacem hortatur, ingrauatus
morbo misisse filio dicitur maiori. idque frustra .... et
11 hominem tantum ualitudine. uixit denique in odio populi
diu Antoninus, nomenque illud uenerabile diu minus amatum
est, quamuis et uestimenta populo dederit, unde Caracal-

1 demostene *BP* et *del. misc. obs. IIII p. 228* terrentio *BP* 3 soli] non soli *misc. obs. l. s.* 5 elegendi *BP* 8 columina *Kellerbauer p. 628* 9 quod B^1 non *om.* P^1 10 non gen. *M* 13 ecquid *Petschenig p. 24* 15 regalis *BPM* 17 sciam P^1 18 deesse BP^1 19 ut *om. BP* 21 diuinam] diu immo *BPM* salusti P^1 oratione B^1P 22 mihi ipsa BP^1 23 frusta *BP lacunam post* frustra *significauit C* ad hominem tanta ingratitudine *Oberdick p. 341* et omine tantum ualituram *Maduig p. 635* cum moneret hominem laetantem sua ualitudine *Rösinger p. 6* idque frustrante molimen tantum ualitudine uixit *Vnger p. 495* 24 populo *B*

Digitized by Google

lus est dictus, et thermas magnificentissimas fecerit. ex- 12
tat sane Romae Seueri porticus gesta eius exprimens a
filio, quantum plurimi docent, structa.‖

‖Signa mortis eius haec fuerunt: ipse somniauit quat- 22
tuor aquilis et gemmato curru praeuolante nescio qua in-
genti humana specie ad caelum esse raptum; cumque ra-
peretur, octoginta et nouem numeros explicuisse, ultra
quot annos ne unum quidem annum uixit, nam ad impe-
rium senex uenit; cumque positus esset in circulo ingenti 2
aereo, diu solus et destitutus stetit, cum uereretur autem,
ne praeceps rueret, a Ioue se uocatum uidit atque inter
Antoninos locatum. die circensium cum tres Victoriolae 3
more solito essent locatae gypseae cum palmis, media,
quae ipsius nomine adscriptum orbem tenebat, uento icta
de podio stans decidit et humi constitit; at quae Getae
nomine inscripta erat, corruit et omnis conminuta est;
illa uero, quae Bassiani titulum praeferebat, amissa palma
uenti turbine uix constitit. post murum apud *Lugu*ual- 4
lum uisum in Brittania cum ad proximam mansionem red-
iret non solum uictor sed etiam in aeternum pace fun-
data uoluens animo, quid ominis sibi occurreret, Aethiops
quidam e numero militari, clarae inter scurras famae et
celebratorum semper iocorum, cum corona e cupressu
facta eidem occurrit. quem cum ille iratus remoueri ab 5
oculis praecepisset, et coloris eius tactus omine et coro-
nae, dixisse ille dicitur ioci causa: 'Totum fudisti, totum
uicisti, iam deus esto uictor.' et in ciuitatem ueniens 6

8 quod *BP* quot *exc. M* 10 aerio *Mommsen* 11 reureret B^1P^1 12 uictoriae *M* 15 *fort.* decidit et stans humi constitit a quae BP^1 16 erant B^1P^1 18 constituit *B* maurum apud uallum missum *BPM* murum *uolg.* apud Luguuallum uisum *scripsi, cf. Fleckeiseni ann. CXXVIIII p. 78* Post taurum apud uallum missum *Maduig p. 635* ad uallum commissum *Rösinger p. 6* post maceriem *Golisch in Fleckeis. ann. CXXVII p. 284* 21 uolens BP^1 hominis BP^1 23 upresso P^1 24 idem BP^1 *em.* P^3 25 homines BP^1 26 fuisti *BPM em. O. Hirschfeld p. 230* 27 in *om.* BP^1

Digitized by Google

cum rem diuinam uellet facere, primum ad Bellonae tem-
plum ductus est errore haruspicis rustici, deinde hostiae
7 furuae sunt adplicitae. quod cum esset aspernatus atque
ad Palatium se reciperet, neglegentia ministrorum nigrae
hostiae et usque ad limen domus Palatinae imperatorem
secutae sunt.

23 Sunt per plurimas ciuitates opera eius insignia. ma-
gnum uero illud in uita eius, quod Romae omnes aedes
publicas, quae uitio temporum labebantur, instaurauit
nusquam prope suo nomine adscripto, seruatis tamen
2 ubique titulis conditorum. moriens septem annorum ca-
nonem, ita ut cottidiana septuaginta quinque milia mo-
dium expendi possent, reliquid; olei uero tantum, ut
per quinquennium non solum *urbis* usibus, sed et totius
Italiae, quae oleo eget, sufficeret.

3 Vltima uerba eius dicuntur haec fuisse: 'Turbatam
rem p. ubique accepi, pacatam etiam Brittannis relinquo,
senex ac pedibus aeger firmum imperium Antoninis meis
4 relinquens, ac boni erunt, imbecillum, si mali.' iussit
deinde signum tribuno dari 'Laboremus', quia Pertinax,
quando in imperium adscitus est, signum dederat 'Milite-
5 mus'. Fortunam deinde regiam, quae comitari principes
et in cubiculis poni solebat, geminare statuerat, ut sacra-
6 tissimum simulacrum utrique relinqueret filiorum; sed
cum uideret se perurgueri sub hora mortis, iussisse fer-
tur, ut alternis diebus apud filios imperatores in cubicu-
7 lis Fortuna poneretur. quod Bassianus prius contempsit
quam faceret parricidium.

24 Corpus eius a Brittania Romam usque cum magna
2 prouincialium reuerentia susceptum est; quamuis aliqui
urnulam auream tantum fuisse dicant Seueri reliquias

2 terrore *B* 4 neglegentię *B* 5 ei *BP om. M* et *S* 8 ciuitate *BPM em. S* 9 templorum *BP* temiorum *M* instaurabit BP^1 11 anonem B^2 annonam *I. I. Müller ap. Zarncke Centralbl. 1872 col. 500* 12 cotidiana *B* 14 urbis *add. Egnat.* 15 egeret *M* 18 hec BP^1 ac P^2 24 utrimque *BP* 29 brittannia *P* usque *om.* B^1

Digitized by Google

continentem eandemque Antoninorum sepulchro inlatam, cum Septimius illic, ubi uita functus est, esset incensus.‖

⟨Cum Septizodium faceret, nihil aliud cogitauit, quam 3
ut ex Africa uenientibus suum opus occurreret. nisi absente 4
eo per praefectum urbis medium simulacrum eius esset locatum, aditum Palatinis aedibus, id est regium atrium, ab ea parte facere uoluisse perhibetur. quod etiam post 5
Alexander cum uellet facere, ab haruspicibus dicitur esse prohibitus, cum hoc sciscitans non litasset.⟩

1 eademque *B* 2 septimus *B* P^1 *c.* P^3 Septimius Pertinax Seuerus *M* 3 Septizonium *uolg.* 4 ex Africa] Appia *Kellerbauer p. 628* absente opere pr. *BPM* 8 aruspicibus *B* 9 scissitans *B* aeli spartiani seuerus explicit *BP*

Digitized by Google

PESCENNIVS NIGER

AELI SPARTIANI

1 Rarum atque difficile est, ut, quos tyrannos aliorum
uictoria fecerit, bene mittantur in litteras, atque ideo
uix omnia de his plene in monumentis atque annalibus
2 habentur. primum enim, quae magna sunt in eorum ho-
norem, ab scriptoribus deprauantur, deinde alia suppri-
muntur, postremo non magna diligentia in eorum genere
ac uita requiritur, cum satis sit audaciam eorum et bel-
lum, in quo uicti fuerint, ac poenam proferre.
3 Pescennius ergo Niger, ut alii tradunt, modicis pa-
rentibus, ut alii, nobilibus fuisse dicitur, patre Annio Fusco,
matre Lampridia, auo curatore Aquini, ex qua familia
originem ducebat; quod quidem dubium etiam nunc ha-
4 betur. Hic eruditus mediocriter litteris, moribus ferox,
diuitiis inmodicus, uita parcus, libidinis effrenatae ad
5 omne genus cupiditatum, ordines diu duxit multisque du-
catibus peruenit, ut exercitus Syriacos iussu Commodi re-
geret, suffragio maxime athletae qui Commodum strangu-
lauit, ut omnia tunc fiebant.
2 Is postquam comperit occisum Commodum, Iulianum
imperatorem appellatum eundemque iussu Seueri et sena-

1 incipit pescennius niger *B P* helii spartiani *add.* P^3 Spartiani Pescennius Niger *M* 3 quod *B P* 7 subprimuntur *B* 8 genera *B P* generatio *M* 9 requiretur *B P* requiratur *M* 10 fuerunt B^1 13 lampidria *B* quo *Closs* ex equestris ordinis fam. *S* 19 stangulauit $B^1 P^1$

Digitized by Google

tus occisum, Albinum etiam in Gallia sumpsisse nomen
[eius] imperatoris, ab exercitibus Syriacis, quos regebat,
appellatus est imperator, ut quidam dicunt, magis in Iu-
liani odium quam in aemulationem Seueri. huic ob dete- 2
stationem Iuliani primis imperii diebus ita Romae fautum
est, a senatoribus dum taxat, qui et Seuerum oderant, ut
inter lapidationes execrationesque omnium illi feliciter
optaretur, 'Illum principem superi et illum Augustum'
populus adclamaret. Iulianum autem oderant populares, 3
quod Pertinacem milites occidissent et illum imperatorem
aduersa populi uoluntate appellassent. denique ingentes
ob hoc seditiones fuerunt. Ad occidendum autem Ni- 4
grum primipilarem Iulianus miserat, stulte ad eum qui
haberet exercitus *et* se tueri posset; proinde quasi
qualis libet imperator a primipilario posset occidi. ea- 5
dem autem dementia etiam Seuero iam principi Iulia-
nus successorem miserat. denique etiam Aquilium cen- 6
turionem notum caedibus ducum miserat, quasi impera-
tor tantus a centurione posset occidi. par denique 7
insania fuit, quod cum Seuero ex interdicto de im-
perio egisse fertur, ut iure uideretur principatum prae-
uenisse.

Et de Pescennio Nigri iudicium populi ex eo apparuit, 3
quod, cum ludos circenses Iulianus Romae daret, et indiscrete subsellia circi maximi repleta essent, ingentique iniuria populus adfectus esset, per omnes uno consensu

1 nomen eius *BP* et ius *S. mihi ex dittographia litterarum uersus antecedentis* eundemque iussu *u.* eius *uidetur esse orta* 7 inter lamentationes *Cornelissen p. 251* 8 obtaretur *B* 13 iulianum *B*P^1 *c.* P^3 miserat, stulte proinde — principi Catulinum successorem miserat, quasi ei, qui haberet exercitus, succedi posset. denique etiam Aq., — ducum, ad Seuerum occidendum miserat *Kellerbauer p. 629* 14 et se tueri] seueri *BP* 16 clementia *B* 18 miserator tantus *B*P^1 quasi imperat *add.* P^2 20 ex senatus consulto de imperio participando eg. *Kellerbauer l. s.* 21 uidetur *B*P^1 ad principatum peruenisse *M* 25 se subsellia *BP* 26 populi Iulianus adf. *Kellerbauer l. s.* a populo *Brocks Königsb. Mo-*

c. 2, 2 Pescennius Niger ad tutelam urbis est expetitus, odio,
2 ut diximus, Iuliani et amore occisi Pertinacis. cum quidem Iulianus dixisse fertur neque sibi neque Pescennio longum imperium deberi, sed Seuero, qui magis esset odio habendus a senatoribus, militibus, prouincialibus, popularibus. quod probauit rei euentus.
3 Et Pescennius quidem Seuero eo tempore, quo Lug-
4 dunensem prouinciam regebat, amicissimus fuit; nam ipse missus erat ad conprehendendos desertores, qui
5 innumeri Gallias tunc uexabant. in quo officio quod se honeste gessit, iucundissimus fuit Seuero, ita ut de eo ad Commodum Septimius referret adserens necessarium rei publicae uirum. et reuera in re mili-
6 tari uehemens fuit. numquam sub eo miles prouinciali
7 lignum, oleum, operam extorsit. ipse a milite nihil accepit. cum tribunatus ageret, nihil accipi passus est.
8 nam et imperator iam tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus iussit.
9 Extat epistula Seueri, qua scribit ad Ragonium Celsum Gallias regentem: 'Miserum est, ut imitari eius disciplinam militarem non possimus, quem per bellum uici-
10 mus: milites tui uagantur, tribuni medio die lauant, pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria; saltant, bibunt, cantant et mensuras conuiuiorum uocant illi hoc
11 sine mensura potare. haec, si ulla uena paternae disciplinae uiueret, fierent? emenda igitur primum tribunos, deinde militem. quem quamdiu *non* timueris, tamdiu
12 timeberis. sed scias idque de Nigro militem timere non

natsh. 1877 p. 120 incuria p. efferatus *Vnger p. 495* 3 nec *M* 6 rei euentus *om.* BP^1 11 iucundissimum *BPM em. S* 17 imperatorium BP^1 imperatorum *M* imperator iam P^3 19 quam *M* 21 possumus *BPM* bellum B^1P bello B^2 per bellum P^2M possumus, quem in bellum *Petschenig p. 29* 22 labant B^1P^1 24 uiuent *BP* ceuent *Vnger p. 211* cum *BPM* illi *scripsi* milites *Krauss p. 78* tantum *Petschenig p. 29* cum hoc sit sine *S* (*Kellerbauer p. 629*) 25 uana *BP* 26 uiuere *BP* 27 non *add. S* 28 timebis *BPM*

Digitized by Google

posse, nisi integri fuerint tribuni et duces militum.' haec 4
de Pescennio Seuerus Augustus. *De hoc* adhuc milite
Marcus Antoninus ad Cornelium Balbum: 'Pescennium
mihi laudas: agnosco; nam et decessor tuus eum manu
strenuum, uita grauem et iam tum plus quam militem
dixit. itaque misi litteras recitandas ad signa, quibus 2
eum trecentis Armenicis et centum Sarmatis et mille
nostris praeesse iussi. tuum est ostendere hominem non 3
ambitione, quod nostris non conuenit moribus, sed uir-
tute uenisse ad eum locum, quem auus meus Hadrianus,
quem Traianus proauus non nisi exploratissimis dabat.'
De hoc eodem Commodus: 'Pescennium fortem uirum 4
noui et ei tribunatus iam duos dedi: ducatum mox dabo,
ubi per senectutem Aelius Corduenus rem p. recussaue-
rit.' haec de eo iudicia omnium fuerunt. ⟨Sed et Seue- 5
rus ipse saepe dixit ignoturum se Pescennio, nisi perse-
ueraret.⟩ A Commodo denique Pescennius consul decla- 6
ratus Seuero praepositus est, et quidem irato, quod
primipilaribus commendantibus consulatum Niger merere-
tur. in uita sua Seuerus dicit se, priusquam filii sui id 7
aetatis haberent, ut imperare possent, aegrotantem id
in animo habuisse, ut, si quid forte sibi accidisset, Niger
Pescennius eodem et Clodius Albinus succederent, qui
ambo Seuero grauissimi hostes extiterunt. unde apparet, 8
quod etiam Seueri de Pescennio iudicium fuerit. ⟨Si Se- 5
uero credimus, fuit gloriae cupidus Niger, uita fictus,
moribus turpis, aetatis prouectae, cum in imperium inua-
sit (ex quo cupiditates eius incusat), proinde quasi Seuerus
minor ad imperium uenerit, qui annos suos contrahit, cum
decem octo annis imperauit et octogensimo nono perit.⟩

timeberis *uolg.* quamdiu timuerit, tamdiu tenebis *Petschenig p. 45* 2 de hoc *addidi* (de eodem *C*) at de hoc *Petschenig p. 24* 8 nostres $B^1 P^1$ nostros B^2 9 ambitionem *BP t. I.* 14 senectutem melius $B^1 P^1$ (*in B prius* m *eras., in P alterum exp.*) recussauerat *B* recusauerit *P* 15 se seuerus BP^1 16 ignotorum *B* 22 habuisset *BP* 23 eidem *M* 27 cum imp. *M*

Digitized by Google

2 Sane Seuerus Heraclitum ad optinendam Bithyniam
misit, Fuluium autem ad occupandos adultos Nigri filios.
3 nec tamen in senatum quicquam de Nigro Seuerus dixit,
cum iam audisset de eius imperio, ipse autem proficisce-
4 retur ad conponendum orientis statum nutantem. sane
illud fecit proficiscens, ut legiones ad Africam mitteret, ne
eam Pescennius occuparet et fame populum Romanum
5 perurgueret. uidebatur autem id facere posse per Libyam
Aegyptumque uicinas Africae, difficili licet itinere ac
6 nauigatione. et Pescennius quidem ueniente ad orientem
Seuero Graeciam, Thracias, Macedoniam interfectis multis
inlustribus uiris tenebat, ad participatum imperii Seue-
7 rum uocans. a quo causa eorum, quos occiderat, cum
Aemiliano hostis est appellatus. dein a ducibus Seueri
8 per Aemilianum pugnans uictus est. et cum illi tutum
exilium promitteret, si ab armis recederet, persistens
iterum pugnauit et uictus est atque apud Cyzicum circa
paludem fugiens sauciatus et sic ad Seuerum adductus
6 atque statim mortuus. Huius caput circumlatum pilo Ro-
mam missum, filii occisi, necata uxor, patrimonium pu-
2 blicatum, familia omnis extincta. sed haec omnia, post-
quam de Albini rebellione cognitum est, facta sunt; nam
3 prius et filios Nigri et matrem in exilium miserat. sed
exarsit secundo ciuili bello, immo iam tertio et factus est
4 durior, tunc cum innumeros senatores interemit Se-
uerus et ab aliis Syllae Punici, ab aliis Marii nomen
accepit.
5 Fuit statura prolixa, forma decorus, capillo in uerti-

1 ad obtinendam Britanniam *Huebner m. Rh. n. XII p. 64, uid. ad X 6,10* 2 fulbium *B P* 3 in senatu *M* 5 statũã B^1 tantum *B P M* nutantem *Petschenig p. 29* turbatum *Oberdick p. 342* 8 et uidebatur *B P M* et *deleui* (*Iord.*) lybiam *B P* 9 difficile *B* 10 uenientem *B* 12 industribus $B^1 P^1$ (*c.* P^3) *M* 17 cizicum *B in litura* 23 Seuerus *post* sed *ins. Kellerbauer 629* 24 etiam *M* 25 tunc cum *B P* tunc et *M* tunc etiam *conieceram* tuncque *Golisch p. 647* 28 statura Pescennius *M*

Digitized by Google

cem ad gratiam reflexo, uocis canorae, ita ut in campo
loquens per mille passus audiretur, nisi uentus aduersa-
retur, oris uerecundi et semper rubidi, ceruice adeo
nigra, ut, quemammodum multi dicunt, ab ea Nigri no-
men acceperit, cetera corporis parte candidus et magis 6
pinguis; uini auidus, cibi parcus, rei ueneriae nisi ad
creandos liberos prorsus ignarus. denique etiam sacra 7
quaedam in Gallia, † qua se castissimis decernunt, con-
sensu publico celebranda suscepit. hunc in Commodia- 8
nis hortis in porticu curua pictum de musio inter Com-
modi amicissimos uidemus sacra Isidis ferentem; quibus 9
Commodus adeo deditus fuit, ut et caput raderet et Anu-
bin portaret et omnis pausas expleret.

Fuit ergo miles optimus, tribunus singularis, dux 10
praecipuus, legatus seuerissimus, consul insignis, uir domi
forisque conspicuus, imperator infelix; usui denique rei
p. sub Seuero, homine tetrico, esse potuisset, si cum eo
esse uoluisset. sed deceptus est consiliis scaeuis Aure- 7
liani, qui filias suas eius filiis despondens persistere eum
fecit in imperio.

Hic tantae fuit auctoritatis, ut ad Marcum primum 2
deinde ad Commodum scriberet, cum uideret prouincias
facili administrationum mutatione subuerti, primum ut
nulli ante quinquennium succederetur prouinciae prae-
sidi uel legato uel proconsuli, quod prius deponerent po-
testatem quam scirent administrare. deinde ne noui ad 3
regendam rem p. accederent praeter militares administra-
tiones, intimauit, ut assessores in quibus prouinciis adse-
dissent, in his administrarent. quod postea Seuerus et 4
deinceps multi tenuerunt, ut probant Pauli et Vlpiani

7 ignauus *Oberdick p. 342* 8 quae a *M* decernuntur *M* qua serta cast. d. c. p., *Vnger p. 496* 10 curba *BP* 13 paucas *BP* partes *M em. Gr.* 15 proconsul *Kellerbauer p. 638* 17 potuisse *BP* 18 sceui *BPM em. S* Aemiliani *Golisch p. 647, quod si uerum est, lateat forsitan in* sceui *cognomen* Asellii 19 dispondens *BP* 28 *interpunxit Obrecht*

praefecturae, qui Papiniano in consilio fuerunt ac postea,
cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, sta-
5 tim praefecti facti sunt. huius etiam illud fuit, ut nemo
adsideret in sua prouincia, nemo administraret, nisi Ro-
6 mae Romanus, hoc est oriundus urbe. addidit praeterea
consiliariis salaria, ne eos grauarent, quibus adsidebant,
7 dicens iudicem nec dare debere nec accipere. Hic erga
milites tanta fuit censura, ut, cum apud Aegyptum ab eo
limitanei uinum peterent, responderit: 'Nilum habetis
et uinum quaeritis?' si quidem tanta illius fluminis dul-
8 citudo, ut accolae uina non quaerant. idem tumultuanti-
bus is, qui a Saracenis uicti fuerant, et dicentibus: 'Vi-
num non accepimus, pugnare non possumus', 'Erube-
scite', inquid, 'illi, qui uos uincunt, aquam bibunt'.
9 idem Palaestinis rogantibus, ut eorum censitio leuaretur,
idcirco quod esset grauata, respondit: 'Vos terras uestras
leuari censitione uultis: ego uero etiam aerem uestrum
censere uellem.'

8 Denique Delfici Apollinis uates in motu rei p. maximo,
cum nuntiaretur tres esse imperatores, Seuerum Septi-
mium, Pescennium Nigrum, Clodium Albinum, consultus
quem expediret rei publicae imperare, uersum Graecum
huiusmodi fudisse dicitur:

'Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.'

2 ex quo intellectum Fuscum Nigrum appellatum uatici-
natione, Seuerum Afrum, Album uero Albinum dictum.
3 nec defuit alia curiositas, qua requisitum est, qui esset
optenturus rem publicam. ad quod ille respondit alium
uersum talem:

'Fundetur sanguis Albi Nigrique animantis,
imperium mundi Poena reget urbe profectus.'

4 item cum quaesitum esset, quis illi successurus esset,
respondisse itidem Graeco uersu dicitur:

2 ad *ante* lib. *om.* B^1 4 Romae *om.* *M* *falso in uolg. ante* nisi *inseritur* 10 si quidem — quaerant *del. Cornelissen p. 57* 12 his *BPM* saracinis *B* 17 censitionem *BPM* 19 immo reip. *BP* 21 consultum *BPM* 23 fuisse *BP* 32 idem

Digitized by Google

'Cui dederint superi, nomen habere Pii.'

quod omnino intellectum non est, nisi cum Bassianus 5
Antonini, quod uerum signum Pii fuit, nomen accepit.
item cum quaereretur, quamdiu imperaturus esset, re- 6
spondisse Graece dicitur:

'Bis denis Italum conscendit nauibus aequor:
si tamen una ratis transiliet pelagus.'

ex quo intellectum Seuerum uiginti annos expleturum.

Haec sunt, Diocletiane maxime Augustorum, quae de 9
Pescennio didicimus ex pluribus libris. non enim facile,
ut in principio libri diximus, quisquam uitas eorum mit- c.1,1
tit in libros, qui aut principes in re p. non fuerunt aut a
senatu appellati non sunt imperatores, aut occisi citius
ad famam uenire nequiuerunt. inde quod latet Vindex, 2
quod Piso nescitur, quod omnes illi, qui aut tantum adpo-
tati sunt aut a militibus imperatores appellati, ut sub
Domitiano Antonius, aut cito interempti uitam cum impe-
rii usurpatione posuerunt. Sequitur nunc, ut de Clodio 3
Albino dicam, qui quasi socius huius habetur, quod et
pariter contra Seuerum rebellarunt et ab eodem uicti at-
que occisi sunt. de quo ipso neque satis clara extant, quia 4
eadem fortuna illius fuit quae Pescennii, etiamsi uita sa-
tis dispar.

Ac ne quid ex his, quae ad Pescennium pertinent, 5
praeterisse uideamur, licet aliis libris cognosci possint, de
hoc Septimio Seuero uates dixerunt, quod neque uiuus
neque mortuus in potestatem Seueri uenturus esset, sed
iuxta aquas illi pereundum esset. quod quidam dicunt 6
ipsum Seuerum de mathesi, qua callebat, dixisse. nec
abfuit responsis ueritas, cum ille inuentus sit iuxta palu-
dem semiuiuus.

Bährens p. 651 illis *BP* 6 consendit $B^1 P^1$ aequor *om.* B^1 11 mittit in litteras *Kellerbauer p. 630* 14 latet] tacetur *Kellerbauer l. s.* 15 ipso B^1 piso B^2 18 Sequitur — dispar *in uolg. cum R in finem uitae transposita* 24 his *BPM* 26 Septimio Seuero] Pescennio *uolg. at illud est datiuus* 28 quidem *BPM* 29 quam *M* 30 adfuit *BP*

Digitized by Google

10 Hic tantae fuit seueritatis, ut, cum milites quosdam
in cauco argenteo expeditionis tempore bibere uidisset,
iusserit omne argentum summoueri de usu expeditionali,
addito eo ut ligneis uasis uterentur. quod quidem illi
2 odium militare concitauit. dicebat enim posse fieri, ut
sarcinae militares in potestatem hostium uenirent, nec se
barbarae nationes argento nostro gloriosiores facerent,
cum alia minus apta hosticam uiderentur ad gloriam.
3 idem iussit uinum in expeditione neminem bibere, sed
4 aceto uniuersos esse contentos. idem pistores sequi ex-
peditionem prohibuit, bucellato iubens milites et omnes
5 contentos esse. idem ob unius gallinacei direptionem
decem commanipulones, qui raptum ab uno comederant,
securi percuti iussit, et fecisset, nisi ab omni exercitu
6 prope usque ad metum seditionis esset rogatus. et cum
pepercisset, iussit, ut denorum gallinaceorum pretia pro-
uinciali redderent decem, qui simul furto conuixerant,
addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione
nemo focum faceret, ne umquam recens coctum cibum
sumerent, sed pane ac frigida uescerentur, adpositis spe-
7 culatoribus, qui id curarent. idem iussit, ne zona mili-
tes ad bellum ituri aureos uel argenteos nummos porta-
rent, sed publice commendarent, recepturi post proelia
quod dederant, addens liberis eorum et uxoribus heredi-
bus certe reddendum, cui uenisset, ne ad hostes aliquid
praedae perueniret, si quid forte aduersi fortuna fecisset.
8 sed haec omnia, ut se habuerat Commodi temporum dis-
9 solutio, aduersa eidem fuere. denique etiamsi nemo
fuit, qui suis temporibus dux seuerior uideretur, perni-

1 seueritas B^1 2 caueo $B^2 M$ uiuere $B^1 P^1$ 3 summoui $B P^1$ (*corr.* P^3) 6 ne *M* 11 omnes] comites *Kellerbauer p. 630* duces *add. Rösinger p. 6* 15 motum *R* (*Bährens p. 651, Cornelissen p. 57*) 20 frigidis *M* 22 item *B P om. M* ituri *Hildebrand ad Appul. I p. 536* (*Golisch II p. 1*) 23 publice condendos darent — qui dedissent *Cornelissen p. 251* 25 qui *B P M em. S* uenissent *M* 29 quin suis t. d. s. u. per uitam illi *Golisch p. 647* qui — per uitam illi minus *Rübel in thes.* ad perniciem — ista fuere *M* p. magis ista uiuo at-

ciem illi magis ista quam ..... mortuo, ubi et inuidia
et odium deposita erant, talia exempla ualuerunt.

Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum 11
sumpsit ante papilionem nec sibi umquam uel contra solem
uel contra imbres quaesiuit tecti suffragium, si miles non
habuit. tantum denique belli tempore ratione militibus 2
demonstrata sibi et seruis suis uel contubernalibus putauit,
quantum a militibus ferebatur, cum seruos suos annona
oneraret, ne illi securi ambularent et onusti milites, id-
que ab exercitu cum suspirio uideretur. idem in con- 3
tione iurauit se, quamdiu in expeditionibus fuisset esset-
que adhuc futurus, non aliter egisse acturumque esse
quam militem, Marium ante oculos habentem et duces tales.
nec alias fabulas umquam habuit nisi *de* Annibale cete- 4
risque talibus. denique cum imperatori facto quidam 5
panegyricum recitare uellet, dixit ei: 'Scribe laudes Ma-
rii uel Annibalis *uel* cuiusuis ducis optimi uita functi et
dic, quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. nam uiuentes 6
laudare inrisio est, maxime imperatores, a quibus spera-
tur, qui timentur, qui praestare publice possunt, qui pos-
sunt necare, qui proscribere.' se autem uiuum placere
uelle, mortuum etiam laudari. Amauit de principibus Au- 12
gustum, Vespasianum, Titum, Traianum, Pium, Marcum,
reliquos feneos uel uenenatos uocans; maxime tamen

tulere quam gratiam; nam mortuo *Rösinger p. 6* illi uiuo magis i. q. m. tulere, ubi *Bährens p. 652* 1 *post* quam *lacunam significaui* 3 inter omnes *Cornelissen p. 252* militare *B* 5 quaesibit *BP*[1] suffugium *Obr.* (*Cornelissen p. 57 et 252*) 7 portauit] *BPM em. Hirschfeld p. 230* portari imperauit *Vielhaber p. 629* deputauit *Kellerbauer p. 630* 9 ambularent hon. *M* 10 contentione *BP* 11 esse quae *BP* 12 esset *BP*(*M*) egisse *S* 13 habens *conieci exercit. crit. p. 7* (*Iord.*) 14 annibalem *B*[1]*P* (hann. *B*[2]) de Annibale *M* 17 hann. *B*[2] cuius *BP* uel alicuius *M* uel alius *scripseram in ed. priore* (*Iord.*) uel cuiusuis *Bährens p. 652* cuiusuis *Petschenig p. 30* 21 uium *BP*[1] 24 femineos *P*[2]*M* uel feno natos *Golisch p. 637* uel eneruatos *Cornelissen p. 252*

Digitized by Google

in historiis Marium et Camillum et Quinctium *et* Mar-
2 cium Coriolanum dilexit. interrogatus autem, quid de
Scipionibus sentiret, dixisse fertur felices illos fuisse magis
quam fortes; idque probare domesticam uitam et iuuen-
tutem, quae in utroque minus speciosa domi fuisset.
3 Apud omnes constat, quod, si rerum potitus fuisset, om-
nia correcturus fuerit, quae Seuerus uel non potuit emen-
dare uel noluit, et quidem sine crudelitate, immo etiam
cum lenitate, sed militari, non remissa et inepta atque
ridicula.
4 Domus eius hodie Romae uisitur in campo Iouis, quae
appellatur Pescenniana, in qua simulacrum eius in tri-
choro consistit, positum ex Thebaico marmore, quod ille
ad similitudinem sui factum a rege Thebaeorum acceperat.
5 extat etiam epigramma Graecum, quod Latine hanc habet
sententiam:

6 'Terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens,
Thebaidos socius, aurea saecla uolens.
hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma,
hic Antoninis carus *et* imperio.
Nigrum nomen habet, nigrum formauimus ipsi,
ut consentiret forma, metalle, tibi.'

7 quos quidem uersus Seuerus eradi noluit, cum hoc ei et
8 praefecti suggererent et officiorum magistri, addens: 'Si
talis fuit, sciant omnes, qualem uicerimus; si talis non
fuit, putent omnes nos talem uicisse: immo sic sit, quia
fuit talis.' ||

1 in *om.* *BP*[1] quintum *BPM* Quinctium (*i. e.* Cincinnatum) et *Iord.* 5 nimis *uolg.* 11 Iouis *Reifferscheid ind. lect. Vratisl. 1878/9 p. 7 pro* eius *ponit, in* statim post annum *nomen eius qui constituerit latere existumat, tum scribit* a regione Theb. 12 pescenniani *BPM* thricoro *B* trichroro *P* 13 constituit statim post annum *BPM* consistit positum *scripsi* 17 Egyptiaci *C* 20 et *om.* *BP* 21 nigram form. *BP* 27 pescennius niger aeli spartiani explicit *BP* [*sequitur Caracallus*]

Digitized by Google

VITA CLODII ALBINI

IVLII CAPITOLINI

Vno eodemque prope tempore post Pertinacem, qui 1
auctore Albino interemptus est, Iulianus a senatu Romae,
Septimius Seuerus ab exercitu in Illyrico, Pescennius
Niger in oriente, Clodius Albinus in Gallia imperatores
appellati. et Clodium quidem Herodianus dicit Seueri 2
Caesarem fuisse. sed cum alter alterum indignaretur im- III 5, 8
perare, nec Galli ferre possent aut Germaniciani exerci-
tus, quod et ipsi suum specialem principem haberent,
undique cuncta turbata sunt.

Fuit autem Clodius Albinus familia nobili, Hadrume- 3
tinus tamen ex Africa. quare sortem illam, qua Seuerum 4
laudatum in Pescennii uita diximus, ad se trahebat, nolens XI 8, 1
intellegi 'Pessimus Albus', quod eodem uersu continеba-
tur, quo et Seueri laus et adprobatio Nigri Pescennii.
sed priusquam uel de uita eius uel de morte dissero, 5
etiam hoc dicendum est, quod eum nobilem fecit.

Nam ad hunc eundem quondam Commodus tum cum
successorem Albino daret, litteras dederat, quibus iusse- 2
rat, ut Caesar esset. exemplum indidi:

1 incipit uita clodii albini iulii capitolini *BP*(*M*) 3 pro *BP exc.*^{1} prope *exc.*^{2} *om. M* 4 auctor B^1P^1 5 syria *BPM* Illyrico *corr. Erasmus* 7 appellati sunt *M* clodius — seuerum *BPM* 9 germaniani *BP em. S* 10 quod] quin *Maduig p. 635* 12 Hadrumentinus *M* 13 quae S. *BP* 15 albinus *BP t. I.* 17 dixero *M* 19 adhuc BP^1 *exc.* ad hunc P^3 *exc.*^{2} *M* cum eum *BP* tum cum *scripsi*

Digitized by Google

2 'Imperator Commodus Clodio Albino. Alias ad te
publice de successione atque honore tuo misi, sed hanc
familiarem et domesticam, omnem, ut uides, mea manu
scriptam, qua tibi do facultatem, ut, si necessitas
fuerit, ad milites prodeas et tibi Caesareanum nomen
3 adsumas. audio enim et Septimium Seuerum et Nonium
Murcum male de me apud milites loqui, ut sibi parent
4 stationis Augustae procurationem. habebis praeterea,
cum id feceris, dandi stipendii usque ad tres aureos
liberam potestatem, quia et super hoc ad procuratores
meos litteras misi, quas ipse signatas excipies signo
Amazonio et, cum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te
5 non audiant, cum de aerario uolueris imperare. sane
ut tibi insigne aliquod imperialis maiestatis adiciam,
habebis utendi coccini pallii facultatem impraesentiarum
et ad me et cum mecum fueris, habiturus et purpuram
sed sine auro, quia ita et proauus meus Verus, qui puer
uita functus est, ab Hadriano, qui eum adoptauit, accepit.'
3 His litteris acceptis omnino facere id, quod iubebat, noluit,
uidens odiosum Commodum propter mores suos, quibus
rem pub. perdiderat et se dedecorauerat, quandocumque
2 feriendum et timens, ne ipse pariter occideretur. Extat
denique illius contio, qua, cum accepit imperium, et qui-

1 epistulas *add. post* te *Bährens 652* 2 publice// P publicem *exc.*[1] successore M missi BP^1 *exc.* missisem P^2 misissem V 5 Caesareum M 7 Macrum *Borghesi annal. 1855 p. 25* (Macrinum *in epist. a. 1817 Oeuvr. VI p. 65*) 10 quin M 12 amazoniae BP *exc.* M amazonio *exc.*[2] rationabilibus B 13 te BPV *exc.* 14 aliquid P^1 accedam BPV *exc.*[1] accedat M *exc.*[2] adiciam *scripsi* annectam *Golisch II p. 1* insignia aliquot — accedant *Petschenig p. 46* 15 coccini M pallei BP *exc.*[1] V me praesentem BP me praesente M *em. Vnger p. 496* et in praesente statione et cum mecum *Petschenig p. 46* 16 absque me *exc.*[2] purpura B purpuream M 19 a nonio $BPMV$ omnino *Reg. Puteanei* 20 umen B^1PV timens M uidens S 22 eum timens BPV *om.* M *em.* S 23 quam BPV quae M qua *scripsi* (*Iord.*)

Digitized by Google

dem Seueri [ut quidam] uoluntate firmatum, huius rei
memoriam facit. cuius hoc exemplum est: 'Inuitum me, 3
conmilitones, ductum ad imperium etiam illud probat,
quod Commodum donantem me Caesareano nomine con-
tempsi; sed et uestrae uoluntati et Seueri Augusti paren-
dum est, quia credo sub homine optimo et uiro forti
posse bene rem publicam regi.' Nec negari potest, quod 4
etiam Marius Maximus dicit, hunc animum Seuero pri-
mum fuisse, ut, si quid ei contingeret, Pescennium Ni-
grum et Clodium Albinum sibi substitueret. sed postea 5
et filiis iam maiusculis studens et Albini amori inuidens
sententiam mutasse atque illorum utrumque bello op-
pressisse, maxime precibus uxoris adductus. denique Se- 6
uerus eum et consulem designauit, quod utique nisi de
optimo uiro non fecisset, homo in legendis magistratibus
diligens.

Sed ut ad eum redeam, fuit, ut dixi, Albinus Hadru- 4
metinus oriundo, sed nobilis apud suos et originem a c.1,3
Romanis familiis trahens, Postumiorum scilicet et Albi-
norum et Ceioniorum. quae familia hodie quoque, Con- 2
stantine maxime, nobilissima est et per te aucta et au-
genda, quae per Gallienum et Gordianos plurimum cre-
uit. hic tamen natus lare modico, patrimonio pertenui, 3
parentibus sanctis, patre Ceionio Postumo, matre Aurelia
Messalina, primus suis parentibus fuit. cum exceptus 4
utero, quod contra consuetudinem puerorum, qui nascun-
tur et solent rubere, esset candidissimus, Albinus est dic-
tus. quod uerum esse patris epistula *ad* Aelium Bassia- 5
num tunc proconsulem Africae data signat, adfinem,

1 ut quidam uolunt ante firm. *M* ut quidam *eiecit Iac. Lectius* 5 uoluntatis BP^1 7 potes BP^1 quos BP^1 12 illos utrosque P^2M 13 maxume *P* adductum *M* abductus P^2 14 et *om. M* 17 Hadrumentinus oriundus *M* 23 pertinui B^1 24 Postumio *M* 26 quod — rubere *del. Cornelissen p. 252* 27 ruborem *BM* rubore *P exc.*[1] esse *BP* 28 ueri BP^1 *exc.*[1] ad *om.* BP^1 (*add.* P^3) *exc.*[1] 29 designat *exc. M*

Digitized by Google

6 quantum uidetur, eorum ipsorum. epistula Ceioni Po-
stumi ad Aelium Bassianum: 'Filius mihi natus est VII
kl. Decembres, ita candidus statim toto corpore, ut lin-
7 teamen, quo exceptus est, uinceret. quare susceptum
eum Albinorum familiae, quae mihi tecum communis est,
dedi Albini nomine inposito. fac, ut rem publicam et te
5 et nos, ut facis, diligas.' Hic ergo omnem pueritiam in
Africa transegit, eruditus litteris Graecis ac Latinis me-
2 diocriter, quod esset animi iam tum militaris et superbi.
nam fertur in scolis saepissime cantasse inter puerulos

Verg. Aen. II 814 'Arma amens capio, nec sat rationis in armis',

repetens

'Arma amens capio'.

3 Huic multa imperii signa, cum esset natus, facta di-
cuntur. nam et bos albus purpureis ad plenum colorem
cornibus natus est. [quod mirandum fuit cum cornibus.]
4 quae tamen in templo Apollinis Cumani ab eodem posita
iam tribuno diu fuisse dicuntur, quod, cum illi sortem
de fato suo tolleret, his uersibus eidem dicitur esse re-
sponsum:

Verg. VI 857–58 'Hic rem Romanam magno turbante tumultu
sistet eques, sternet Poenos Gallumque rebellem.'

5 et in Gallia quidem eum multas gentes domuisse constat.
ipse autem suspicabatur de Seuero sibi praedictum

3 kl. dec. *B* cal. decembres *P* 4 quod *B P exc.* 5 meum *B P exc.* 6 rempublicam amet et nos *Mommsen* ut rem publices et nos *Klein p. 279* 8 litteris ac latinis graecis P^1 ac *om. B* 9 inte *B P exc.* inde *S om. M* tum *scripsi* superbiam *B P exc.* superbi *M* superbi. nam *scripsi* 16 fuit tunc cum corn. *Golisch p. 648* quod mirandum fuit cum cornibus *uncis inclusi* 17 appollinis *B P* apollonis *exc.* 18 illis *B P* $exc.^1$ ille $exc.^2$ *M* illi (*i. e. illic*) *scripsi* 19 facto *B P exc.* 21 romamnam B^1 tumultus stete quae sterneret *B* tumultus steteque sternet P^1 $exc.^1$ (*nisi quod in exc.* eques) 22 sistet P^2 $exc.^2$ sterneret *B*

Digitized by Google

'Sternet Poenos', quod Septimius Afer esset. fuit et
aliud signum futuri imperii. nam cum Caesareana familia 6
hoc speciale habuerit, ut paruuli domus eius in testudi-
neis alueis lauarentur, nato infantulo testudo ingens patri
eius munere piscatoris adlata est: quod ille homo litte- 7
ratus omen accipiens et testudinem libenter accepit et
eam curari iussit atque infantulo ad excaldationes pueri-
les dicari, nobilitandum etiam hinc sperans. cum rarum 8
esset aquilas in his locis uideri, in quibus natus est Al-
binus, septima eius die hora conuiuii, quod celebritati
pueri deputabatur, cum ei fierent nomina, septem aquilae
paruulae de nidis adlatae sunt et quasi ad iocum circa
cunas pueri constitutae: ne hoc omen pater abnuit, iussit
aquilas ali et diligenter curari. accessit omen, quod, cum 9
pueri eius familiae russulis fasciolis inligarentur, quod
forte lotae atque udae essent russulae fasciolae, quas ma-
ter praegnans parauerat, purpurea matris inligatus est
fascea: unde illi ioco nutricis etiam Porfyri nomen indi-
tum est. haec atque alia signa imperii futuri fuere. quae 10
qui uolet nosse, Helium Cordum legat, qui friuola super
huius modi ominibus cuncta persequitur.

Adulescens igitur statim se ad militiam contulit atque 6
Antoninis per Lollium Serenum et Baebium Maecia-
num et Ceionium Postumianum suos adfines innotuit.
egit tribunus equites Dalmatas; egit et legionem quarta- 2
norum et primanorum; Bithynicos exercitus eo tempore,

1 sterneret B^1 septimus BP^1 3 testudine albeis *BP exc.*^{1} 4 alueis *del. Mommsen* 7 cauari *Cornelissen p. 252* 8 etiam *BPM fort.* eum 10 diei *BPM em. C* conuiuii — deputabatur *del. Mommsen* conuiuio *M* 11 cum] cuni *B* eis *BP exc.* 13 nec *M* 15 fassiolis *BP* 17 praegnas P^1 inlitus P^1 18 fascia *exc.*^{2} *M* fascea inl. est fascea *B* 21 hominibus *BP exc.*^{1} prosequitur P^3 23 lollum B^1 lolilum B^2 mezianum *B* mecianum *P exc.* Matianum *M* 24 zeionium *B an* Postum(i)um? 25 legione BP^1 26 bytinicos *BP exc.* Bithanicos *M* Britannicos *S* eo] eorum *B*

Digitized by Google

3 quo Auidius rebellabat, fideliter tenuit. dein per Commo-
dum ad Galliam translatus, in qua fusis gentibus Trans-
renanis celebre nomen suum et apud Romanos et apud
4 barbaros fecit. quibus rebus accensus Commodus Cae-
sareanum ei nomen obtulit et dandi stipendii facultatem
5 et pallii coccini utendi. quibus omnibus ille prudenter
abstinuit, dicens Commodum quaerere, qui aut cum eo
6 perirent, aut quos cum causa ipse posset occidere. quae-
sturae gratia illi facta est. qua concessa aedilis non am-
plius quam decem diebus fuit, quod ad exercitum festino
7 mitteretur. dein praeturam egit sub Commodo famosissi-
mam. nam eiusdem ludis Commodus et in foro et in theatro
8 pugnas exhibuisse perhibetur. consul a Seuero declaratus
est eo tempore, quo illum sibi parauerat [Pescennio] sub-
7 rogare. ⟨Ad imperium uenit natu iam grandior et maior
2 Pescennio Nigro, ut Seuerus ipse in uita sua loquitur.⟩ sed
uicto Pescennio, cum et filiis suis imperium seruare cu-
peret et ingentem senatus amorem circa Clodium Albi-
num uideret, quod esset uir antiquae familiae, litteras ad
eum per quosdam summi amoris ac summae adfectionis
misit, quibus hortabatur, ut, quoniam occisus esset Pe-
scennius Niger, ipse cum eo fideliter rem p. regeret.
quarum exemplum hoc esse Cordus ostendit:
3 'Imperator Seuerus Augustus Clodio Albino Caesari,
4 fratri amantissimo et desiderantissimo, salutem. Victo Pe-
scennio litteras Romam dedimus, quas senatus tui aman-
tissimus libenter accepit. te quaeso, ut eo animo rem p.
regas, quo dilectus es frater animi mei, frater imperii.

1 quod *BP exc.* 2 translatis B^1 fusis fugentibus *BP* f. fugientibus *M* fusis gentibus *scripsi* 3 celebem P^1 celebrem *B* 6 palli P^1 coccinii *exc.*[1] coccinei *exc.*[2] 10 festinanter *M* 11 famissimam *B* 13 declaratur *BP* 13 Pescennio *uncis inclusi, cf. Fleckeisen. ann. CXXVIIII p. 78* cum Pescennio *uolg.* subrogaret BP^1 15 natura *BP* natu iam *M* 16 loquitur *BP* testatur *M* 18 uoluntatem s. maiorem *M* 19 antiq; *B* 20 honoris *M* addefectionis P^1 23 corolus *B* 28 delectus *Mommsen* me *B*

Digitized by Google

Bassianus et Geta te salutant. Iulia nostra et te et so- 5
rorem salutat. infantulo tuo Pescennio Princo munera
digna suo loco tuoque mittemus. Tu uelim exercitus rei 6
p. ac nobis retentes, mi unanime, mi carissime, mi aman-
tissime.'

Et has quidem litteras missis stipatoribus fidelissimis 8
dedit, quibus praecepit, ut epistulam publice darent, postea
uero dicerent se uelle pleraque occulte suggerere, quae
ad res bellicas pertinerent et ad secreta castrorum atque
aulicam fidem; ubi uero in secretum uenissent quasi
mandata dicturi, quinque ualidissimi eum interimerent
gladiolis infra uestem latentibus. nec illorum quidem 2
fides defuit. nam cum ad Albinum uenissent et epistulam
dedissent, qua lecta cum dicerent quaedam secretius sug-
gerenda et locum semotum ab omnibus arbitris postula-
rent, et cum omnino neminem paterentur ad porticum
longissimam cum Albino progredi ea specie, ne mandata
proderentur, Albinus intellexit insidias. denique indul- 3
gens suspicionibus eos tormentis dedit. qui diu primo
pernegarunt sed postea uicti necessitate confessi sunt ea,
quae Seuerus isdem praeceperat.

Tunc iam proditis rebus et apertis insidiis ea, quae 4
suspicabatur, Albinus clara esse intellegens exercitu in-
genti collecto contra Seuerum atque eius duces uenit.
et primo quidem conflictu habito contra duces Seueri 9
potior fuit, post autem Seuerus ipse, cum id egisset
apud senatum, ut hostis iudicaretur Albinus, contra
eum profectus acerrime fortissimeque pugnauit in Gal-
lia non sine uarietate fortunae. denique cum solli- 2
citus augures consuleret, responsum illi est, ut dicit
Marius Maximus, uenturum quidem in potestate eius Al-
binum, sed non uiuum nec mortuum. quod et factum

2 Prineo *M* Primo *Iordan* perempto *Golisch p. 648* 8 ocuIte *B* 9 pertinent *B* 13 fidefuit P^1 18 intellegit P^1 *t. I.* 20 penegarunt $B^1 P^1$ pene negarunt B^2 21 hisdem *BP* 31 quidem uenturum *B*

Digitized by Google

3 est. nam cum ultimo proelio commissum esset, innume-
ris suorum caesis, plurimis fugatis, multis etiam deditis
Albinus fugit et, ut multi dicunt, se ipse percussit, ut
alii, seruo suo percussus semiuiuus ad Seuerum deductus
4 est. unde confirmatum est augurium, quod fuerat ante
praedictum. ⟨multi praeterea dicunt, a militibus, cuius
nece a Seuero gratiam requirebant.⟩

5 Fuit Albino unus, ut aliqui dicunt, filius, *ut* Maximus
dicit, duo. quibus primum ueniam dedit, postea uero eos
6 cum matre percussit et in profluentem abici iussit. Ca-
put eius excisum pilo circumtulit Romamque misit litte-
ris ad senatum datis, quibus insultauit, quod Albinum
tantopere dilexissent, ut eius adfines et fratrem praeci-
7 pue ingenti honore cumularent. iacuisse ante praetorium
Seueri Albini corpus per dies plurimos dicitur usque
ad fetorem, laniatumque a canibus in profluentem ab-
iectum est.

10 **D**e moribus eius uaria dicuntur. et Seuerus quidem
ipse haec de eodem loquitur, ut eum dicat turpem, mali-
2 tiosum, inprobum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. sed
haec belli tempore uel post bellum, quando ei iam uelut
3 de hoste credi non poterat, cum et ipse ad eum quasi ad
amicissimum frequentes miserit litteras, et multi de Al-
bino bene senserint, et Seuerus ipse Caesarem suum
eundem appellari uoluerit et, cum de successore cogita-
4 ret, hunc primum habuerit ante oculos. Extant praeterea
Marci epistulae de hoc eodem, quae testimonium et uir-
5 tutum eius ferant et morum. quarum unam inserere ad
praefectos datam super eius nomine absurdum non fuit.

1 cōmisum *B* 4 a seruo *M* 5 augurum *B* 6 cuius] qui eius *C* 7 necem *BP* 8 aliquid *B* ut *addidi* 9 Seuerus *post* quibus *inserit Kellerbauer p. 529* 11 litteras *B* 12 insultabit *BP* insultabat *M* insultauit *scripsi* 17 esse *M* 20 luxoriosum *BP* 22 cred P^1 23 miset lit et multi P^1 24 senserunt P^2 26 occulos *B* 28 inferere B^1P^1 29 nomine] ordine *uel* honore *Kellerbauer p. 630*

Digitized by Google

'Marcus Aurelius Antoninus praefectis suis salutem. Al- 6
bino ex familia Ceioniorum, Afro quidem homini sed non
multa ex Afris habenti, Plautilli genero, duas cohortes
alares regendas dedi. est homo exercitatus, uita tristis, 7
grauis moribus. puto eum rebus castrensibus profutu-
rum, certe offuturum non esse satis noui. huic salarium 8
duplex decreui, uestem militarem simplicem, sed loci sui
stipendium quadruplum. hunc uos adhortamini, ut se
rei p. ostentet, habiturus praemium quod merebitur.'
Est et alia epistula, qua idem Marcus Auidii Cassii tem- 9
poribus de hoc eodem scripsit, cuius exemplum hoc est:
'Laudanda est Albini constantia, qui grauiter deficientes 10
exercitus tenuit, cum ad Auidium Cassium confugerent.
et nisi hic fuisset, omnes fecissent. habemus igitur ui- 11
rum dignum consulatu, quem sufficiam in locum Cassi
Papiri, qui mihi exanimis prope iam nuntiatus est. quod 12
interim a te publicari nolo, ne aut ad ipsum Papirium
aut ad eius adfectus perueniat, nosque uideamur in locum
uiuentis consulem subrogasse.' Et istae igitur epistulae 11
constantem uirum Albinum fuisse indicant, et illud prae-
cipue, quod ad eas ciuitates instaurandas, quas Niger ad-
triuerat, pecuniam misit, quo facilius sibi earum accolas
conciliaret. Gulosum eum Cordus, qui talia persequitur 2
in suis uoluminibus, fuisse dicit, et ita quidem ut pomo-
rum tantum hauserit, quantum ratio humana non patitur.
nam et quingentas ficus passarias, quas Graeci callistru- 3
tias uocant, ieiunum comedisse dicit et centum persica

1 praefectus *BP*[1] 3 multo *BP t. I.* duos *BP* 6 esse non *BP* 7 *post* sui *distinguit S* 9 ostente et *B*[1] ostentet et *P*[1] 10 quam *Boxhorn* (*Maduig p. 636*) 14 defecissent *M* 19 consulis *P* 20 constat eum *BP cod. Laurent. plut. LXIII cod. 31. Riccardianus* testantur eum *M* constantem *scripsi cf. c. 10,10* (*Iordan*) Albinum uirum utilem fuisse *M* fuissent *BP cod. Laur.* fuissent *cod. Riccard.* 21 ad *om. B* (*addunt cod. Laur. s. s., cod. Riccard.*) 23 gylosum *BP*[1] prosequitur *P*[3] 25 auxerit *BP* oratio *BP*[1] 26 passerarias *Marc. Donat.* (*Maduig p. 636*) callistrucias *M* (-thias *uolg.*)

Digitized by Google

Campana et melones Ostienses decem et uuarum Labica-
narum pondo uiginti et ficedulas centum et ostrea qua-
4 dringenta. uini sane parcum fuisse dicit; quod Seuerus
5 negat, qui eum adserit ebrium etiam in bello fuisse. cum
suis ei numquam conuenit uel propter uinolentiam, ut
6 dicit Seuerus, uel propter morum acrimoniam. uxori
odiosissimus fuit, seruis iniustus, atrox circa militem.
nam saepe etiam ordinarios centuriones, ubi causae qua-
litas non postulabat, in crucem sustulit. uerberauit certe
7 uirgis saepissime neque umquam delictis pepercit. in
uestitu nitidissimus fuit, in conuiuio sordidissimus et soli
studens copiae, mulierarius inter primos amatores, auer-
sae Veneris semper ignarus et talium persecutor, agri co-
8 lendi peritissimus, ita ut etiam Georgica scripserit. Mi-
lesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non
ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptae sint.⌉

12 A senatu tantum amatus est quantum nemo princi-
pum, in odium speciatim Seueri, quem uehementer ob
2 crudelitatem oderant senatores. denique uicto eo plu-
rimi senatores a Seuero interfecti sunt, qui eius partium
3 uel uere fuerant uel esse uidebantur. denique cum apud
Lugdunum eundem interfecisset, statim litteras requiri
iussit, ut inueniret uel ad quos ipse scripsisset, uel qui
ad eum rescripsissent, omnesque illos quorum epistulas
4 repperit, hostes iudicari a senatu fecit; nec his pepercit,
sed et ipsos interemit et bona eorum proposuit atque in
5 aerarium publicum rettulit. Extat epistula Seueri, quae
ostendit animum suum, missa ad senatum, cuius hoc
6 exemplum est: ‘Nihil mihi grauius potest euenire, p. c.,
quam ut uestrum iudicium Albinus haberet potius quam

1 lauicanarum *BPM* 5 et *BP* etiam *M* ei *Mommsen* coenauit *M* 6 morumui BP^1 *exc.* 7 seruiis *B* 9 postulabit BP^1 10 ne quemquam *B* nequē nquam *P* (*alterum* n *erasum*) nec cuiusquam *exc.*[2] 12 *fort.* amator 14 melesias *BPM* 16 mediter *B* mediriter P^1 (*c.* P^3) *exc.*[1] 22 inquiri iussit ut *M* 26 emit B^1 interemit B^2 27 qua (*Maduig p. 636*)

Digitized by Google

Seuerus. ego frumenta rei p. detuli, ego multa bella pro 7
re p. gessi, ego populo Romano tantum olei detuli, quan-
tum rerum natura uix habuit. ego interfecto Pescennio
Nigro uos a malis tyrannicis liberaui. magnam sane 8
mihi reddidistis uicem, magnam gratiam: unum ex Afris
et quidem Hadrumetinis, fingentem, quod de Ceioniorum
stemmate sanguinem duceret, usque adeo extulistis, ut
eum principem habere uelletis me principe, saluis liberis
meis. defuitne quaeso tanto senatu, quem amare debere- 9
tis, qui uos amaret? huius fratrem honoribus extulistis,
ab hoc consulatus, ab hoc praeturas, ab hoc sperastis cu-
iusuis magistratus insignia. non eam gratiam mihi red- 10
ditis quam maiores uestri contra Pisonianam factionem,
quam item pro Traiano, quam nuper contra Auidium Cas-
sium praestiterunt: fictum illum et ad omnia mendacio-
rum genera paratum, qui nobilitatem quoque mentitus
est, mihi praeposuistis. quin etiam audiendus in senatu 11
fuit Statilius Corfulenus, qui honores Albino et eius fra-
tri decernendos ducebat, cui hoc superfuit, ut de me ille
decerneret homo nobilis et triumphum. maior fuit dolor, 12
quod illum pro litterato laudandum plerique duxistis,
cum ille neniis quibusdam anilibus occupatus inter Mile-
sias Punicas Apulei sui et ludicra litteraria consenesce-
ret.' Hinc apparet, quanta seueritate factionem uel 13
Pescennianam uel Clodianam uindicauerit. quae quidem 14
omnia in uita eius posita sunt. quae qui diligentius scire
uelit, legat Marium Maximum de Latinis scriptoribus, de
Graecis scriptoribus Herodianum, qui ad fidem pleraque
dixerunt.

Fuit statura procerus, capillo renodi et crispo, fronte 13

1 rep̄. *B F*[1] belli *B*[1] 2 re p.] rp̄ *B P* (*fort.* pop. Rom.) 4 malas *B*[1] milis *P*[1] 8 uelitis *M* 11 speratis *B P M* sperastis *scripsi* 17 praeposuitus *B*[1] 18 et ius fr. *P*[1] 19 illis *Klein p. 280* 20 *post* nobilis supplicationes *add. Mommsen* ad triumphum *M* 27 de graecis Herod. *M*

lata, candore mirabili, ita ut plerique putent, quod ex eo
nomen acceperit, uoce muliebri et prope ad eunuchorum
sonum, motu facili, iracundia graui, furore tristissimo, in
luxurie uarii amans, saepe adpetens uini, frequenter abs-
2 tinens. armorum sciens prorsus, ut non male sui tem-
poris Catilina diceretur.

3 Non ab re esse credimus causas ostendere, quibus
4 amorem senatus Clodius Albinus meruerit: cum Britta-
nicos exercitus regeret iussu Commodi atque illum in-
teremptum adhuc falso comperisset, cum sibi ab ipso
Commodo Caesareanum nomen esset delatum, processit
5 ad milites et hac contione usus est: 'Si senatus p. R.
suum illud uetus haberet imperium, nec in unius pote-
state res tanta consisteret, non ad Vitellios neque ad Nerones
neque ad Domitianos publica fata uenissent. in imperio
consulari nostrae illae gentes Ceioniorum, Albinorum,
Postumiorum, de quibus patres uestri, qui et ipsi ab auis
6 suis audierant, multa tradiderunt, ... et certe Africam
Romano imperio senatus adiunxit, Galliam *senatus subegit*,
senatus subegit Hispanias, orientalibus populis senatus dedit
leges, Parthos temptauit senatus; subegisset, nisi tam auarum
principem Romano exercitui fortuna rei p. tunc dixisset.
7 Brittanias Caesar subegit, certe senator, nondum tamen
dictator. hic ipse Commodus quanto melior fuisset, si

1 lato *B*[1] et *BPM* ita *Petschenig p. 46* putant *M exc.*[2] quod *om. M* 2 eununchorum *BP t. I.* 3 sone *B*[1] iracundiam *BP*[1] *exc.* 4 luxorie *B* luxuria *M* uarium nam *BP exc.* uarius non *Oberdick p. 342* uarius nam *M* uarii amans *Petschenig p. 46* 5 strenuus prorsus *M* 15 *post* uenissent *add.* essent *Mommsen; ipse lacunam significaui u. 18* 18 didicerunt *BPM* dididerunt *Obr.* tradiderunt *scripsi* adiecerunt *Petschenig p. 46* 19 senatus subegit *add. Kellerbauer p. 630* et *add. ante* Hisp. *M* 20 subegit *B*[1] dedit *B*[2] 21 et subegisset *M* nisi tam] st *BP exc.* 22 dixisse *BP exc.* dedisset *M* 23 caes *P*[1]

Digitized by Google

timuisset senatum? et usque ad Neronem quidem sena- 8
tus auctoritas ualuit, qui sordidum et inpurum principem
damnare non timuit, cum sententiae in eum dictae sint,
qui uitae necisque potestatem atque imperium tunc tene-
bat. Quare, conmilitones, ego Caesareanum nomen, 9
quod mi Commodus detulit, nolo. di faxint, ut ne alii
quidem uelint. senatus imperet, prouincias diuidat, se- 10
natus nos consules faciat. et quid dico senatus? uos
ipsi et patres uestri; eritis enim ipsi senatores.'

Haec contio uiuo adhuc Commodo Romam delata est. 14
quae Commodum in Albinum exasperauit, statimque suc-
cessorem misit Iunium Seuerum, unum ex contubernali-
bus suis. senatui autem tantum placuit, ut miris adcla- 2
mationibus absentem eum ornaret et uiuo Commodo et
deinceps interempto, ita ut nonnulli etiam Pertinaci auc-
tores fuerint, ut eum sibi socium adscisceret, apud Iu-
lianum de occidendo Pertinace ipsius plurimum auctoritas
ualuerit. ut autem hoc uerum intellegatur, epistulam 3
Commodi ad praef. praet. suos datam inserui, qua de oc-
cidendo Albino significauit suam mentem:

'Aurelius Commodus [Seuerus] praefectis salutem. 4
Audisse uos credo primum fictum esse, quod ego me-
orum consilio interfectus essem, deinde contionem Clodii
Albini apud milites meos habitam, qua se multum se-
natui commendat, idque, quantum uidemus, non frustra.
nam qui principem unum in re p. negat esse debere qui- 5
que adserit a senatu oportere totam rem p. regi, is per
senatum sibi petit imperium. Cauete igitur diligentis-

2 sordium P^1 4 tenebant *B P exc.* 5 Caesareum *M* 6 mihi P^2 *M* difitxint *exc.*[1] defixerit *exc.*[2] 7 pronuntias *B* *post* diuidat *Kellerbauer p. 630 add.* senatus 8 quod *B P exc. M* 19 occidendi *B* P^1 *exc.* 20 Albino] iuliano *B P exc. M* 21 Seuerus *del. Mommsen* suis *ci. C* 22 in eorum *B exc.* 24 habita *B* P^1 *exc.* qui *B P M* qua *Iord.* 26 *post* unum *in exc. deest* in rem p. *spatio nouem litterarum uacuo relicto*

sime; iam enim hominem scitis uobis militibus populoque uitandum.'

6 Has litteras cum Pertinax inuenisset, in Albini odium publicare studuit. quare Albinus occidendi Pertinacis Iuliano auctor fuit. ‖

4 publicasse tu id *B P exc.*[1] publicare studuit *exc.*[2] publicauit *M* publicasse iuuit *Golisch II p. 1* 5 uita clodi albini iuli capitolini explicit *B P* (iulii *B a. corr.*) [*sequitur in B et P Alexander Seuerus*]

Digitized by Google

ANTONINVS CARACALLVS

AELII SPARTIANI

Ex duobus liberis, quos Septimius Seuerus reliquid, 1
Getam et Bassianum *Antoninos*, quorum unum exercitus,
alterum pater dixit, Geta hostis est iudicatus, Bassianus
autem optinuit imperium. de cuius maioribus frustra pu- 2
tamus iterandum, cum omnia in Seueri uita satis dicta
sint. huius igitur pueritia blanda, ingeniosa, parentibus 3
adfabilis, amicis parentum iucunda, populo accepta, grata
senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit.
non ille in litteris tardus, non in beniuolentis segnis, non 4
tenax in largitate, non lentus in clementia, sed sub paren-
tibus, uisus. denique, si quando feris obiectos damnatos 5
uidit, fleuit aut oculos auertit. quod populo plus quam ama-
bile fuit. septennis puer, cum conlusorem suum puerum 6
ob Iudaicam religionem grauius uerberatum audisset, neque
patrem suum neque patrem pueri uelut auctores uerbe-

1 incipit antoninus caracallus *B P* Antoninus Caracalla [*sic semper*] Aelii Spartiani *M* 3 libris *B* 4 Antoninos *addidit Richter in mus. Rh. n. VII p. 27; Petschenig p. 30 post* unum *inserit* Antoninum quorum] Caesarem *Golisch II p. 1* 5 bassianum *B P M* Bassianus *scripsi* (*Iord.*) Bassianum notum optinuisse imp. *Petschenig p. 30* 6 optinuit se *B* P^1 optinuisse B^2 P^2 obtinuisse imp. constat. *M* optinuit s(enatus) c(onsulto) *Mommsen* optinuit Seueri imp. *Bährens p. 652* imperium constat *M* 11 beniuolentîs] beneuolentia *Bährens p. 652* signis *B* P^1 14 uidit *om.* P^1 perquam *Kellerbauer p. 630* 15 consusorem B^1 16 uerbtum P^1 17 uel *B P M em. C*

Digitized by Google

7 rum diu respexit. Antiochensibus et Byzantiis inter-
uentu suo iura uetusta restituit, quibus iratus fuit Seue-
rus, quod Nigrum iuuerant. Plautiani odium crudelitatis
8 causa concepit. quod a parentibus gratia sigillariorum
acceperat, id uel clientibus uel magistris sponte donauit.
2 sed haec puer. egressus uero pueritiam seu patris monitis
seu calliditate ingenii siue quod se Alexandro Magno Mace-
doni aequandum putabat, restrictior, grauior, uultu etiam
truculentior factus est, prorsus ut eum, quem puerum
2 scierant, multi esse non crederent. Alexandrum Magnum
eiusque gesta in ore semper habuit. Tiberium et Syllam
3 in conuentu plerumque laudauit. patre superbior fuit;
fratrem magna eius humilitate despexit.

4 Post patris mortem in castra praetoria pergens apud
milites conquestus est circumueniri se fratris insidiis, at-
que ita fratrem in Palatio fecit occidi. eius corpus sta-
5 tim cremari praecepit. dixit praeterea in castris fratrem
sibi uenenum parasse, matri eum inreuerentem fuisse;
6 egitque publice is gratias, qui eum occiderunt. addidit
7 denique his quasi fidelioribus erga se stipendium. pars
militum apud Albam Getam occisum aegerrime accepit, di-
centibus cunctis duobus se fidem promisisse liberis Se-
8 ueri, duobus seruare debere, clausisque portis diu impe-
rator non admissus nisi delenitis animis, non solum que-
rellis de Geta et criminationibus editis sed inormitate sti-
pendii militibus, ut solet, placatis, atque inde Romam
9 redit. tunc sub ueste senatoria loricam habens cum arma-
tis militibus curiam ingressus est. hos in medio inter

1 anthiocenibus *BP* 2 quae illis ir. tulit Seu. *Oberdick p. 341* 3 plautini *BPM* 4 qui *BP* quae *M* quod *scripsi* (*Iord.*) sigallariorum accerat *BP* 6 monitus *BP* 7 macedoniae *BPM* 10 scirent *M* 11 tyberium *BP* 12 patris B^1P patri B^2M 18 eum] etiam *Petschenig p. 48* inrentem B^1P inferentem B^2 19 his *BPM* 20 hos P^1 quos *BP* qui *M* quasi *scripsi* 21 ociosum B^1 22 ducibus *P* (ci *in ras.*) promisse P^1 27 habetis *B*

subsellia duplici ordine conlocauit et sic uerba fecit.
questus est de fratris insidiis inuolute et incondite ad 10
illius ac*cussationem*, *ex*cussationem sui. quod quidem 11
nec senatus libenter accepit, cum ille dixisset fratri
se omnia permisisse, fratrem ab insidiis liberasse, et il-
lum tamen sibi grauissimas insidias fecisse nec uicem
amori reddidisse fraterno. Post hoc relegatis deportatis- 3
que reditum in patriam restituit. inde ad praetorianos
processit et in castris mansit. altera die Capitolium petit, 2
eos, quos occidere parabat, adfabiliter est adlocutus inni-
tensque Papiniano et Ciloni ad Palatium redit. cum flen- 3
tem matrem Getae uidisset aliasque mulieres post necem
fratris, mulieres occidere conatus est, sed ob hoc reten-
tus, *ne* augeretur fratris occisi crudelitas. Laetum ad 4
mortem coegit misso a se ueneno: ipse enim inter suaso-
res Getae mortis primus fuerat, qui et primus interemp-
tus est. ipse mortem eius saepissime fleuit. multos, qui 5
caedis eius conscii fuerant, interemit, *item* eum, qui ima-
ginem eius honorauit. post hoc fratrem patruelem Afrum, 6
cui pridie partes de cena miserat, iussit occidi. qui cum 7
se praecipitasset percussorum timore et ad uxorem crure
fracto erepisset, tamen per ludibrium percussoribus de-
prehensus est et occisus. occidit etiam Pompeianum, 8
Marci nepotem, ex filia natum et ex Pompeiano, cui nupta
fuerat Lucilla post mortem Veri imperatoris, quem et

2 quaesitus $B P^1$ inuoluntate $B P^1$ enucleate *Cornelissen p. 252* 3 accusationem P uero excusationem *om.* $B P^1$ *add.* $P^3 M V$ 4 cumque B^1 5 permisse $B P^1$ 6 sibi] si in B 7 religatis $B P$ 10 locutus $B P M$ 11 papiano $B P$ Giloni M 14 ne *om.* $B P^1$ (*add.* $P^3 M$) 18 eumque et imag. M item *inseruit Petschenig p. 31* tuncque im. *Golisch II p. 2* 19 honorabit $B P$ *in ed. pr. post* honorauit *lacunam significaueram* eius formauerat . . . . . . honorauit. *Rösinger p. 6* 21 percussurum $B P$ 22 erepsisset M per latebram *Mommsen*; *ego conieci* tamen percussoribus deprehensus est et per ludibrium occisus; per diluculum *Kellerbauer p. 630* per Liburnum *Vnger p. 212* a perc. *uolg.* 25 lucillam $B P^1$

Digitized by Google

consulem bis fecerat et omnibus bellis praeposuerat, quae
grauissima tunc fuerunt, et ita quidem ut uideretur a
4 latronibus interemptus. Dein in conspectu eius Papinia-
nus securi percussus a militibus et occisus est. quo facto
percussori dixit: 'Gladio te exsequi oportuit meum
2 iussum.' occisus est etiam eius iussu Patruinus ante
templum diui Pii, tractaque sunt eorum per plateam ca-
dauera sine aliqua humanitatis reuerentia. filium etiam
Papiniani, qui ante triduum quaestor opulentum munus
3 ediderat, interemit. isdem diebus occisi sunt innumeri,
qui fratris eius partibus fauerant. occisi etiam liberti,
4 qui Getae administrauerant. caedes deinde in omnibus
locis. et in balneis facta caedes, occisique nonnulli etiam
cenantes, inter quos etiam Sammonicus Serenus, cuius
5 libri plurimi ad doctrinam extant. in summum discrimen
etiam Cilo iterum praefectus et consul uenit ob hoc, quod
6 concordiam inter fratres suaserat. et cum idem Cilo sub-
lata ueste senatoria nudis pedibus ab urbanicianis rap-
7 tus esset, Antoninus seditionem conpressit. multas prae-
terea postea caedes in urbe fecit, passim raptis a militi-
bus nonnullis hominibus et occisis, quasi seditionem
8 uindicans. Heluium Pertinacem, suffectum consulem,
9 ob hoc solum, quod filius esset imperatoris, occidit. ne-
que cessauit umquam sub diuersis occasionibus eos inter-
10 ficere, qui fratris amici fuissent. saepe in senatum, saepe
in populum superbe inuectus est aut edictis propositis
aut orationibus editis, Syllam se etiam ostendens fu-
turum.

5 His gestis Galliam petit atque ut primum in eam ue-
2 nit, Narbonensem proconsulem occidit. cunctis deinde
turbatis, qui in Gallia res gerebant, odium tyrannicum me-

3 papianus BP^1 6 iussit B^1 patrous *BP* Petronius *M em. Borghesi Oeuvr. III p. 251 et 407* 8 autem *M* 9 papiani BP^1 *c.* P^3 10 hisdem *BP* 11 fuerant *B* liberte *B* 12 aedes *B* caedes *P* administrauerant aedes. *Iord.* 13 factae *P* 17 chilo (*bis*) *BPM* 18 rapius esset ab antoninus B^1

ruit, quamuis aliquando fingeret et benignum, cum esset
natura truculentus. et cum multa contra homines et 3
contra iura ciuitatum fecisset, morbo inplicitus grauiter
laborauit. circa eos, qui eum curabant, crudelissimus fuit.
dein ad orientem profectionem parans omisso itinere in 4
Dacia resedit. circa Retiam non paucos barbaros intere-
mit militesque suos quasi Syllae milites et cohortatus est
et donauit. ⟨Deorum sane se nominibus appellari uetuit, 5
quod Commodus fecerat, cum illi eum, quod leonem ali-
asque feras occidisset, Herculem dicerent. et cum Ger- 6
manos subegisset, Germanum se appellauit uel ioco uel
serio, ut erat stultus et demens, adserens, si Lucanos ui-
cisset, Lucanicum se appellandum.⟩ ⟨Damnati sunt eo 7
tempore qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuae
aut imagines erant principis, et qui coronas imaginibus
eius detraxerunt, ut alias ponerent, damnatis et qui re-
media quartanis tertianisque collo adnexa gestarunt.⟩ Per 8
Thracias cum praef. praet. iter fecit. inde cum in Asiam
traiceret, naufragii periculum adit antemna fracta, ita ut
in scafam cum protectoribus uix descenderet. unde in
triremem a praef. classis receptus euasit. ⟨Excepit apros 9
frequenter, contra leonem etiam stetit. quo etiam mis-
sis ad amicos litteris gloriatus est seque ad Herculis uir-
tutem accessisse iactauit.⟩

Post hoc ad bellum Armeniacum Parthicumque con- 6
uersus ducem bellicum, qui suis competebat moribus,
fecit. inde Alexandream petit, in gymnasium populum 2
conuocauit eumque obiurgauit; legi etiam ualidos ad mi-

1 et] se *M Klein p. 146* se *inserit post* quamuis 5 omiso *B* 9 quod (*ante* Com.) *om.* BP^1 ut *add. Iordan* illi *uix sanum. fort.* aulici; *Petschenig p. 31* nonnulli, *Klein p. 146* milites eum] cum B^1P 11 Germanicum *M* 16 damnati sunt et *M* 17 tertianque P^1 adnexa.runt B^1 iesta *interposuit* B^2 gestarent *PM* 18 praet. in fecit *BP* 19 atemna *B* ãtemna *P* 20 ita *BP om. M* uix *scripsi* cito *Golisch II p. 2* uitae *Petschenig p. 48* in *om.* B^1 21 afros *BP* 22 quando *BP* 24 accessisse se *BPM* 28 inualidos *Cornelissen p. 58*

Digitized by Google

3 litiam praecepit. eos autem, quos legerat, occidit exemplo Ptolomaei Euergetis, qui octauus hoc nomine appellatus est. dato praeterea signo militibus, ut hospites suos oc-
4 ciderent, magnam caedem Alexandreae fecit. Dehinc per Cadusios et Babylonios ingressus tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit, feris etiam bestiis in ho-
5 stes immissis. datis ad senatum quasi post uictoriam litteris Parthicus appellatus est; nam Germanici nomen
6 patre uiuo fuerat consecutus. deinde cum iterum uellet Parthis bellum inferre atque hibernaret Hedessae atque inde Carras Luni dei gratia uenisset, die natalis sui, octauo idus Apriles, ipsis Megalensibus, cum ad requisita naturae discessisset, insidiis a Macrino praef. praet. positis,
7 qui post eum inuasit imperium, interemptus est. Conscii caedis fuerunt Nemesianus et frater eius Apollinaris Recianusque, qui praefectus legionis secundae Parthicae militabat et qui equitibus extraordinariis praeerat, non ignorantibus Marcio Agrippa, qui classi praeerat, et praeterea plerisque officialium inpulsu Martialis.

7 ||Occisus est autem in medio itinere inter Carras et Hedessam, cum leuandae uessicae gratia ex equo descendisset atque inter protectores suos, coniuratos caedis,
2 ageret. denique cum illum in equum strator eius leuaret, pugione latus eius confodit, conclamatumque ab omnibus est id Martialem fecisse.

3 Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusque id memoriae traditum atque ita

2 ptholomei *B* euergites *B*[1] euergitis *P*[1]*M* 5 Gadusios fines *M* babilonios *BP* 8 germani *B*[1] 10 hibernare thedesse *B* hibernare thędessae *P*[1] hibernaret hed. *P*[2] hybernare aedesse *M* 11 iuni *B*[1] octabu *B*[1] octauu *P*[1] octaba *B*[2] *τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἀπριλίου Dio LXXVIII 5,4* 15 Reanusque *M* Triccianus *Henzen C. I. L. VI p. 792* (*ex Dion. LXXVIII 13,4*) 17 et qui] *corruptelam subesse putat Gemoll p. 6* 18 classi] Daciae *uel* Dacis *Kellerbauer p. 631, at cf. Klein p. 280 sqq.* 19 marcialis *BPM* 25 marcialem *BPM*

Digitized by Google

nunc quoque a Carrenis praecipue haberi, ut qui Lunam
femineo nomine ac sexu putauerit nuncupandam, is addic-
tus mulieribus semper inseruiat; qui uero marem deum 4
esse crediderit, is dominetur uxori neque ullas muliebres
patiatur insidias. unde, quamuis Graeci uel Aegyptii eo 5
genere quo feminam hominem, etiam Lunam deum dicant,
mystice tamen deum dicunt.

Scio de Papiniani nece multos ita in litteras rettulisse, 8
ut caedis non adsciuerint causam, aliis alia referentibus;
sed ego malui uarietatem opinionum edere quam de
tanti uiri caede reticere. Papinianum amicissimum fu- 2
isse imperatori Seuero et, ut aliqui loquuntur, adfinem
etiam per secundam uxorem, memoriae traditur; et huic 3
praecipue utrumque filium a Seuero commendatum, eum-
que cum Seuero professum sub Scaeuola et Seuero in
aduocatione fisci successisse, atque ob hoc concordiae
fratrum Antoninorum fauisse; egisse quin etiam, ne oc- 4
cideretur, cum iam de insidiis eius Bassianus quereretur;
atque ideo una cum is, qui fautores fuerant Getae, a mili-
tibus non solum permittente uerum etiam suadente Anto-
nino occisum. multi dicunt Bassianum occiso fratre illi 5
mandasse, ut et in senatu pro se et apud populum facinus

1 abheri *B* 2 nuncupandum is addictis B^1 3 semper *om. B* inseruit at qui uero *BPM* inseriuat qui uero *scripsi* (*Iord.*) 4 ullos *B* 6 hominem *et* deum (*post* Lunam) *del. Iord.* feminam nominent, — dicunt, m. t. d. ducunt (*cum S*) *uel* Lunum dicunt *Hirschfeld p. 231* 8 retulisse *B* 9 adseruerint *S* (*Bährens p. 452*) 10 mallui *B* ueritatem *BPM em. C* 11 papiniani BP^1 12 et *om.* BP^1 *add.* P^2M 13 traditur — commendatum *om.* B^1 *add.* B^2 14 eumque — successisse *om.* BP^1 *add.* P^2 *uersuum ordo mihi esse confusus uidetur ueriorque hice*: Papinianum amicissimum fuisse imp. Seuero ‖ eumque cum Seuero professum sub Scaeuola et Seuero in aduocatione fisci successisse ‖ et, ut aliqui loquuntur, adfinem etiam p. s. u. memoriae traditur, et huic [hinc?] praecipue utrumque filium a Seuero commendatum ‖ atque ob hoc concordiae fratrum Antoninorum fauisse 16 concordia *PV* concordiam *M* 17 fuisse *BPVM em. S* 19 his *BPM* faustores B^1P 20 permittentem *BPV* 22 per *BPM em. S*

Digitized by Google

dilueret, illum autem respondisse, non tam facile par-
6 ricidium excusari posse quam fieri. est etiam haec
fabella, quod dictare noluerit orationem, qua inuehendum
erat in fratrem, ut causa eius melior fieret, qui occiderat;
illum autem negantem respondisse illud esse parrici-
7 dium aliud accussare innocentem occisum. sed hoc om-
nino non conuenit: nam neque praef. poterat dictare
orationem, et constat eum quasi fautorem Getae occisum.
8 et fertur quidem Papinianus, cum raptus a militibus ad
Palatium traheretur occidendus, praediuinasse, dicens eum
stultissimum fore, qui in suum subrogaretur locum, nisi
9 adpetitam crudeliter praefecturam uindicaret. quod fac-
c.6,6 tum est: nam Macrinus *Antoninum* occidit, ut supra ex-
10 posuimus. qui cum filio factus in castris imperator filium
suum, qui Diadumenus uocabatur, Antoninum uocauit, id-
circo quod a praetorianis multum Antoninus desideratus est.||

9 Bassianus uixit annis quadraginta tribus. imperauit
2 annis sex. publico funere elatus est. Filium reliquid, qui
postea et ipse Marcus Antoninus Heliogabalus dictus est;
ita enim nomen Antoninorum inoleuerat, ut uelli ex ani-
mis hominum non posset, quod omnium pectora uelut
Augusti nomen obsederat.

3 Fuit male moratus et patre duro crudelior. auidus
cibi, uini etiam adpetens, suis odiosus et praeter milites
praetorianos omnibus castris exosus. prorsus nihil inter
fratres simile.

4 Opera Romae reliquid thermas nominis sui eximias, qua-
rum cellam solearem architecti negant posse ulla imitatione,
5 qua facta est, fieri. nam et ex aere uel cypro cancelli sub-

3 fauella *BP*[1] noluerit *Maduig p. 436* 4 occideret *BPM em. Vrs.* 5 aliud *BPM* illud *em. S* est *M* 6 accusare *P* hec *B*[1] 8 quisi *BP* occisu *B* 10 dicentem *BPM* dicens *scripsi* dicens eum *Petschenig p. 48* 11 stultissime *B*[1] 13 macrinum *B*[2] Antoninum *om. BPMV add. Erasmus* 15 uocatur *BP* uocatus *M* 19 est dictus *M* 22 aug *BP* 23 morigeratus *M* ex patre *BP* 28 soliarem *S* *an* artis *post* imitationem *intercidit?* 29 superpositi *BPM em. C*

Digitized by Google

terpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita
est, et tantum est spatii, ut id ipsum fieri negent potuisse
docti mechanis. reliquid et porticum patris nomine, quae 6
gesta illius contineret et triumphos et bella. ipse Cara- 7
calli nomen accepit a uestimento, quod populo dederat,
demisso usque ad talos. quod ante non fuerat. unde ho- 8
dieque Antoninianae dicuntur caracallae huiusmodi, in
usu maxime Romanae plebis frequentatae. idem uiam 9
nouam muniuit, quae est sub eius thermis, Antoninianis
scilicet, qua pulchrius inter Romanas plateas non facile
quicquam inuenias. Sacra Isidis Romam deportauit et 10
templa ubique magnifice eidem deae fecit; sacra etiam
maiore reuerentia celebrauit, quam ante celebrabantur.
in quo quidem mihi mirum uidetur, quemadmodum sa- 11
cra Isidis primum per hunc Romam uenisse dicantur,
cum Antoninus Commodus ita ea celebrauerit, ut et Anu-
bin portaret et pausas ederet; nisi forte iste addidit ce-
lebritati, non eam primus inuexit.

Corpus eius Antoninorum sepulchro inlatum est, ut † ea 12
sedes reliquias eius acciperet, quae nomen addiderat.

||Interest scire quemadmodum nouercam suam Iuliam 10
uxorem duxisse dicatur. quae cum esset pulcherrima et 2
quasi per neglegentiam se maxima corporis parte nudas-
set, dixissetque Antoninus 'Vellem, si liceret', respon-
disse fertur: 'Si libet, licet. an nescis, te imperatorem
esse et leges dare, non accipere?' quo audito furor in- 3
conditus ad effectum criminis roboratus est nuptiasque
eas celebrauit, quas, si sciret se leges dare uere, solus
prohibere debuisset. matrem enim (non alio dicenda erat 4
nomine) duxit uxorem et ad parricidium iunxit incestum, si
quidem eam matrimonio sociauit, cuius filium nuper occiderat.

2 negant potuissent *BP* 6 demiso *B* 12 magnifice idem *BP* eidem *M* 14 quemammodum *P* 16 anobin *BP*[1] 17 ederet] expleret et caput raderet *Kellerbauer p. 629 coll. XI 6,9* 19 ea sedes *mihi uidetur corruptum;* gens *conieci, Fleckeisen. ann. CXXVIIII p. 79* 25 temperatorem *B* 28 quasi *BP*

5 Non ab re est etiam diasyrticum quiddam in eum dic-
6 tum addere. nam cum Germanici et Parthici et Arabici
et Alamannici nomen adscriberet (nam Alamannorum
gentem deuicerat), Heluius Pertinax, filius Pertinacis, di-
citur ioco dixisse: 'Adde, si placet, etiam Geticus Maxi-
mus', quod Getam occiderat fratrem, et Gothi Getae di-
cerentur, quos ille, dum ad orientem transit, tumultuariis
proeliis deuicerat.

11 Occidendi Getae multa prodigia extiterunt, ut in uita
2 eius exponemus. nam quamuis prior ille e uita excesse-
rit, nos tamen ordinem secuti sumus, ut qui et prior na-
tus est et qui prior imperare coeperat, prior scriberetur.
3 Eo sane tempore, quo ab exercitu appellatus est Augustus
uiuo patre, quod ille pedibus aeger gubernare non posse
uideretur imperium, contunsis animis militum et tribuno-
rum Seuerus dicitur animo uolutasse, ut et hunc occide-
4 ret, nisi repugnassent praefecti eius, grauis uiri. aliqui
contra dicunt praefectos uoluisse id fieri, sed Septimium
noluisse, ne et seueritas illius crudelitatis nomine inqui-
naretur, et, cum auctores criminis milites fuerint, adule-
scens stultae temeritatis poenas lueret tam grauis suppli-
cii titulo, ut a patre uideretur occisus. ||
5 Hic tamen omnium durissimus et, ut uno conplecta-
mur uerbo, parricida et incestus, patris, matris, fratris
inimicus, a Macrino, qui eum occiderat, timore militum
6 et maxime praetorianorum inter deos relatus est. habet
templum, habet salios, habet sodales Antoninianos, qui
7 Faustinae templum et diuale nomen eripuit, certe tem-
plum, quod ei sub Tauri radicibus fundauerat maritus,
in quo postea filius huius Heliogabalus Antoninus sibi
uel Ioui Syrio uel Soli — incertum id est — templum
fecit.

2 Germani *BP* 7 transiit B^2 13 excitu P^1 c. P^3 17 pugnassent *BPM* 24 parricidia *BPM* 26 ac max. *M* praetorianum *BPM* 31 iouis BP^1 32 antoninus caracallus spartiani expl. *BP*

Digitized by Google

ANTONINVS GETA

AELII SPARTIANI

Scio, Constantine Auguste, et multos et clementiam 1
tuam quaestionem mouere posse, cur etiam Geta Antoni-
nus a me tradatur. de cuius priusquam uel uita uel nece
dicam, disseram, cur et ipsi Antonino a Seuero patre sit
nomen adpositum. neque enim multa in eius uita dici 2
possunt, qui prius rebus humanis exemptus est, quam
cum fratre teneret imperium.

Septimius Seuerus quodam tempore cum consuluisset 3
ac petisset, ut sibi indicaretur, quo esset successore
moriturus, in somnis uidit Antoninum sibi successu-
rum. quare statim ad milites processit et Bassianum, 4
filium maiorem natu, Marcum Aurelium Antoninum ap-
pellauit. cum id fecisset, paterna cogitatione uel, ut 5
quidam dicunt, a Iulia uxore commonitus, quae gnara
erat somnii, quod minori filio hoc facto ipse inter-
clusisset aditum imperandi, etiam Getam, minorem filium,
Antoninum uocari iussit. itaque semper ab eo in epi- 6
stulis familiaribus dictus est, cum si forte abesset, scri-

1. incipit antoninus geta feliciter *BP* Antoninus Geta eiusdem Spartiani *M* ad constantinum aug. *add.* P^3 7 uita *om.* BP^1 in eum dici *Golisch II p. 3* 12 successorum *B* 15 quod *BPM* cum id *scripsi* et *post* fecisset *add. BPM* uel *Iordan, uolg. om.* 20 dictus est Antoninus P^3M

Digitized by Google

7 beret: 'Salutate Antoninos filios et successores meos.'
sed nihil ualuit patris cautio, nam ei solus ille successit
qui primus Antonini nomen accepit. et haec de Antonini
2 nomine. Geta autem dictus est uel a patrui nomine uel aui
paterni, de cuius uita et moribus in uita Seueri Marius
2 Maximus primo septenario satis copiose rettulit. ⟨Fuit au-
tem Antoninus Geta etiam ob hoc ita dictus, quod in
animo habuit Seuerus, ut omnes deinceps principes
quemadmodum Augusti, ita etiam Antonini dicerentur,
idque amore Marci, uel fratrem suum quem dicebat et
cuius philosophiam litterarumque institutionem semper
3 imitatus est. dicunt aliqui non in Marci honorem tantum
Antonini nomini delatum, cum id Marcus adoptiuum ha-
buerit, sed in eius, qui Pius cognominatus est, Hadriani
4 scilicet successoris, et quidem ob hoc quod Seuerum ille
ad fisci aduocationem delegerat ex formularia forensi,
cum ad tantos processus ei patuisset dati ab Antonino
5 primi gradus uel honoris auspicium, simul quod nemo ei
uideretur felicior imperator ad commodandum nomen eo
principe, cuius proprium nomen iam per quattuor princi-
pes cucurrisset.⟩

6 De hoc eodem Seuerus, gnarus geniturae illius,
cuius, ut plerique Afrorum, peritissimus fuit, dixisse
7 fertur: 'Mirum mihi uidetur, Iuuenalis amantissimus,
Geta noster diuus futurus, cuius nihil imperiale in
genitura uideo.' erat enim Iuuenalis praef. eius prae-
8 torii. nec eum fefellit. nam Bassianus, cum eum occi-
disset ac uereretur tyrannicam ex parricidio notam audi-
retque posse mitigari facinus, si diuum fratrem appella-

3 antoninus *B P* de *om.* P^1 4 uel a p. *B* P^1 6 septenario] capite uaria *Rübel in thes.* 10 atque *B P M em. S* suum sem *B* P^1 semet P^3 *M* suum quem *scripsi* 13 nomen ei delatum *Bährens p. 452* marcum adoptiuus *B P* marcus adoptiuus *M* 14 est *M* sed *B P* 15 successori *B P* 16 formula *M* formulario *uolg.* 19 uidetur *P t. I.* 24 amantissime *M* 28 tyrannicum B^1 natum B^1 natam B^2 *P*

Digitized by Google

ret, dixisse fertur: 'Sit diuus, dum non sit uiuus.' de- 9
nique eum inter diuos rettulit atque ideo utcumque redit
cum fama in gratiam parricida.

Natus est Geta Seuero et Vitellio conss. Mediolanii, 3
etsi aliter alii prodiderunt, VI kal. Iunias ex Iulia, quam (a. 942/189)
idcirco Seuerus uxorem duxerat, quod eam in genitura
habere compererat, ut regis uxor esset, isque priuatus
sed iam optimi in re p. loci. statim ut natus est, nuntia- 2
tum est ouum gallinam in aula peperisse purpureum.
quod cum allatum Bassianus frater eius accepisset et 3
quasi paruulus adplosum ad terram fregisset, Iulia dixisse
ioco fertur: 'Maledicte parricida, fratrem tuum occi-
disti.' [idque ioco.] quod dictum Seuerus altius quam 4
quisquam praesentium accepit, a circumstantibus autem
postea uelut diuinitus effusum adprobatum est. fuit etiam 5
aliud omen: nam cum in uilla cuiusdam Antonini, plebei
hominis, agnus natus esset, qui uellus in fronte pur-
pureum haberet, eadem die atque hora, qua Geta natus
est, audissetque ille ab haruspice post Seuerum Antoni-
num imperaturum, ac de se ille auguraretur sed tamen
talis fati timeret indicium, ferro eum adegit. quod et 6
ipsum signo fuit Getam ab Antonino interimendum, ut
postea satis claruit. fuit etiam aliud omen, ut postea 7
ingens exitus docuit huius facinoris, quod euenit: nam 8
cum infantis Getae natalem Seuerus commendare uellet,
hostiam popa nomine Antoninus percussit. quod tunc nec 9
quaesitum nec animaduersum, post uero intellectum est.

Fuit adulescens decorus, moribus asperis, sed non 4
impius, † anarbo retractator, gulosus, cupidus ciborum et

3 cum *om. BPM* 5 alter *B*[1]*M* 12 fertur ioco *M* maledicta *B* 13 idque ioco *del. Iordan* quod *om. M* 15 effosum *BP* effossum *M* 17 tatus *B*[1]*P*[1] 21 tale *BPM em. C* timere *BP*[1] *corr. P*[3] 22 ingens postea ut *M* 29 anarbore tractator *BPM* nario retractator *S* iactator *latere existimat Iordan* animo aridiore, iactator *Oberdick p. 342* armorum gladiatoriorum tractator *Rösinger p. 6*, auarus, formae iactator *Bährens p. 452,* inurbane iactator

2 uini uarie conditi. huius illud pueri fertur insigne, quod,
cum uellet partium diuersarum uiros Seuerus occidere
et inter suos diceret 'Hostes uobis eripio', consentiretque
adeo usque Bassianus, ut eorum etiam liberos, si sibi
consuleret, diceret occidendos, Geta interrogasse fertur,
3 quantus esset interficiendorum numerus; cumque dixis-
set pater, ille interrogauit: 'Isti habent parentes, habent
propinquos?' cum responsum esset habere, ait: 'Tum
plures ergo in ciuitate tristes erunt quam laeti, quod
4 uicimus.' et optinuisset eius sententia, nisi Plautianus
praefectus uel Iuuenalis institissent spe proscriptionum,
ex quibus ditati sunt. his accedebat Bassiani fratris ni-
5 mia crudelitas. qui cum contenderet et diceret quasi
ioco quasi serio omnes cum liberis occidendos partium
diuersarum, Geta ei dixisse dicitur: 'Tu qui nulli par-
cis, potes et fratrem occidere.' quod dictum eius
5 tunc nihil, post uero pro praesagio fuit. Fuit in lit-
teris assequendis tenax ueterum scriptorum, paterna-
rum etiam sententiarum memor, fratri semper inui-
sus, matri amabilior quam frater, subbalbe tamen ca-
2 norus. uestitus nitidi cupidissimus, ita ut pater rideret.
si quid accepit a parentibus, ad suum contulit cultum
3 neque quicquam cuipiam dedit. ⟨Post Parthicum bellum

Cornelissen p. 58 Veneriae tr. *Rübel p. 66* a marcore retractator *uel* amatorii (*uel* amatoriae rei) tr. *Vnger p. 212* 3 dicere *BPM* 5 consularet *BP* consulerent *M* occidendus *B* 7 interrogasse B^1 8 esset *om.* B^1 haberet complures ergo *BP* habere complures plures ergo *M* habere ait complures *Gr.* habere ait: tum plures ergo *scripsi* (*post me Golisch II p. 3* habere: tum pl.) habere eos, plures ergo, inquit, in ciu. *Bährens p. 652* 13 qua — qua *C prius* quasi *del. Iord.* 14 quasi seuero B^1 16 etiam fratrem *M* 17 post se B^1 *an* postea? 18 et tenax *BPM* et *deleui* (*Iord.*) assequens et tenax *Petschenig p. 48* 20 subalbe B^1 *an* canorus tamen subbalbe *uel* canorus sub. tam.? 21 patri deret B^1PM diceret B^2 *em. Bernhardy* 22 praesentibus *BPM em. Musgrauius* 23 particum *BP*

Digitized by Google

cum ingenti gloria *pater* floreret, Bassiano participi im-
perii appellato Geta quoque Caesaris et Antonini, ut qui-
dam dicunt, nomen accepit.〉 Familiare illi fuit has quae- 4
stiones grammaticis proponere, ut dicerent, singula ani-
malia quomodo uocem emitterent, uelut: agni balant, 5
porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, porci grun-
diunt, ursi saeuiunt, leones rugiunt, leopardi rictant, ele-
fanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, asini ru-
diunt, tauri mugiunt, easque de ueteribus adprobare.
Sereni Sammonici libros familiarissimos habuit, quos ille 6
ad Antoninum scripsit. habebat etiam istam consuetudi- 7
nem, ut conuiuia et maxime prandia per singulas litteras
iuberet scientibus seruis, uelut in quo erat anser, apruna, 8
anas, item pullus, perdix, pauus, porcellus, piscis, perna et
quae in eam litteram genera edulium caderent, et item
fasianus, farrata, ficus et talia. quare comis etiam habeba-
tur in adulescentia.

Occiso eo pars militum, quae incorrupta erat, parrici- 6
dium aegerrime accepit, dicentibus cunctis duobus se li-
beris fidem promisisse, duobus seruare debere, clausis-
que portis diu non est imperator admissus. denique nisi 2
querellis de Geta editis et animis militum delenitis, inor-
mibus etiam stipendiis datis Romam Bassianus redire non

1 pater *om. BPM* bellum pater cum *uolg. posui inter* gloria *et* floreret bassiani *B*[1] participe *M* 3 hos *B* 6 grunniunt *BP* minarriunt *BP*[1]*M* minnarriunt *P*[2] *minurrire de hirundinibus uel de omnibus minutis auiculis dicitur, de palumbibus raucitare* porci grundiunt *om. M* grunniunt *BP* grundiunt *scripsi cum Aldhelmo de re gram. et metr. ap. Mai. auct. class. V p. 569 sq. (cf. Reifferscheid. Suet. rel. p. 248)* 7 ursi rauiunt *Cornelissen p. 58 (at cf. Suet. l. s.)* leones — barriunt *P infra textum* rictant *BPM an* rancant? *quod de tigridibus dicitur* 8 uarriunt *B* coraxant *BP*[1] a. ragiunt *BP* rugiunt *M* rudunt *uolg.* rudiunt *scripsi cf. Aldhelm. l. s. s.* 9 t. rugiunt *BP*[1] *rugire de ceruis dicitur, an* tauri mugiunt, cerui rugiunt? 10 sammonii *BP* 16 sarata *M* comes *BP* 20 *post* promisisse *inserit Kellerbauer p. 631* Seueri

Digitized by Google

3 potuit. post hoc denique et Papinianus et multi alii in-
terempti sunt, qui uel concordiae fauerant uel qui par-
tium Getae fuerant, ita ut utriusque ordinis uiri et in
balneo et cenantes et in publico percuterentur, Papinia-
nus ipse securi percussus sit, inprobante Bassiano, quod
4 non gladio res peracta sit. uentum denique est usque ad
seditionem urbanicianorum militum, quos quidem non
leui auctoritate Bassianus conpressit tribuno eorum, ut
5 alii dicunt, interfecto, ut alii, relegato. ipse autem tan-
tum timuit, ut loricam sub lato habens clauo etiam cu-
riam sit ingressus atque ita rationem facti sui et necis
6 Geticae reddiderit. Quo quidem tempore Heluius Perti-
nax, filius Pertinacis, qui postea est ab eodem Bassiano
interemptus, recitanti Faustino praetori et dicenti 'Sarma-
ticus maximus et Parthicus maximus', dixisse dicitur: 'Adde
7 et Geticus maximus', quasi Gothicus. quod dictum altius
in pectus Bassiani descendit, ut postea nece Pertinacis
est adprobatum, nec solum Pertinacis sed et aliorum,
8 ut supra dictum est, passim et inique. Heluium autem
III 3,4 sqq. etiam suspectum habuit adfectatae tyrannidis, quod esset
in amore omnium et filius Pertinacis imperatoris. quae
7 res nulli facile priuato satis tuta est. ⟨Funus Getae
accuratius fuisse dicitur quam eius, qui fratri uide-
2 retur occisus. inlatusque est maiorum sepulchro, hoc
est Seueri, quod est in Appia uia euntibus ad portam
dextra, specie Septizodii exstructum, quod sibi ille
3 uiuus ornauerat.⟩ Occidere uoluit et matrem Getae, no-
uercam suam, quod fratrem lugeret, et mulieres, quas
4 post reditum de curia flentes repperit. Fuit praeterea

1 papianus BP^1 2 fuerant *BPM* 4 balneum *BPM* balneo et *C* 5 percussit *P* 12 eluius *BP* (*bis*) 14 faustum *BPM* Sarmaticus] Germanicus *Kellerbauer p. 631* 15 particus *BP* 17 in pectus MP^3 intereptus BP^1 *an* intra pectus? in ferum pectus *Krauss p. 94* ut *om.* BP^1 24 hoc est — ornauerat *eicit Becker topogr. p. 661 n. 1430* hoc est Seueri *delet Kellerbauer p. 628* 26 dextram *BPM* dextra *scripsi* (*Iord.*) sepizodii *BP* Septizonii *M*

eius inmanitatis Antoninus, ut is praecipue blandiretur,
quos ad necem destinabat, ut eius magis blandimentum
timeretur quam iracundia. mirum sane omnibus uideba- 5
tur, quod mortem Getae totiens etiam ipse fleret, quotiens
nominis eius mentio fieret, quotiens imago uideretur aut
statua. uarietas autem tanta fuit Antonini Bassiani, immo 6
tanta sitis caedis, ut modo fautores Getae, modo inimicos
occideret, quos fors obtulisset. quo facto magis Geta de-
siderabatur.

1 his *BPM* 2 destinebat *B* 4 ipse etiam *M* 6 inmota s. *BP* 7 sitis] *in P prius* i *in ras.* 9 antoninus geta explicit *BP* [*sequitur in B et P uita Heliogabali*]

Digitized by Google

OPILIVS MACRINVS

IVLI CAPITOLINI

1 Vitae illorum principum seu tyrannorum siue Caesa-
rum, qui non diu imperarunt, in obscuro latent, idcirco
quod neque de priuata eorum uita digna sunt, quae di-
cantur, cum omnino ne scirentur quidem, nisi adspiras-
sent ad imperium, et de imperio, quod non diu tenue-
runt, non multa dici possunt: nos tamen ex diuersis hi-
storicis eruta in lucem proferemus, et ea quidem quae
2 memoratu digna erunt. non enim est quisquam, *qui* in
uita non ad diem quodcumque fecerit. sed eius, qui uitas
aliorum scribere orditur, officium est digna cognitione
3 perscribere. et Iunio quidem Cordo studium fuit eorum
imperatorum uitas edere, quos obscuriores uidebat; qui
4 non multum profecit. nam et pauca repperit et indigna
memoratu, adserens se minima quaeque persequuturum,
quasi uel de Traiano aut Pio aut Marco sciendum sit,
quotiens processerit, quando cibos uariauerit et quando
5 uestem mutauerit et quos quando promouerit. quae ille
omnia exsequendo libros mythistoriis repleuit talia scri-
bendo, cum omnino rerum uilium aut nulla scribenda
sint aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint anim-

1 incipit opilius macrinus (iuli ii B^{2}) capitolini feliciter *BP* Opilius Macrinus Iulii Capitolii *M* 8 historiis *M* 10 qui *add. M post* in uita, *Bährens p. 653 ante* 11 eis *BP t. I.* 14 imperatorem P^{1} 16 adseren P^{1}

Digitized by Google

aduerti, qui re uera sciendi sunt, sed ex parte, ut ex ea
cetera colligantur.

‖Occiso ergo Antonino Bassiano Opilius Macrinus, 2
praefectus praetorii eius, qui antea priuatas curarat, im-
perium arripuit, humili natus loco et animi atque oris
inuerecundi, seque nunc Seuerum nunc Antoninum, cum
in odio esset omnium et hominum et militum, nuncupauit
statimque ad bellum Parthicum profectus et iudicandi de 2
se militibus et rumoribus, quibus premebatur, adule-
scendi potestatem demit; quamuis senatus eum impera- 3
torem odio Antonini Bassiani libenter acceperit, cum in
senatu omnibus una uox esset: 'Quemuis magis quam 4
parricidam, quemuis magis quam incestum, quemuis ma-
gis quam inpurum, quemuis magis quam interfectorem et
senatus et populi.'

Et mirum omnibus fortasse uideatur, cur Diadume- 5
num filium Macrinus Antoninum uoluerit nuncupari,
cum auctor necis Antoninianae fuisse dicatur. de ipso, 3
quae in annales relata sint, proferam: uates Caelestis
apud Carthaginem, quae dea repleta solet uera canere,
sub Antonino Pio, cum sciscitante proconsule de statu,
ut solet, publico et de suo imperio futura praediceret,
ubi ad principes uentum est, clara uoce numerari iussit,
quotiens diceret Antoninum, tuncque attentis omnibus
Antonini nomen [Augusti] octauo edidit. sed credentibus 2
cunctis, quod octo annis Antoninus Pius imperaturus es-

4 priuatus cubabat *BPM* 6 *post* Antoninum *P*³ *add.* uocare *pro Antonino Capitolinus* Pertinacem *scripsisse uidetur, cf. 2,5. 3,4; 8. 5,7. 6,6 sqq. 7,5. 11,2* 7 et hominum — parthicum *B infra text.* noncurauit *B* noncunarit *P exc.* 8 uindicandi *M* 9 seu rum. *BPM* e quibus *BP* 10 dempsit *M* 12 quemuis m. q. parr. — incestum *P infra textum* 14 purum *B*¹ 16 diadumenus filius macrini antoninus *BPM em. C* 19 relatas in profera *BP exc.* relata sint *exc.*² 20 quae de r. *BP exc.*¹ deo *M exc.*² dea *scripsi* solebat *exc.*² *M* 24 adtonitis *BP exc.* 25 Augusti *del. Iordan* singultim *Golisch II p. 3*

Digitized by Google

set, et ille transcendit hunc annorum numerum, et con-
stitit apud credentes uel tunc uel postea per uatem aliud
3 designatum. denique adnumeratis omnibus, qui Antonini
4 appellati sunt, is Antoninorum numerus inuenitur. enim-
uero Pius primus, Marcus secundus, Verus tertius, Com-
modus quartus, quintus Caracallus, sextus Geta, septimus
5 Diadumenus, octauus Heliogabalus Antonini fuere. nec
inter Antoninos referendi sunt duo Gordiani, ut qui prae-
nomen tantum Antoninorum habuerunt aut etiam Antonii
6 dicti sunt non Antonini. inde est quod se et Seuerus An-
toninum uocauit, et plurimi fecerunt, ut Pertinax et Iulia-
7 nus et idem Macrinus. set ab ipsis Antoninis, qui ueri
successores Antonini fuerunt, hoc nomen magis quasi
8 proprium retentum est. haec alii. sed alii idcirco Anto-
ninum Diadumenum a Macrino patre appellatum ferunt,
ut suspicio a Macrino interfecti Antonini militibus tolle-
9 retur. alii uero tantum desiderium nominis huius fuisse
dicunt, ut, nisi populus et milites Antonini nomen audi-
rent, imperatorium non putarent. ||

4 Et de Macrino quidem in senatu multis, quando nun-
tiatum est Varium Heliogabalum imperare, cum iam Cae-
sarem Alexandrum senatus dixisset, ea dicta sunt, *ut* ap-
2 pareat ignobilem, sordidum, spurcum fuisse. uerba de-
nique Aurelii Victoris, cui Pinio cognomen erat, haec
3 fuerunt Macrinum libertinum, hominem prostibulum,
seruilibus officiis occupatum in domo imperatoria, uenali

2 credentis *BP* 4 his *BP* 5 sedundus *B*[1] sec//undus *P* 8 aut qui *BPM* qui aut *Egnat.* ut qui *scripsi* pronomen *BP* 10 antoninus uoc. *BP* 11 fuerunt et *BPM* ut pl. ferunt *in obseru. misc. tom. IIII p. 225* fecerunt ut *Bährens p. 653* 12 et idem Macrinus *uix Capitolini sunt, cf. ad c. 2,1* et *BPM* set *Bährens l. s.* 13 quam *BPM* quasi *Bährens l. s.* 19 imperium *C ex Reg.* imperatorem eum *Petschenig p. 48* 20 multi *BPM* 21 imperatore *B* imperatorem *PM* imperare *scripsi* 22 edicta sunt *B* ea dicta sunt *PM an* in senatu talia — edita sunt? multa — et ea dicta *Bährens l. s.* ut *om. BP* 23 nobilem *BP* 24 aureilii *BP* Primo *M* Primio *Iordan* 25 prostibulem *BP*[1]

Digitized by Google

fide, uita sordida sub Commodo, a Seuero remotum etiam
a miserrimis officiis relegatumque in Africam, ubi, ut in-
famiam damnationis tegeret, lectioni operam dedisse,
egisse causulas, declamasse, ius postremo dixisse. dona- 4
tum autem anulis aureis, patrocinante sibi conliberto suo
Festo, aduocatum fisci factum sub Vero Antonino. sed 5
et haec dubia ponuntur, et alia dicuntur ab aliis, quae
ipsa quoque non tacebimus. nam plerique gladiatoriam
pugnam eum exhibuisse dixerunt et accepta rudi ad Afri-
cam isse; uenatorem primo, post etiam tabellionem 6
fuisse, deinceps aduocatum fuisse fisci. ex quo officio ad
amplissima quaeque peruenit. dein cum esset praefectus 7
praetorii collega ablegato, Antoninum Caracallum impera-
torem suum interemit tanta fictione, ut ab eo non uide-
retur occisus. nam stratore eius redempto et spe ingenti 8
proposita id egit, ut quasi militaribus insidiis, quod uel
ob parricidium uel incestum displiceret, interemptus di-
ceretur.

Statim denique arripuit imperium filio Diadumeno in 5
participatum adscito, quem continuo, ut diximus, Antoni- c. 2, 5
num appellari a militibus iussit. dein corpus Antonini 2
Romam remisit, sepulchris maiorum inferendum. man- 3
dauit collegae dudum suo praefecto praetorio, ut munus
suum curaret ac praecipue Antoninum honorabiliter se-
peliret ducto funere regio, quod sciebat ob uestimenta
populo congiaria data multum Antoninum a plebe dilec-
tum. adcedebat etiam illud, quod militarem motum ti- 4
mebat, ne eo interueniente suum impediretur imperium,
quod raptum ierat, sed quasi inuitus acceperat: ut sunt

2 religatumque *BP* 4 clausulas *BP* ius] in *BPM* in postremos *Mommsen* 5 non liberto *BP* uero liberto *M* *em. Ad. Kiessling* 6 *fort.* sub Caracallo Antonino. *cf. exerc. crit. p. 15* sub Seuero Ant. *C* (*Petschenig p. 48 sq.*) 9 exercuisse *Cornelissen p. 59* 11 deinceps — fuisse *om.* *B*[1] 14 factione *BP* 17 uel ne inc. *BP* interemptum *BPM* 26 et congiaria *M* 28 nec eo *BP*

Digitized by Google

5 homines, qui ad ea se cogi dicunt, quae uel sceleribus
comparant. timuit autem etiam collegam, ne et ipse im-
perare cuperet, sperantibus cunctis, quod, si unius
numeri concessus accederet, neque ille recussaret, et om-
nes cupidissime id facerent odio Macrini uel propter ui-
6 tam inprobam uel propter ignobilitatem, cum omnes su-
periores nobiles fuissent imperatores. infulsit praeterea
7 in nomen Seueri se, cum illius nulla cognatione tangere-
tur. unde iocus extitit: 'Sic Macrinus est Seuerus, quo
modo Diadumenus Antoninus.' statim tamen ad delendum
militum motum stipendium et legionariis et praeto-
8 rianis dedit solito uberius, utpote qui extenuare cupe-
ret imperatoris occisi crimen. profuitque pecunia, ut solet,
cui innocentia prodesse non poterat. retentus est enim
aliquanto tempore in imperio homo uitiorum omnium.
9 Ad senatum dein litteras misit de morte Antonini, di-
uum illum appellans excusansque se et iurans, quod de
caede illius nescierit. ita sceleri suo more hominum per-
ditorum iunxit periurium [a quo incipere decuit homi-
6 nem improbum], cum ad senatum scriberet. Interest
scire, cuiusmodi oratio fuerit, qua se excusauit, ut et in-
pudentia hominis noscatur et sacrilegium, a quo initium
2 sumpsit inprobus imperator. Capita ex oratione Macrini
et Diadumeni imperatorum: 'Vellemus, p. c., et inco-
lomi Antonino nostro et reuecti cum triumpho uestram
clementiam uidere. tunc demum enim florente re p. et
omnes felices essemus, et sub eo principe uiueremus,
3 quem nobis Antoninorum loco di dederant. uerum quia

3 unus *BPM* 4 concensus *M* consensus *uolg.* recusaret *P* et *fort. del.* 5 proptam P^1 6 probam BP^1 (*em.* P^3) 7 imperatorem BP^1 *em.* P^3 8 seueris *BP* Seueri *M* Seueri se *S* iungeretur *Bährens p. 653* 10 ad auertendum *G. Richter m. Rh. n. XXIII p. 639* ad deleniendum *Paucker p. 51** 12 solitudo BP^1 15 aliquando B^1P 19 iuncxit *B* a quo — improbum *pro insiticiis habeo* dedecuit *Petschenig p. 49* 20 improbum. Cum — scriberet, int. *distinxit C* 28 dediderant *BP*

id euenire per tumultum militarem non potuit, nuntiamus
primum, quid de nobis exercitus fecerit, dein honores di- 4
uinos, quod primum faciendum est, decernimus ei uiro,
in cuius uerba iurauimus, cum exercitus ultorem caedis
Bassiani neminem digniorem praefecto eius putauit, cui
et ipse utique uindicandam factionem mandasset, si ui-
uus deprehendere potuisset.' Et infra: 'Detulerunt ad 5
me imperium, cuius ego, p. c., interim tutelam re-
cepi, tenebo regimen, si et uobis placuerit, quod militibus
placuit, quibus iam et stipendium et omnia imperatorio
more iussi.' Item infra: 'Diadumenum filium meum 6
uobis notum et imperio miles donauit et nomine, Anto-
ninum uidelicet appellans, ut cohonestaretur prius nomine,
sic etiam regni honore. quod uos, p. c., bono fau- 7
stoque omine adprobetis petimus, ne uobis desit Antoni-
norum nomen, quod maxime diligitis.' Item infra: 'An- 8
tonino autem diuinos honores et miles decreuit, et nos
decernimus et uos, p. c., ut decernatis, cum possimus
imperatorio iure praecipere, tamen rogamus dicantes ei
duas statuas equestres, pedestres duas habitu militari,
sedentes ciuili habitu duas, item diuo Seuero duas trium-
phales. quae omnia, p. c., uos impleri iubebitis nobis 9
religiose pro prioribus ambientibus.' Lectis igitur in se- 7
natu litteris contra opinionem omnium et mortem Anto-
nini senatus gratanter accepit et Opilium Macrinum
libertatem publicam curaturum sperans primum in patri-
cios allegit, nouum hominem et qui paulo ante procura-
tor priuatae fuisset. eundem, cum scriba pontificius es- 2
set, quos hodie pontifices minores uocant, pontificem
maximum appellauit Pii nomine decreto. diu tamen lectis 3

1 eueniret *BP* 3 uero *BP* 4 iurauimus'. tum: 'exercitus *Mommsen* 10 imperatorium ore *BP*^{1} 13 quo honestetur *BPM* 14 regione hon. *B*^{1} 15 homine *BP*^{1} 18 decreuimus *M* 19 et *BPM* ei *Golisch II p.* 3 *Maduig p. 636* 20 pedes *BPM* 22 iubebetis *BP* iubete *M* 23 anbientibus *B* 25 gradanter *B*^{1}*P* 28 pontificus *BP* pontificum *M* pontificius *scripsi*

Digitized by Google

litteris, cum omnino nemo crederet de Antonini morte,
4 silentium fuit. sed posteaquam constitit occisum, sena-
tus in eum uelut in tyrannum inuectus est. denique sta-
tim Macrino et proconsulare imperium et potestatem tri-
buniciam detulerunt.

5 ⟨Filium sane suum, cum ipse Felicis nomen rece-
pisset, ut suspicionem occisi a se Antonini remoueret,
Antoninum uocauit, Diadumenum antea dictum. quod qui-
6 dem nomen etiam Varius Heliogabalus, qui se Bassiani
filium diceret, homo sordidissimus et ex meretrice con-
7 ceptus, idem postea [nomen] accepit. denique uersus ex-
tant cuiusdam poetae, quibus ostenditur Antonini nomen
coepisse a Pio et paulatim per Antoninos usque ad sor-
des ultimas peruenisse, si quidem solus Marcus nomen il-
lud sanctum uitae genere auxisse uideatur, Verus autem
degenerasse, Commodus uero etiam polluisse sacrati no-
8 minis reuerentiam. iam quid de Caracallo Antonino,
quidue de hoc potest dici? postremo etiam quid de He-
liogabalo, qui Antoninorum ultimus in summa inpuritate
uixisse memoratur?⟩

8 Appellatus igitur imperator † susceptos contra Parthos
profectus est magno apparatu, studens sordes generis et
2 prioris uitae infamiam uictoriae magnitudine abolere. sed
conflictu habito contra Parthos defectu legionum, quae
ad Varium Heliogabalum confugerant, interemptus est.
sed anno amplius imperauit.

3 ‖Sane cum esset inferior in eo bello, quod Antoninus
gesserat, Artabane grauiter necem suorum ciuium uindi-
cante, primo Macrinus repugnauit; postea uero missis le-
gatis petit pacem, quam libenti animo interfecto Antonino

3 in *om.* B^1 4 proconsularem BP^1 9 uassiani *B* 11 nomen *del. Iordan* 16 sacranti B^1P^1 21 susceptos *BP* (*in P* s *tertium eras.*) suscepto bello *M* senatus decreto *Rösinger p. 7* suspectos *Bährens p. 458* senatus consulto *Kellerbauer p. 631* susceptor *Vnger p. 496* suscepto *cum* apparatu *coniungit Petschenig p. 49; an* subito? *cf. 2,2* 25 confugerent BP^1

Digitized by Google

Parthus concessit. inde cum se Antiochiam recepisset ac 4
luxuriae operam daret, iustam causam interficiendi sui
praebuit exercitui ac Bassiani, ut putabatur, filium se-
quendi, id est Heliogabalum Bassianum Varium, qui
postea est et Bassianus et Antoninus appellatus. Fuit 9
aliqua mulier Maesa siue Varia ex Emisena urbe, soror
Iuliae uxoris Seueri Pertinacis Afri, quae post mortem
Antonini Bassiani ex aulica domo fuerat expulsa per
Macrini superbiam; cui quidem omnia concessit Macri-
nus, quae diu illa collegerat. huic erant duae filiae, 2
Symiamira et Mamaea, quarum maiori filius erat Heliogaba-
lus. [et Bassiani et Antonini nomen accepit.] nam Helio-
gabalum Foenices uocant solem. sed Heliogabalus pul- 3
chritudine ac statura et sacerdotio conspicuus erat ac
notus omnibus hominibus, qui ad templum ueniebant,
militibus praecipue. his Maesa siue Varia dixit Bassia- 4
num filium esse Antonini, quod paulatim omnibus militi-
bus innotuit. erat praeterea Maesa ipsa ditissima (ex 5
quo etiam Heliogabalus luxuriosissimus), qua promit-
tente militibus legiones abductae sunt a Macrino. sus- 6
cepta enim illa noctu in oppidum cum suis nepos
eius Antoninus appellatus est imperii delatis insignibus.
Haec ubi sunt Macrino apud Antiochiam posito nun- 10
tiata, miratus audaciam muliebrem, simul etiam contem-
nens, Iulianum praefectum ad obsidendos eos cum legio-
nibus misit. quibus cum Antoninus ostenderetur, miro 2
amore in eum omnibus inclinatis occiso Iuliano praefecto

1 anthiociam *BP* 2 luxoriae *B* 3 sequenti *BP* 4 id est uarium h. b. u. *P*[1] quia *BP* 5 et Bassianus *pro insiticiis habeo* appellatus est *M* fuit quaedam *M* 6 aemisena *P* 10 illic *Kellerbauer p. 632* 11 symiamyra *BP* Soaemias *in inscr.* mamea *BPM* 12 qui et Bass. *M* et Bassiani — accepit *uncis inclusi* (*idem proponit Mommsen*) 13 *post* Heliogabalus *Kellerbauer p. 632 add.* templi (*uel* dei) Heliogabali sacerdos 19 luxoriosissimus *BP* 20 adductae *BP*[1] suscepte *B* 22 est appellatus *PM* 23 anthiociam *BP* posita *B*[1] *exc.*[1]

3 ad eum omnes transierunt. dein parte exercitus con-
iuncta uenit contra Macrinum Antoninus contra se festi-
nantem, commissoque proelio Macrinus est uictus prodi-
tione militum eius et amore Antonini. fugiens sane
Macrinus cum paucis et filio in uico quodam Bithyniae oc-
cisus est cum Diadumeno, ablatumque eius caput est et ad
4 Antoninum perlatum. ⟨Sciendum praeterea, quod Caesar
fuisse dicitur, non Augustus Diadumenus puer, quem ple-
5 rique pari fuisse cum patre imperio tradiderunt.⟩ ⟨Occisus
est etiam filius, cui hoc solum attulit imperium, ut inter-
6 ficeretur a milite. non enim aliquid dignum in eius uita
erit, quod dicatur, praeter hoc quod Antoninorum nomini
est uelut nothus adpositus.⟩

11 Fuit tamen in uita imperatoria paulo rigidior et au-
sterior, sperans se ante acta omnia posse obliuioni dare,
cum ipsa seueritas illius occassionem reprehendendi et
2 lacerandi eius aperiret. nam et Seuerum se et Pertina-
cem uoluerat nuncupari, quae duo illi asperitatis nomina
uidebantur. et cum illum senatus Pium ac Felicem nun-
3 cupasset, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. unde
in eum epigramma non inlautum Graeci cuiusdam poetae
uidetur extare, quod Latine hac sententia continetur:

4 'Histrio iam senior, turpis, grauis, asper, iniquus,
inpius et felix sic simul esse cupit,
ut nolit pius esse, uelit tamen esse beatus,
quod natura negat, nec recipit ratio.
nam pius et felix poterat dicique uiderique,
imperium infelix est, erit ille sibi.'

3 commisoque *BP* proditionem *B* 5 et filio] ex proelio — [cum Diadumeno] abscisumque — [sciendum — tradiderunt] *Kellerbauer p. 633 sq. at uid. Philol. XXXXIII p. 192* bethiniae *BP*[1] *exc.*[1] bithin. *P*[2] *exc.*[2] *M* 6 ad *om. B*[1] 8 dicitur *M* 9 patris *B* 12 erat *M* 13 notus *BP* 16 ipse *BPM* occasionem *P* 21 non inlatum *BP* (m *eras.*) *exc.*[1] non latinum *M* inlautum *exc.*[2] non infacetum *Mommsen* non inliteratum *Peiper p. 526* 22 uideretur *BP exc.* 23 turpis] toruus *Cornelissen p. 253* 25 noluit *BP* 26 neget — recepit *BP exc.*[1] 27 poterit *BP*[1] dici atque uideri (*sic M*)

Digitized by Google

hos uersus nescio qui de Latinis iuxta eos, qui Graeci erant 5
propositi, in foro posuit. quibus acceptis Macrinus his
uersibus respondisse fertur:

'Si talem Graium tetulissent fata poetam, 6
qualis Latinus gabalus iste fuit,
nil populus nosset, nil nosset curia, mango
nullus scripsisset carmina tetra mihi.'

his uersibus Macrinus longe peioribus, quam illi Latini 7
sunt, respondisse se credidit, sed non minus risui est
habitus, quam poeta ille, qui de Graeco Latine conatus
est scribere.

Fuit igitur superbus et sanguinarius et uolens mili- 12
tariter imperare, incusans quin etiam superiorum tempo-
rum disciplinam ac solum Seuerum prae ceteris laudans.
nam et in crucem milites tulit et seruilibus suppliciis 2
semper adfecit et, cum seditiones militares pateretur, mi-
lites saepius decimauit, aliquando etiam centesimauit,
quod uerbum proprium ipsius est, cum se clementem
diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent deci-
matione atque uicensimatione. longum est eius crudeli- 3
tates omnes aperire, attamen unam ostendam non ma-
gnam, ut ipse credebat, sed omnibus tyrannicis inmani-
tatibus tristiorem. cum quidam milites ancillam hospitis 4

qui imperio (*S*) inf. *Maduig p. 636* que] cui P^2M 28 *nisi sententia huius uersus inscitia eius, qui in Latinum uertit, esse obscurata uidetur, mea Bährensiique coniecturis forsitan ita refingendus sit* impius infelix exstitit ille simul; impius inf. ast erit ille simul *Bährens p. 653; pro* est et erit (*sic B P exc.*) *conieci* exstitit; imp. inf. exserit ille sibi (*uel* adserit *uel* serit ipse sibi) *Vnger p. 217* 1 hoc *BP exc.*[1] quis *M* delatis BP^1 *exc.*[1] delatas P^2 delatos *exc.*[2] de Latinis *M* delatus eos *S* deletis *uel* delitis *Peiper p. 526* degulator *Vnger p. 497* 4 retulissent *M* facta B^1 5 quilis *B* Lătinus] iam Latius *Vnger p. 497* 6 nihil (*bis*) *BP exc.*[1] magno *BPM em. Burmann anthol. Lat. II 111 p. 243* mando *Vnger p. 497* 7 mihi *om.* P^1 nimis *Vnger p. 497* 10 actus *B* coactus *PM* conatus *scripsi* 15 multos *BM* militos *P* sustulit *Kellerbauer p. 631* 17 decumabit BP^1 21 perire B^1 aripere P^1 magnum *BP exc.*

Digitized by Google

iam diu praui pudoris adfectassent, idque per quendam
frumentarium ille didicisset, adduci eos iussit interroga-
5 uitque, utrum esset factum. quod cum constitisset, duos
boues mirae magnitudinis uiuos subito aperiri iussit at-
que his singulos milites inseri capitibus, ut secum con-
loqui possent, exertis; itaque poena hos adfecit, cum ne
adulteris quidem talia apud maiores uel sui temporis es-
6 sent constituta supplicia. ⟨Pugnauit tamen et contra Par-
thos et contra Armenios et contra Arabas, quos Eudae-
7 mones uocant, non minus fortiter, quam feliciter.⟩ tribunum,
qui excubias deseri passus est, carpento rotali subter-
adnexum per totum iter uiuum atque exanimem traxit.
8 reddidit etiam Mezentii supplicium, quo ille uiuos mor-
tuis inligabat et ad mortem cogebat longa tabe confectos.
9 unde etiam in circo, cum fauor publicus in Diadumenum
se proseruisset, adclamatum:

Verg. Aen. VI 861 XII 275 VII 654

'Egregius forma iuuenis,
cui pater haud Mezentius esset.'

10 uiuos etiam homines parietibus inclusit et struxit. adul-
terii reos semper uiuos simul incendit iunctis corpori-
bus. seruos, qui dominis fugissent, reppertos ad gladium
11 ludi deputauit. delatores, si non probarent, capite adfecit,
si probarent, delato pecuniae praemio infames dimisit.

13 Fuit in iure non incallidus, adeo ut statuisset omnia
rescripta ueterum principum tollere, ut iure non rescrip-
tis ageretur, nefas esse dicens leges uideri Commodi et
Caracalli et hominum inperitorum uoluntates, cum Tra-

1 pudore suffectussent *B*[1] (*m. sec. sup.* ss *superscr.* es) *P*[1] *exc.*[1] suffectassent *P*[2]*M* suspecti essent *exc.*[2] *em. Gr.* atque *BPM* itque *exc.*[1] idque *exc.*[2] quaedam *BP*[1] *exc.*[1] 3 contitisset *B*[1]*P*[1] conditisset *exc.*[1] condidicisset *exc.*[2] 4 aperi *BP exc.*[1] 6 c. ẽet possent *B*[1] istaque *S* poena os *BP exc.*[1] 9 entemones *BP exc.* 11 superadnexum *BPM* subterad. *exc.* 13 mezentiis *BP*[1] quod *BPM* 16 proserius sed clam. *BP*[1] *corr.* *P*[3] semper fuisset accl. *M* 17 egregium f. iuuenem *Verg. l. s. s.* *post* iuuenis *C add. ex Verg. l. s.* dignus 21 dominos *M* 22 deputabit *BP* deputabat *M* deputauit *scripsi* 23 delatio *BP*[1] 24 in uenire *BP* 25 scripta *B* 27 uoluptates *BP*

Digitized by Google

ianus numquam libellis responderit, ne ad alias causas
facta praeferrentur, quae ad gratiam conposita uiderentur.
in annonis tribuendis largissimus fuit, in auro parcissi- 2
mus, in uer*ber*andis uero aulicis tam inpius, tam pertinax, 3
tam asper, ut serui illum sui non Macrinum dicerent, sed
Macellinum, quod macelli specie domus eius cruentaretur
sanguine uernularum. uini cibique auidissimus, nonnum- 4
quam usque ad ebrietatem, sed uespertinis horis. nam si
prandisset uel priuatim parcissimus, in cena effusissimus. 5
adhibuit conuiuio litteratos, ut loquens de studiis liberali-
bus necessario abstemius.

Sed cum eius uilitatem homines antiquam cogitarent, 14
crudelitatem morum uiderent, hominem putidulum in
imperio ferre non possent, et maxime milites, qui multa
eius meminerant funestissima et aliquando turpissima,
inita factione illum occiderunt cum puero filio Diadumeno,
scilicet Antonino cognomine, de quo dictum est, quod in
somnis Antoninus fuisset. unde etiam uersus extant hu- 2
iusmodi:

Vidimus in somnis ciues, nisi fallor, et istud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
qui patre uenali genitus sed matre pudica,
centum nam moechos passa est centumque rogauit.
ipse etiam caluus moechus fuit, inde maritus:
en Pius, en Marcus, Verus nam non fuit ille.

et isti uersus sex translati sunt in Latinum, nam 3

4 uerandis *BP exc.*^{1} ueredariis *exc.*^{2} uenerandis *M* uernulis *Scaliger* uernaculis *uolg.* uernaclis *S* uerberandis *Maduig p. 637* uel *BPM* seruis *uel* uernis *Maduig l. s. om. Hertz p. 261* uero *scripsi* 6 marcellinum *B P*^{1} *exc.* 7 cibusque *B P*^{1} *exc.* 9 prandidisset *B* uel priuatim *uel post* nonnumquam *uel post* parcissimus *esse transponendum mihi uidetur* 10 ut loquens] alioquin *Golisch II p. 3* 11 abstineret *M* esset *add. S* 13 mirum *BP* nimiam *M* morum *S* miram *Petschenig p. 25* 15 memirant *B*^{1}*P*^{1} 16 diadumo *BP*^{1} 20 et stuo *B superscr.* di *sup.* o 21 illi *B* 22 nec matre p. *S* 24 calbus *BP exc.*^{1} inte *BP exc.*^{1} ante *exc.*^{2} 26 ex *BP exc.* ex Graeco *M* sex *Bücheler* exinde *Peiper p. 526*

Digitized by Google

Graece sunt disertissimi. uidentur autem mihi ab aliquo
4 poeta uulgari translati esse. quod cum Macrinus audis-
set, fecit iambos, qui non extant. iucundissimi autem
5 fuisse dicuntur. qui quidem perierunt in eo tumultu, in
quo ipse occisus est, quando et omnia eius a militibus
peruasa sunt. ‖

15 ⟨Genus mortis, ut diximus, tale fuit: cum in Anto-
c. 10,3 ninum Heliogabalum exercitus inclinasset, ille fugit bello-
que uictus est et occisus in suburbano Bithyniae, suis par-
2 tim deditis, partim occisis, partim fugatis. Ita Heliogabalus
clarus creditus est, quod uideretur patris uindicasse mor-
tem, atque inde in imperium uenit, quod dedecorauit ui-
tiis ingentibus, luxurie, turpitudine, abligurritione, super-
bia, inmanitate. qui et ipse similem exitum uitae suae
sortitus est.⟩

3 Haec de Macrino nobis sunt cognita multis aliqua ua-
4 riantibus, ut se habet omnis historia. quae de plurimis
collecta serenitati tuae, Diocletiane Auguste, detulimus,
quia te cupidum ueterum imperatorum esse perspeximus.

1 disertissime *BP exc.*[1] *fort. transponendae sententiae:* translati sunt in Latinum. uidentur — translati esse. nam Graece sunt disertissimi. 2 translata *BP*[1] 3 iocund. *P*[2] iniucundissimi *Kellerbauer p. 631* 6 peruersa *M* peruastata *uolg.* 9 bythyniae *BP* 11 redditus *uolg.* 17 hominis *BP exc.* 18 serenitatis *BP exc.* 19 *in B et P deest subscriptio. sequitur Albinus.*

Digitized by Google

DIADVMENVS ANTONINVS

AELII LAMPRIDII

Antonini Diadumeni pueri, quem cum patre Opilio 1
Macrino imperatorem dixit exercitus occiso Bassiano fac-
tione Macriniana, nihil habet uita memorabile, nisi quod
Antoninus est dictus, et quod ei stupenda omina sunt
facta imperii non diutini, ut euenit. nam cum primum 2
innotuit per legiones occisum esse Bassianum, ingens
maeror obsedit omnium pectora, quod Antoninum in re p.
non haberent, existimantium, quod cum eo Romanum
esset imperium periturum. id ubi Macrino iam impera- 3
tori nuntiatum est, ueritus, ne in aliquem Antoninorum,
qui multi ex adfinibus Antonini Pii erant inter duces, exer-
citus inclinaret, statim contionem parari iussit, filiumque
suum tunc puerum Antoninum appellauit. Contio: 'Vi- 4
detis, conmilitones, et me aetatis iam prouectae et Diadu-
menum puerum, quem diu principem, si di faueant, ha-
bebitis. intellego praeterea desiderium ingens Antoni- 5
niani nominis apud uos manere. quare, quoniam mihi
per conditionem fragilitatis humanae non multum super-
esse uidetur ad uitam, hunc puerum Antoninum uobis
auctoribus nuncupo diu uobis Antoninum repraesentatu-

1 incipit diadumenus antoninus lampridii *BP* Diadumenus Antoninus eiusdem Lampridii *M* 6 omnia *B* 7 diuturni *M* 9 meror *BP* 15 hunc *BPM em. Obrecht* contiō *BP* 18 antoniniano nomine *B* nomine P^1 *t. Iord.*

Digitized by Google

6 rum.' Adclamatum: 'Macrine imperator, di te seruent.
Antonine Diadumene, di te seruent. Antoninum dudum
7 omnes rogamus. Iuppiter optime maxime, Macrino et
Antonino uitam. tu scis, Iuppiter, Macrinus uinci non
potest. tu scis, Iuppiter, Antoninus uinci non potest.
8 Antoninum habemus, omnia habemus. Antoninum nobis di
2 dederunt imperatorem. Antoninus dignus imperio.' Macri-
nus imperator dixit: 'Habete igitur, conmilitones, pro im-
perio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos et
solitas promotiones sed geminatas. di facient, ut haec sae-
pius fiant. dabimus autem per cuncta quinquennia hoc,
2 quod hodie putauimus.' Post hoc ipse puerulus Diadu-
menus Antoninus imperator dixit: 'Gratias uobis, con-
militones, quod me et imperio donastis et nomine, si qui-
dem dignos et me et patrem meum duxistis, quos impe-
ratores Romanos diceretis et quibus committeretis rem p.
3 et pater quidem meus curabit, ne desit imperio, ego au-
tem elaborabo, ne desim nomini Antoninorum. scio
enim me Pii, me Marci, me Veri suscepisse nomen, qui-
4 bus satis facere perdifficile est. interim tamen causa im-
perii, causa nominis id omne quod pater et tantundem
promitto, honoribus, ut et uenerandus Macrinus pater
v 4,12 5 praesens promisit, duplicatis.' ⟨Herodianus Graecus
scriptor haec praeteriens Diadumenum tantum Caesarem
dicit puerum a militibus nuncupatum et cum patre oc-
cisum.⟩
6 Hac habita contione statim apud Antiochiam moneta

1 macrini *BP exc.*^{1} 2 diuum *BPM* dudum *scripsi* Diadumenum *Kellerbauer p. 632* 5 Antoninus] Macrinus *M* 6 uobis B^1 7 dedeçerint *B* patre B^2P patrem B^1M pater *exc.* imperatorem *scripsi* patre Antoninus *dignus,* dignus imperio *Mommsen* 8 habet BP^1 *exc.*^{1} 10 solitus *BP exc.*^{1} faciant *M* 11 hic *BP exc.*^{1} hoc *exc.*^{2} 12 putabimus *BPM exc.*^{1} prestauimus *exc.*^{2} 15 dixistis *BP t. Iord.* 17 curauit *BP exc.*^{1} 21 idom B^1P^1 idem B^2 id omne P^2 22 et ut *M* 23 herediauus *BP* 24 diadumeno *BP* 27 apud *om.* P^1 anthiociam *BP*

Digitized by Google

Antonini Diadumeni nomine percussa est, Macrini usque
ad iussum senatus dilata est. missae etiam ad senatum 7
litterae, quibus nomen Antonini indicatum est. quare
etiam senatus imperium id libenter dicitur recepisse,
quamuis alii Antonini Caracalli odio id factum putent.
parauerat sane paenulas populo coloris russei dare Macri- 8
nus imperator in honorem Antonini filii sui, quae uoca-
rentur Antoninianae, ut caracallae Bassiani dictae sunt,
adserens melius filium suum Paenuleum uel Paenularium
dicendum, quam Caracallus esset dictus Bassianus. con- 9
giarium etiam per edictum Antoninianum promisit, ut
ipsum edictum poterit indicare. Verba edicti: 'Vellem, 10
Quirites, iam praesentes essemus: Antoninus uester uo-
bis congiarium sui nominis daret. incideret praeterea
et pueros Antoninianos et puellas Antoninianas, quae
tam grati nominis gloriam propagarent.' et reliqua. His 3
ita gestis signa in castris et uexilla fieri Antoniniana
iussit fecitque Bassiani simulacra ex auro atque argento
atque dies septem supplicatio pro Antonini nomine cele-
brata est.

Puer fuit omnium speciosissimus, statura longiuscula, 2
crine flauo, nigris oculis, naso deducto, ad omnem de-
corem mento conposito, ore *ad* oscula parato, fortis na-
turaliter, exercitio delicatior. hic ubi primum indumenta 3
coccea et purpurea ceteraque castrensia imperii insignia
accepit, quasi sidereus et caelestis emicuit, ut amaretur
ab omnibus gratia uenustatis.

Haec *sunt* quae de imperio sint dicenda. nunc ueniamus 4
ad omina imperii, quae cum in aliis tum in hoc praecipue

1 Macrini] macrin *B* P^1 a macrino P^3 Macrinique *M* 4 repperisse B^1 6 rosei B^2 8 balle B^1 *ut uid., superscr.* bassiani 10 esset et *BPM* 14 daret daret incidaret *BP* daret incideret *S cum M* 15 antoninianus *B* 19 adque *BP exc.* 23 ore oscyla *BP exc.* 24 exercitio// *P* delicatior] *in P* c *sup. l.* 28 sunt *add. M* Haecque *Bährens p. 453* Habes quae *Vnger p. 219* de puero *BPM* de imperio *scripsi* 29 omnia *BP*

Digitized by Google

4 sunt stupenda: die, qua natus est, pater eius purpuras,
tunc forte procurator aerarii maioris, inspexit et quas
claras probauit, in id conclaue redigi praecepit, in quo
2 post duas horas Diadumenus natus est. solent deinde
pueri pilleo insigniri naturali, quod obstetrices rapiunt
et aduocatis credulis uendunt, si quidem causidici hoc iu-
3 uari dicuntur. at iste puer pilleum non habuit sed dia-
dema tenue, sed ita forte ut rumpi non potuerit, fibris
4 intercedentibus specie nerui sagittari. ferunt denique
Diadematum puerum appellatum, sed ubi aduleuit, aui
sui nomine materni Diadumenum uocatum, quamuis non
multum abhorruerit ab illo signo Diademati nomen Dia-
5 dumeni. in agro patris eius oues purpureas duodecim
6 ferunt natas, quarum una tantum uaria fuerit. eadem
die, qua hic natus est, aquilam ei constat sensim palum-
bum regium paruulum attulisse et posuisse in cunis dor-
mienti ac recessisse sine noxa. pantagathi in domo patris
5 eius nidum posuerunt. his diebus, quibus ille natus
est, mathematici accepta genitura eius exclamauerunt et
ipsum filium imperatoris esse et imperatorem, *quasi* mater
2 eius adulterata esset, quod fama retinebat. huic eidem
aquila pilleum in agro ambulanti tulit et, cum comitum
infantis clamor esset factus, in monumento regio, quod
iuxta uillam esset, in qua tunc pater agebat, supra statuam
3 regis posuit, ita ut capiti eius aptaret. quod multi omi-
nosum putarunt et morti adcommodum, clarum autem

1 sint B^1 2 iam aerarii *M* bafii memoris uel bafii imperatoris *S* thesauri *uel* uestiarii (*sic C*) *Kellerbauer p. 632* 3 redici *BP* 4 oras *BP* 5 obsetrices BP^1 *c.* P^3 7 dicantur B^2 ad BP^1 diademata *B* 8 utrum BP^1 ut rumpi P^3M rapi *Kellerbauer p. 632* uiris intersedentibus *BP* intersedentibus *M em. C* 9 sagitare *B* sagitari *PM* 12 signum *BPM* diadematis *BPM em. S* 13 agros *BPM* 15 aquulam B^1 17 panthagotha *B* panthagathi *P* 20 ipsum *ante* imperatorem *add. M* quasi *om. BPM* futurum proinde quasi *add. Vnger p. 501* 21 adulteratus B^1 idem *B* hinc eidem *M* 24 esse *BP* 25 posuisse *BPM* posuit sed *Iord.* omninosum *B* 26 ptarent *BP* putarent *M*

Digitized by Google

euentus ostendit. natus est praeterea natali Antonini et 4
ea hora et signis prope concinentibus, quibus et Antoni-
nus Pius. quare dixerunt mathematici et imperatoris
illum filium futurum et imperatorem, sed non diu. die, 5
qua natus est, quod Antonini esset natalis, mulier quae-
dem propinqua dicitur exclamasse 'Antoninus uocetur',
sed Macrinus timuisse *et,* quod nullus ex eius genere hoc
nomine censeretur, abstinuisse nomine imperatorio, si-
mul quod iam rumor de ui geniturae illius emanasset.
haec atque alia omina fuisse multi in litteras rettulerunt, 6
sed illud praecipue quod, cum in cunis esset Diadumenus,
et leo ruptis uinculis, ut quidam, ferus effugisset atque
ad incunabula eius uenisset, puerum delinxit et inuiola-
tum reliquid, cum nutrix se in leonem misisset atque eius
morsu adfecta perisset, ut quae sola forte in areola in-
uenta erat, in qua infans iacebat.

Haec sunt quae digna memoratu in Antonino Diadu- 6
meno esse uideantur. cuius uitam iunxissem patris ge-
stis, nisi Antoninorum nomen me ad edendam puerilis
specialem expositionem uitae coegisset. Et fuit quidem 2
tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut
qui eo nomine non niteretur, mereri non uideretur im-
perium. unde etiam quidam et Seuerum et Pertinacem 3
et Iulianum Antoninorum praenominibus honorandos pu-
tant, unde postea duos Gordianos, patrem et filium, An-
toninos cognominatos putant. sed aliud est cum prae- 4
nomen adscitur, aliud cum ipsum nomen inponitur. nam 5

3 qui B^1 quare B^2 mathemaci *BP* 7 et *add. Paucker p. 51* Petschenig p. 31 pro* timuisse *coni. Vnger p. 502* timidius scilicet 9 ceniturae *B* *post* illius *in P sex litterae erasae sunt* 10 omnia *BP* litteris *B* retulerunt *B* 12 ruptis ruptis BP^1 et quidem *M* ut quidem ferunt, eff. *Bährens p. 453* ut pridem ferus, *Vnger p. 502* 14 tum *BP* 15 atque *BP* quae *M* namque *conieceram;* ut quae *Vnger p. 502* 17 emeratui BP^1 semeratui P^3 diademeno *BP* 19 puerili *BP* 21 et qui *B* 22 uidetur BP^1 *c.* P^3 24 pronom. *BP* (*ter*) 25 antoninus *BP* 27 adsciscitur *M*

Digitized by Google

Pius uerum nomen Antonini habuit, cognomen Pii, Mar-
cus uerum nomen Verissimi habuit, sed hoc sublato at-
que abolito non praenomen Antonini sed nomen accepit.
6 Verus autem Commodi nomen habuit, quo abolito Anto-
7 nini non praenomen sed nomen accepit. Commodum
autem Marcus Antoninum appellauit atque ita in publicas
8 edidit die natalis sui. iam Caracallum Bassianum satis
constat uel somnii causa, quod Seuerus uiderat, cum sibi
Antoninum successorem praedictum sensisset, anno de-
mum tertio decimo Antoninum dixisse, quando ei etiam
9 imperatoriam addidisse dicitur potestatem. Getam uero,
quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione
qua Bassianum appellatum satis constat, ut patri Seuero
10 succederet, quod minime factum est. post hoc ipse Dia-
dumenus ut commendaretur exercitui senatui populoque
Romano, *cum* essset ingens desiderium Bassiani Cara-
7 calli, Antoninum appellatum satis constat. Extat 'epi-
stula Opili Macrini, patris Diadumeni, qua gloriatur
non tam se ad imperium peruenisse, qui esset secundus
imperii, quam quod Antoniniani nominis esset pater
factus, quo clarior *honor* illis temporibus non fuerat uel
2 deorum. quam epistulam priusquam intexam, libet uer-
sus inserere in Commodum dictos, qui se Herculem ap-
pellauerat, ut intellegant omnes tam clarum fuisse An-
toninorum nomen, ut illi ne deorum nomen commode
3 uideretur adiungi. uersus in Commodum Antoninum
dicti:

'Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat esse bonum,
expers humani iuris et imperii,

6 publica acta *Huebner de sen. p. R. actis p. 617* ita (*uel* id) nomen publicitus *Vnger p. 219* 7 diem *BPM em. C* 9 anno] antonino *BP* 10 dixit *BPM* (dixist *P t. I.*) *an* dictum? 16 cum *om. BP* 17 epistolas *BP*[1] 19 secundum *BP* secundum remp. *M* 21 clarius *uolg.* honor *add. Vnger p. 219* 22 intextam *BP* interseram *M* intexam *Murbac.* uerus *B* 25 ne de deorum *P* 26 uerus *B*[1]

Digitized by Google

sperans quin etiam clarius esse deum,
quam si sit princeps nominis egregii.
non erit iste deus nec tamen ullus homo.'

hi uersus a Graeco nescio quo conpositi a malo poeta in 4
Latinum translati sunt, quos ego idcirco inserendos pu-
taui, ut scirent omnes Antoninos pluris fuisse quam deos
ab trium principum amore, quo sapientia, bonitas, pietas
consecrata sit, in Antonino pietas, in Vero bonitas, in
Marco sapientia. Redeo nunc ad epistulam Macrini Opili: 5
'Opilius Macrinus Noniae Celsae coniugi. Quid boni
adepti sumus, mi uxor, caret aestimatione. et for-
tassis de imperio me putes dicere: non magnum est
istud, quod etiam indignis fortuna concessit. Antonini 6
pater factus sum. Antonini mater es facta. o nos
beatos, o fortunatam domum, praeclaram laudem nunc
demum felicis imperii. di faxint et bona Iuno, quam co- 7
lis, ut et ille Antonini meritum effingat, et ego, qui sum
pater Antonini, dignus omnibus uidear.'

Hac epistula indicatur, quantum gloriae adeptus sibi 8
uideretur, quod uocatus est filius Antoninus.

Hic tamen quarto decimo mense imperii ob inciuilem 2
patris atque asperum principatum interfectus est cum pa-
tre, non suo nomine. quamuis etiam istum ultra aetatem 3
saeuisse in plerosque repperiam, ut docent litterae ab hoc
eodem ad patrem missae. nam cum quidam defectionis 4
suspicionem incurrissent, et eos Macrinus saeuissime pu-
nisset filio forte absente, atque hic audisset auctores qui-
dem defectionis occisos, *conscios* tamen, quorum dux Arme-

3 nunc erit *Gemoll p. 6* 5 ergo $P^1 M$ 6 antoninus $B^1 P^1$ plures *BP* 7 ac *BM* ac//tr. *P* ob — amorem *S* ab *Iordan* quos *BPM* quo *uolg.* (*Petschenig p. 11*) 8 in Antonini — sapientia *del. Iord.* 11 coniungi *BP* quod *M* 12 mea *M* carita est. *B* car ita est. *P* 18 attingat *Petschenig p. 50* 20 haec $B^1 PM$ indicat *M* 21 uocatus] factus B^1 25 plerisque *Kellerbauer p. 632* 26 a patre BP^1 *corr.* P^3 29 conscios *add. Paucker p. 51** alios *Maduig p. 637* quorum tamen unus *M* qui eorum *S* qui tum dux — legatos *Petschenig p. 50*

niae erat et item legatus Asiae atque Arabiae, ob antiquam
familiaritatem dimissos, his litteris conuenisse patrem di-
citur, paribus missis etiam ad matrem, quarum exem-
5 plum historiae causa inserendum putaui:
'Patri Augusto filius Augustus. Non satis, mi pater,
uideris in amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyran-
nidis adfectatae conscios reseruasti, sperans eos uel ami-
ciores tibi futuros, si is parceres, uel ob antiquam fami-
6 liaritatem dimittendos: quod nec debuit fieri nec proderit.
nam primum omnium iam te exulcerati suspicionibus
amare non possunt. deinde crudeliores inimici sunt, qui
obliti ueteris familiaritatis se inimicissimis tuis iunxerunt.
adde quod adhuc exercitus habent.

Verg. Aen. IIII 272

7 "Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
Respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
Debetur."

8 Feriendi sunt isti, si uis esse securus. nam uitio generis
humani alii non sunt defuturi, cum isti seruantur.'
9 Hanc epistulam quidem ipsius, quidam magistri eius
Caeliani ferunt, Afri quondam rhetoris, ex qua apparet,
quam asper futurus iuuenis, si uixisset.
9 Extat alia epistula ad matrem ab eodem destinata ta-
lis: 'Dominus noster et Augustus nec te amat nec ipsum
se, qui inimicos suos seruat. age igitur, ut Arabianus et Tu-
scus et Gellius ad palum deligentur, ne, si occassio fuerit, non
2 praetermittant.' Et, quantum Lollius Vrbicus in historia
sui temporis dicit, istae litterae per notarium proditae illi
3 puero multum apud milites obfuisse dicuntur. nam, cum

2 familiaritatem] familiam tamen *B P* 8 his *BP* 9 defuit *BP*[1] *corr. P*[3] 9 poterit *B P M em. Vnger p. 219 Kellerbauer p. 632* 10 exulceratis *B* 12 iuncxerunt *B* 13 exercitus adhuc *PM* 15 iulii *BP*[1] 18 sint *B P M* 19 cui *B P M* 21 rethoris *B* 22 fuerit *post* futurus *ins. Gemoll p. 6* iuncxisset *B*[1] si uixisset *B*[2] 26 diligenter *B P* occasio *P* nos interimant *M* 28 notariam — puere *B*[1]

Digitized by Google

patrem occidissent, quidam hunc seruare uoluerunt, sed extitit cubicularius, qui has epistulas contioni militum legit.

Interfectis igitur ambobus et capitibus pilo circumla- 4
tis in Marcum Aurelium Antoninum caritate nominis in-
clinauit exercitus. is filius Bassiani Caracalli ferebatur. 5
erat autem templi Heliogabali sacerdos, homo omnium
inpurissimus et qui fato quodam Romanum deformarit
imperium. de quo quidem, quia multa sunt, loco suo 6
disseram.

5 inclinabit *BP*[1] 7 heliogabalis *B* 8 facto *B* 9 sunt dicenda *M* 10 diadumenus antoninus aelii lampridii explicit *BP* [*sequitur in B et P Opilius*]

Digitized by Google

AELII LAMPRIDII

ANTONINVS HELIOGABALVS

1 Vitam Heliogabali Antonini, qui Varius etiam dictus est,
numquam in litteras misissem, ne quis fuisse Romanorum
principem sciret, nisi ante Caligulas et Nerones et Vitel-
2 lios hoc idem habuisset imperium. sed cum eadem terra
et uenena ferat et frumentum atque alia salutaria, eadem
serpentes et cicures, conpensationem sibi lector diligens
faciet, cum legerit Augustum, Traianum, Vespasianum, Ha-
drianum, Pium, Titum, Marcum contra hos prodigiosos ty-
3 rannos. simul intelleget Romanorum iudicia, quod illi et
diu imperarunt et exitu naturali functi sunt, hi uero
interfecti, tracti, tyranni etiam appellati, quorum nec no-
mina libet dicere.

4 Igitur occiso Macrino eiusque filio Diadumeno, qui
pari potestate imperii Antonini etiam nomen acceperat,
in Varium Heliogabalum imperium conlatum est, idcirco
5 quod Bassiani filius diceretur. fuit autem Heliogabali
uel Iouis uel Solis sacerdos atque Antonini sibi nomen
adsciuerat uel in argumentum generis uel quod id nomen
usque adeo carum esse cognouerat gentibus, ut etiam

1 incipit aeli lampridii antoninus heliogabalus feliciter *BP* ad constantinum aug. *add.* P^3 3 Antonini impurissimam P^3M 4 ne qui B^1 6 cum hec ead. B^1 7 *post* salutaria *uolg. add.* alia contraria 8 *post* serp. *Rösinger p. 7 add.* uenenatos cicures] turturos *Golisch II p. 4* conpessationem *B* 9 Augustum Vespasianum Traianum Hadrianum Pium Marcum *M* 11 intellegeret *B* et diu *om.* B^1 16 acceperant *BP*

Digitized by Google

parricida Bassianus causa nominis amaretur. et hic qui- 6
dem prius dictus est Varius, post Heliogabalus a sacer-
dotio dei Heliogabali, cui templum Romae in eo loco con-
stituit, in quo prius aedes Orci fuit, quem e Suria secum
aduexit. postremo cum accepit imperium, Antoninus appel- 7
latus est atque ipse in Romano imperio ultimus Antoninorum
fuit. Hic tantum Symiamirae matri deditus fuit, ut sine illius 2
uoluntate nihil in re p. faceret, cum ipsa meretricio more
uiuens in aula omnia turpia exerceret, Antonino autem
Caracallo stupro cognita, ita ut hinc uel Varius uel Helio-
gabalus uulgo conceptus putaretur. et aiunt quidam 2
Varii etiam nomen idcirco eodem inditum a condiscipu-
lis, quod uario semine, de meretrice utpote, conceptus
uideretur. hic fertur occiso Macrini factione patre, ut 3
dicebatur, Antonino in templum dei Heliogabali confu-
gisse, uelut in asylum, ne interficeretur a Macrino, qui
saeuissime cum filio luxurioso et crudeli exercuit impe-
rium. Sed de nomine hactenus, quamuis sanctum illud 4
Antoninorum nomen polluerit, quod tu, Constantine sa-
cratissime, ita ueneraris, ut Marcum et Pium inter Con-
stantios Claudiosque, uelut maiores tuos, aureos forma-
ueris, adoptans uirtutes ueterum tuis moribus congruentes
et tibi amicas caras.

Sed ut ad Antoninum Varium reuertamur, nanctus 3
imperium Romam nuntios misit, excitatisque omnibus
ordinibus, omni etiam populo ad nomen Antoninum, quod
non solum titulo, ut in Diadumeno fuerat, sed etiam in
sanguine redditum uidebatur, cum se Antonini Bassiani
filium scripsisset, ingens eius desiderium factum est. erat 2
praeterea etiam rumor, qui nouis post tyrannos solet
donari principibus, qui nisi ex summis uirtutibus non
permanet, et quem multi mediocres principes amiserunt.

4 orti *B* Horti *M* 6 altissimus *BPM* 8 nihil *om.* *B*[1] nichil *B*[2] *in marg.* 9 exercet *B*[1] 10 hic *BP* 15 di *B* 17 luxorioso *B* 18 actenus *B* 24 ad *om.* *B*[1] 28 Antoninum *M* 30 nobis *BP* 31 danari *B*[1] damnari *B*[2]*PM* nisi eximiis *Petschenig p. 50*

Digitized by Google

3 denique ubi in senatu lectae sunt litterae Heliogabali,
statim fausta in Antoninum et dira in Macrinum eiusque
filium dicta sunt, appellatusque Antoninus princeps uo-
lentibus cunctis et studiose credentibus, ut sese habent
uota hominum ad credulitatem festinantium, cum, quod
4 optant, uerum esse desiderant. sed ubi primum ingressus
est urbem, omissis, quae in prouincia gerebantur, Helio-
gabalum in Palatino monte iuxta aedes imperatorias con-
secrauit eique templum fecit, studens et Matris typum et
Vestae ignem et Palladium et ancilia et omnia Romanis
ueneranda in illud transferre templum et id agens, ne
5 quis Romae deus nisi Heliogabalus coleretur. dicebat
praeterea Iudaeorum et Samaritanorum religiones et Chri-
stianam deuotionem illuc transferendam, ut omnium cul-
turarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret.

4 Deinde ubi primum diem senatus habuit, matrem
2 suam in senatum rogari iussit. quae cum uenisset, uo-
cata ad consulum subsellia scribendo adfuit, id est sena-
tus consulti conficiendi testis, solusque omnium impera-
torum fuit, sub quo mulier quasi clarissima loco uiri se-
3 natum ingressa est. fecit et in colle Quirinali senaculum,
id est mulierum senatum, in quo ante fuerat conuentus
matronalis, solemnibus dumtaxat diebus et si umquam
aliqua matrona consularis coniugii ornamentis esset do-
nata, quod ueteres imperatores adfinibus detulerunt et is
maxime, quae nobilitatos maritos non habuerant, ne inno-
4 bilitatae remanerent. sed Symiamira facta sunt senatus
consulta ridicula de legibus matronalibus: quae quo
uestitu incederet, quae cui cederet, quae ad cuius oscu-
lum ueniret, quae pilento, quae equo, quae sagmario, quae

2 infausta anton. B^1 infausta in ant. B^2P 6 uerum esse asseuerant *Scaliger* edisserant *S* aestimant *Cornelissen p. 253* 7 commisis *B* omissis his *M* 10 anchilia *BP* 15 sacratum *Paucker p. 52**, *an* secreta? 18 consulem subselliam ascribendo *BPM* id est — testis *del. Cornelissen p. 59* 25 his *BPM* is *scripsi* 30 quae quoque sagm. *BP* quae equo sagm. *corr. Mommsen*

asino ueheretur, quae carpento mulari, quae boum, quae
sella ueheretur et utrum pellicia an ossea an eborata an
argentata, et quae aurum uel gemmas in calciamentis ha-
berent.
Ergo cum hibernasset Nicomediae atque omnia sor- 5
dide ageret inireturque a uiris et subigeret, statim milites
facti sui paenituit, quod in Macrinum conspirauerant, ut
hunc principem facerent, atque in consobrinum eiusdem
Heliogabali Alexandrum, quem Caesarem senatus Macrino
interempto appellauerat, inclinauere animos. quis enim 2
ferre posset principem per cuncta caua corporis libidi-
nem recipientem, cum ne beluam quidem talem quisquam
ferat? Romae denique nihil egit aliud, nisi ut emissarios 3
haberet, qui ei bene uasatos perquirerent eosque ad au-
lam perducerent, ut eorum conditionibus frui posset.
agebat praeterea domi fabulam Paridis ipse Veneris per- 4
sonam subiens, ita ut subito uestes ad pedes defluerent,
nudusque una manu ad mammam altera pudendis ad-
hibita ingenicularet, posterioribus eminentibus in sub-
actorem reiectis et oppositis. uultum praeterea eodem, 5
quo Venus pingitur, schemate figurabat corpore toto
expolitus, eum fructum uitae praecipuum existimans,
si dignus atque aptus libidini plurimorum uideretur.
uendidit et honores et dignitates et potestates tam 6
per se quam per omnes seruos ac libidinum ministros.
in senatum legit sine discrimine aetatis, census, generis 2
pecuniae merito, militaribus etiam praeposituris et tri-
bunatibus et legationibus et ducatibus uenditis, etiam
procurationibus et Palatinis officiis. aurigas Protogenen 3
et Cordium primo in certamine curuli socios, post in
omni uita et actu participes habuit. multos, quorum cor- 4
pora placuerant, de scaena et circo et harena in aulam

1 quae boum *om.* B^1 bouum *P. t. Iord.* 2 pellicianosse an eb. *BP* pellicia nosce *M* 6 subaret P^1 11 principem qui per *BP* 12 quis *BP* quidem *M* 17 subiciens *P* (ci *in ras.*) suscipiens *Cornelissen p. 253* 30 Gordium *uolg.* curulli B^1

Digitized by Google

5 traduxit. Hieroclem uero sic amauit, ut eidem inguina
oscularetur, quod dictum etiam inuerecundum est, Flo-
ralia sacra se adserens celebrare. in uirginem Vestalem
6 incestum admisit. sacra p. R. sublatis penetralibus
7 profanauit. ignem perpetuum extinguere uoluit. nec
Romanas tantum extinguere uoluit religiones, sed per
orbem terrae, unum studens, ut Heliogabalus deus ubique
coleretur, et in penum Vestae, quod solae uirgines soli-
que pontifices adeunt, inrupit pollutus ipse omni conta-
8 gione morum cum is, qui se polluerant. et penetrale sa-
crum est auferre conatus cumque seriam quasi ueram
rapuisset quamque uirgo maxima falso monstrauerat, at-
que in ea nihil repperisset, adplausam fregit; nec tamen
quicquam religioni dempsit, quia plures similes factae
dicuntur esse, ne quis ueram umquam possit auferre.
9 haec cum ita essent, signum tamen, quod Palladium esse
credebat, abstulit et auro tinctum in sui dei templo loca-
7 uit. Matris etiam deum sacra accepit et tauroboliatus est,
ut typum eriperet et alia sacra, quae penitus habentur
2 condita. iactauit autem caput inter praecisos fanaticos
et genitalia sibi deuinxit et omnia fecit, quae Galli facere
solent, ablatumque sanctum in penetrale dei sui transtu-
3 lit. Salambonem etiam omni planctu et iactatione Syriaci
4 cultus exhibuit, omen sibi faciens inminentis exitii. omnes
sane deos sui dei ministros esse aiebat, cum alios eius
cubicularios appellaret, alios seruos, alios diuersarum

1 heroclen *B P* Herodem *M* 2 dictu etiam uerec. *M* 3 se *om. B* ueselem P^1 7 heliogalus P^1 unus ubique *M* 8 poenum *B* 9 *an* omni *uel* omnium contagione malorum? omnium c. membrorum *Oberdick p. 346 et Kellerbauer p. 634* morborum *Cornelissen p. 253* 12 quamquisgo $B^1 P^1$ quamquis ergo B^2 quamquis ũgo P^2 quamuis uirgo *M* quia ei u. *S* quamque u. *Petschenig p. 51* falsam *B P M* falso *scripsi*
13 adplaosam *B P* applosam *M* adplausam *scripsi* regit $B P^1$ *c.* P^3 17 uinctum *B P* uictum *M* tinctum *Hirschfeld p. 231* 18 et adeo ebacchatus est *M* 19 tyfum *B P* typhum *M* 21 deuixit *B P* defixit *S* 22 sanctum nomen *M* 23 plauctum B^1 24 cuius B^1 cultus B^2

Digitized by Google

rerum ministros. lapides, qui diui dicuntur, ex proprio 5
templo, *simulacrum* Dianae Laodiciae ex adyto suo, in
quo id Orestes posuerat, adferre uoluit. Et Orestem qui- 6
dem ferunt non unum simulacrum Dianae nec uno in
loco posuisse sed multa in multis. posteaquam se apud 7
Tria flumina circa Hebrum ex responso purificauit, etiam
Orestam condidit ciuitatem, quam saepe cruentari homi-
num sanguine necesse est. et Orestam quidem urbem 8
Hadrianus suo nomini uindicari iussit eo tempore, quo
furore coeperat laborare, ex responso, cum ei dictum es-
set, ut in furiosi alicuius domum uel nomen inreperet.
nam ex eo emollitam insaniam ferunt, per quam multos 9
senatores occidi iusserat. quibus seruatis Antoninus Pii 10
nomen meruit, quod eos post ad senatum adduxit, quos
omnes iussu principis interfectos credebant. Cecidit et 8
humanas hostias lectis ad hoc pueris nobilibus et decoris
per omnem Italiam patrimis et matrimis, credo ut maior
esset utrique parenti dolor. omne denique magorum 2
genus aderat illi operabaturque cottidie hortante illo et
gratias dis agente, quod amicos eorum inuenisset, cum
inspiceret exta puerilia et excruciaret hostias ad ritum
gentilem suum.

Cum consulatum inisset, in populum non nummos uel 3
argenteos uel aureos *uel* bellaria uel minuta animalia, sed
boues opimos et camelos et asinos et seruos populo diri-
piendos abiecit, imperatorium id esse dictitans.

Insecutus est famam Macrini crudeliter, sed multo 4

1 diuidi *B* diui// P^2 uiui *S* diipetes, quod uindicant Suri, ex proprio templo Dian. *Golisch II p. 4*; *pro* diui *coni.* diipete *Vnger p. 502* 2 simulacrum *om.* *BPM* *add.* *Obr.* typum *Vnger l. s.* 3 auferre *C* 8 quidam *B* 9 nomine *BPM* *em.* *C* 11 ueriosi B^1 feriosi P^1 12 mollitam *B* 15 cedit *BP* caedit *M* *em.* *C* 19 cotidiae *B* 20 quos *BP* 21 excrutiaret *BP* excuteret *uolg.* scrutaretur *Iord.* excoriaret *Rösinger p. 7* exenteraret *Golisch II p. 4* 23 conlatum *BP* collatum *M* 24 uel *ante* bellaria *om.* *BP* 25 optimos *BPM* ceruos *S* diripendos B^1P 27 es BP^1

Digitized by Google

magis Diadumeni, quod Antoninus dictus est, Pseudoanto-
ninum [ut Pseudophilippum] eum appellans, simul quod
ex luxoriosissimo extitisse uir fortissimus, optimus, gra-
5 uissimus, seuerissimus diceretur. coegit denique scripto-
res nonnullos nefanda, immo potius inepta de eiusdem
Diadumeni luxuria disputare, ut in uita eius . . . .
6 Lauacrum publicum in aedibus aulicis fecit, simul et
Plautini populo exhibuit, ut ex eo condiciones bene ua-
7 satorum hominum colligeret. idque diligenter curatum
est, ut ex tota penitus urbe atque ex nauticis onobeli
quaererentur. sic eos appellabant, qui uiriliores uideban-
9 tur. Cum Marcomannis bellum inferre uellet, quod Anto-
ninus pulcherrime profligarat, dictum est a quibusdam
per Chaldaeos et magos Antoninum Marcum id egisse, ut
Marcomanni p. R. semper deuoti essent atque amici, id-
que sacris carminibus et consecratione. cum*que* quaere-
2 ret, quae illa esset uel ubi esset, suppressum est. con-
stabat enim illum ob hoc consecrationem quaerere, ut
eam dissiparet spe belli concitandi, et idcirco maxime
quod audierat responsum fuisse ab Antonino bellum
Marcomannicum finiendum, cum hic Varius et Helioga-
balus et ludibrium publicum diceretur, nomen autem
3 Antonini pollueret, in quod inuaserat. prodebatur autem
per eos maxime, qui dolebant sibi homines ad exercen-
das libidines bene uasatos et maioris peculii opponi.
unde etiam de nece eius cogitari coepit. et haec quidem
domi.

2 et Pseudophilippum P^1 *eiecit S* quod cum luxoriosissus exstitisset *M* 5 nefande, immo potius impatienter eiusdem dicta in luxuriam disceptare in inuidiam eius *Vnger p. 219* mipace *BPM* non ferenda *M* impia *Egnatius* inepta *scripsi* impura *Golisch II p. 4* 6 dictum *BP* dicta *M* Diadumeni *scripsi* luxoria *B* disputarent *S* dictum *post* eius *transponit Iord., alia mihi intercidisse uidentur* 8 basatorum *BP* 10 monobiles *BP* monobolos *M em. Lipsius* 11 quaererent *M* 12 quos *M* 13 profligerat *BP* 16 factus *BP* factis *M* sacris *Petschenig p. 51* consecrationem *BP* consecratione *M* que *add. Iordan* 17 essent — essent *M* 18 olcho *B* olchoc *P* 19 eum B^1 24 quo *BP*

Sed milites pestem illam imperatoris uelari nomine 10
pati nequierunt ac primum inter sese dein per coro-
nas iecere sermones, in Alexandrum omnes inclinantes,
qui iam Caesar erat a senatu eo tempore, consobrinus
huius Antonini, nam Varia una is erat auia, unde Helio-
gabalus Varius dicebatur.
Zoticus sub eo tantum ualuit, ut ab omnibus officio- 2
rum principibus sic haberetur quasi domini maritus.
erat praeterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis genere 3
abutens omnia Heliogabali dicta et facta uenderet fumis
quam maxime diuitias enormes parans, cum aliis mina-
retur, aliis polliceretur, omnes falleret egrediensque ab
illo singulos adiret dicens: 'De te hoc locutus sum, de
te hoc audiui, de te hoc futurum est.' ut sunt homines 4
huius modi, qui, si admissi fuerint ad nimiam familiarita-
tem principum, famam non solum malorum sed et bono-
rum principum uendunt et qui stultitia uel innocentia
imperatorum, qui hoc non perspiciunt, infami rumigera-
tione pascuntur. nubsit et coit, ita ut et pronubam 5
haberet clamaretque 'Concide Magire', et eo quidem
tempore quo Zoticus aegrotabat. quaerebat deinde a 6
philosophis et grauissimis uiris, an et ipsi in adule-
scentia perpessi essent, quae ipse pateretur, *et* quidem
inpudentissime; neque enim umquam uerbis pepercit 7
infamibus, cum et digitis inpudicitiam ostentaret, nec
ullus in conuentu et audiente populo esset pudor.

2 deinde *P*[1] 4 quo macrinus *BPM* consobrinus *S* a senatu appellatus interempto (scilicet?) Macrino, consobrinus *Kellerbauer p. 634* 5 una] *in B* un *in ras.* his *M* 8 dominae *C* maritus esset *M* 9 genere] nomine *M* 10 famis *BP* 11 enormę sperans *BP* enormes sp. *M em. Gemoll p. 6* 13 audiret *BPM* hec *B*[1] 14 est *om. B*[1] 15 admisi *B* 16 famam — principum *P infra textum* 17 stultia *B* uel ignorantia *Cornelissen p. 253* 18 imperaturum *B*[1] rumigeneratione *B* 19 aut *BP* ut *M* ita ut *Kellerbauer p. 634* pronubem *BPM* pronubum *uolg.* pronubam *Gemoll p. 7* 22 aduliscentia *B* 23 quidam *B* quidem *PM* et quidem *uolg.* (*Bährens p. 453*)

Digitized by Google

11 Fecit libertos praesides legatos, consules, duces omnes-
que dignitates polluit ignobilitate hominum perdito-
2 rum. Cum ad uindemias uocasset amicos nobiles et ad
corbes sedisset, grauissimum quemque percontari coepit,
an promptus esset in Venerem, erubescentibusque seni-
bus exclamabat: 'Erubuit, salua res est', silentium ac ru-
3 borem pro consensu ducens. addidit praeterea ipse, quae
4 faceret, sine ullius pudoris uelamento. postquam senes
uidit erubescere ac tacere, uel quia aetas uel quia digni-
tas talia refutabat, contulit se ad iuuenes et ab his coepit
5 omnia exquirere. a quibus cum audiret aetati congrua,
gaudere coepit, dicens uere liberam uindemiam esse,
6 quam sic celebraret. ferunt multi ab ipso primum re-
pertum, ut in uindemiarum festiuo multa in dominos io-
cularia et audientibus dominis dicerentur, quae ipse con-
posuerat, et Graeca maxime. horum pleraque Marius
7 Maximus dicit in uita ipsius Heliogabali. erant amici in-
probi et senes quidam et specie philosophi, qui caput
reticulo conponerent, qui inproba quaedam pati se dice-
rent, qui maritos se habere iactarent. quos quidam fin-
xisse dicunt, ut illi fierent uitiorum imitatione cariores.
12 Ad praefecturam praetorii saltatorem, qui histrioni-
cam Romae fecerat, adsciuit, praefectum uigilum Cor-
dium aurigam fecit, praefectum annonae Claudium tonso-
2 rem. ad honores reliquos promouit commendatos sibi
pudibilium inormitate membrorum. ad uicensimam here-
ditatium mulionem curare iussit, iussit et cursorem, iussit
3 et cocum et claustrarium artificem. cum ingressus est uel

1 proconsules *S* (*Kellerbauer p. 638*) 5 *post* senibus *add.* ac tacentibus *uel* ac silentibus *Kellerbauer p. 634* 6 clamabat B^1 re est B^1 ruborit' B^1 12 dicere *BP* et dicere *M* dicens *scripsi* ita gaud. c. ut diceret u. Liberi eam uind. *Bährens p. 454* hilaram *Oberdick p. 342* 13 celebrarent *uolg.* 15 diceretur *BPM* 19 qui — dicerent *del. Cornelissen p. 59* 22 qui histrionicam R. fecerat *i. e. Κωμάζοντα, Hirschfeld Verwalt. I p. 234* 23 sciuit BP^1 Gordium *M* 24 censorem *BPM em. S ex libro Cuiaci* cursorem *Iordan* 26 pubilium *B* uicensimum *BP*

Digitized by Google

castra uel curiam, auiam suam Variam nomine, de qua
superius dictum est, secum induxit, ut eius auctoritate c. 4
honestior fieret, quia per se non poterat; nec ante eum,
quod iam diximus, senatum mulier ingressa est ita, ut ad
scribendum rogaretur et sententiam diceret. in conui- 4
uiis exsoletos maxime iuxta se ponebat eorumque adtrec-
tatione et tactu praecipue gaudebat, nec quisquam ei ma-
gis poculum, cum bibisset, dabat.

Inter haec mala uitae inpudicissimae Alexandrum, 13
quem sibi adoptauerat, a se amoueri iussit, dicens se
paenitere adoptionis, mandauitque ad senatum, ut Caesa-
ris ei nomen abrogaretur. sed in senatu hoc prodito in- 2
gens silentium fuit. si quidem erat optimus iuuenis Ale-
xander, ut postea conprobatum genere imperii eius, cum
ideo displiceret patri, quod inpudicus non esset. erat au- 3
tem eidem consobrinus, ut quidam dicunt. a militibus
etiam amabatur et senatui acceptus erat et equestri or-
dini. nec defuit tamen furor usque ad exitum uoti pes- 4
simi. nam ei percussores inmisit, et hoc quidem modo:
ipse secessit ad hortos Spei ueteris, quasi contra nouum 5
iuuenem uota concipiens, relicta in Palatio matre et auia
et consobrino suo iussitque, ut trucidaretur iuuenis opti-
mus et rei publicae necessarius. misit et ad milites litte- 6
ras, quibus iussit, ut abrogaretur nomen Caesaris Alexan-
dro. misit qui et in castris statuarum eius titulos luto 7
tegeret, ut fieri solet de tyrannis. misit et ad nutritores 8
eius, quibus imperauit sub praemiorum spe atque hono-
rum, ut eum occiderent quo uellent modo, uel in balneis

1 uel in cur. B^1 4 senatus *BP* 6 adtrectationes *BP* 13 quidam *B* alexandrum post. *BPM em. S* 14 comprobatus *M* 15 inpublicos *B* inpuaicos *P* (*cum rasur. sup.* a) 16 et ut q. *M* *uolg. punctum post* consobrinus, *comma post* dicunt, *recte distinxit Obrecht* (*Hirschfeld p. 232*) 17 etiam] et *B* 18 exitium B^2 *P t. Iord.* 19 *post* modo *distinxit Obrecht* 20 nouum] nociuum *Bährens p. 654* 25 misit et qui — tegerent *Kellerbauer p. 634* 26 legeret B^1 27 horum BP^1

Digitized by Google

14 uel ueneno uel ferro. Sed nihil agunt inprobi contra in-
nocentes. nam nulla ui quis adduci potuit, ut tantum
facinus inpleret, cum in ipsum magis conuersa sint tela,
quae parabat aliis, ab isque *sit* interfectus, quibus alios
adpetebat.
2 Sed ubi primum lutati sunt tituli statuarum, milites
omnes exarserunt, et pars in Palatium, pars in hortos, in
quibus erat Varius, ire tendunt, ut Alexandrum uindica-
rent hominemque inpurum eundemque parricidalis animi
3 tandem a re publica depellerent. et cum in Palatium ue-
nissent, Alexandrum cum matre atque auia custoditum
4 diligentissime postea in castra duxerunt. secuta autem
erat illos Symiamira mater Heliogabali pedibus, sollicita
5 filio. inde itum est in hortos, ubi Varius inuenitur certa-
men aurigandi parans, exspectans tamen intentissime,
6 quando eidem nuntiaretur consobrinus occisus. qui su-
bito militum strepitu exterritus in angulum se condit ob-
iectuque ueli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi,
7 se texit. misit praefectos alios ad conpescendos milites
in castra, alios uero ad eos placandos, qui iam in hortos
8 uenissent. Antiochianus igitur e praefectis unus milites,
qui in hortos uenerant, et sacramenti admonitione exora-
uit, ne illum occiderent, quia nec multi uenerant et ple-
rique cum uexillo, quod Aristomachus tribunus retinu-
15 erat, remanserant. haec in hortis. in castris uero milites
precanti praefecto dixerunt se parsuros esse Heliogabalo,
si et inpuros homines et aurigas et histriones a se dimo-
ueret atque ad bonam frugem rediret his maxime summo-
tis, qui cum omnium dolore apud eum plurimum pote-

2 tantam B^1 3 in *om.* B^1 4 hisque *BPM* sit *om.* *BP* 8 quibus B^1 in quibus B^2 ut] at *B* uindicaret BP^1 13 matre *B* 15 augurandi *BP* 18 cubiculis et exegit B^1 — igit B^2 *an* tegit et? 19 praefectis *BP* ex praefectis *M* praefectos *scripsi* de praefectis *Krauss p. 67* alio *BP* (*bis*) 21 anthiochianus *BP* 22 *ante* et *Vielhaber p. 630 add.* adiit *uel* placauit *uel* precibus 24 exillo *BP* aristomacus *BP* 26 passuros *P* 29 qui eum *B*

Digitized by Google

rant et qui omnia eius uendebant uel ueritate uel fumis.
remoti sunt denique ab eo Hierocles, Cordius et Mirissi- 2
mus et duo inprobi familiares, qui eum ex stulto stultio-
rem faciebant. mandatum praeterea a militibus praefec- 3
tis, ne paterentur illum ita diutius uiuere, et ut Alexan-
der custodiretur, neue illi aliqua uis adferretur, simul
ne Caesar quempiam amicum Augusti uideret, ne ulla
fieret imitatio turpitudinis. sed Heliogabalus et ingenti 4
prece Hieroclem reposcebat inpudicissimum hominem et
insidias in dies Caesaris propagabat. denique kal. Ianua- 5
riis, cum simul tum designati essent consules, noluit cum a. 975/222
consobrino procedere. ad extremum cum ei auia et ma- 6
ter dicerent inminere milites ad eius exitium, nisi con-
cordiam uiderent inter se consobrinorum, sumpta prae-
texta hora diei sexta processit ad senatum, auia sua ad
senatum uocata et ad sellam perducta. deinde in Capito- 7
lium ad uota concipienda et perficienda solemnia ire no-
luit, omniaque per praefectum urbanum facta sunt, quasi
consules illic non essent.

Nec distulit caedem consobrini, sed timens, *ne* sena- 16
tus ad alium quem se inclinaret, si ille consobrinum occi-
disset, iussit subito senatum urbe decedere. omnesque, qui-
bus aut uehicula aut serui deerant, subito proficisci iussi
sunt, cum alii per baiulos, alii per fortuita animalia et mer-
cede conducta ueherentur. Sabinum consularem uirum, ad 2
quem libros Vlpianus scripsit, quod in urbe remansisset,
uocato centurione mollioribus uerbis iussit occidi. sed 3
centurio aure surdiori imperari sibi credidit, ut urbe pel-

2 herocles *BP* Herodes *M* (*bis*) cordus *BPM* Zoticus *Kellerbauer p. 634* myrissimus *BPM em. C* 4 militis *BP* 6 ne uel *BPM* neue *Bährens p. 654* 9 heroclem *B* 16 producta P^1M 17 uocata *BP* 18 omnia *PM* per p̃r (*i. e.* praer) urb. *BP* 20 ne *om.* BP^1 *add.* P^3 setus *BP corr.* P^3 21 aliquam *BP* aliquem *M* alium quem *scripsi* ad aliquam seditionem se incl. *Bährens p. 654* 22 omnesque etiam *M* 23 subito] pedibus *Kellerbauer p. 634* iussit B^1P^1 26 ulpicianus BP^1 (*ter*) 28 surdiori] *in P alt.* i *eras.* imperatori *B*

Digitized by Google

leretur, itaque fecit. sic uitium centurionis Sabino saluti
4 fuit. remouit et Vlpianum iuris consultum ut bonum ui-
rum et Siluinum rhetorem, quem magistrum Caesaris
fecerat. et Siluinus quidem occisus est, Vlpianus uero
5 reseruatus. Sed milites et maxime praetorianus, † uel
scientes qui mala in Heliogabalum pararant, uel quod
sibi uiderent inuidiam † factaque conspiratione ad liberan-
dam rem p. primum † conscii genere mortis, cum alios
uitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfode-
17 rent, ut mors esset uitae consentiens. post hoc in eum
inpetus factus est atque in latrina, ad quam confugerat,
occisus. tractus deinde per publicum. addita iniuria ca-
2 daueri est, ut id in cloacam milites mitterent. sed cum
non cepisset cloaca fortuito, per pontem Aemilium ad-
nexo pondere, ne fluitaret, in Tiberim abiectum est, ne
3 umquam sepeliri posset. tractum est cadauer eius etiam
per circi spatia, priusquam in Tiberim praecipitaretur.
4 Nomen eius, id est Antonini, erasum est senatu iubente
remansitque Varii Heliogabali, si quidem illud adfectato
5 retinuerat, cum uult uideri filius Antonini. appellatus est
post mortem Tiberinus et Tractatitius et Inpurus et
multa, si quando ea erant designanda, quae sub eo facta

3 rethorem *B* 4 uero *in P sup. lin.* 5 reseruitus *B*[1] praetoriani *M* *conieci* ulciscentes qui mala in Alexandrum pararant. ulc. qui malum H. patrarant *Bährens p. 654* ulciscentes eos qui mala in Hel. propagarant *Vnger p. 502* 6 *an* quod sibi timerent inuidiam? (*sic etiam Iord.*) 7 *an* facta pro consp.? quod sibi u. inu. factam e consp. *Bährens l. s.* quod sic uitarent inu. facta quippe consp. *Vnger l. s. post* inuidiam *et* conscii *lacunam statuit Gemoll p. 7,* facta de consp. *Krauss p. 67* 8 consciuere mortem his *S* primum puniuerunt conscios scelerum consimili genere m. *Rösinger p. 7* consortium genuere mortis *Vnger p. 502* consensere de genere m. *Krauss p. 65* 9 uirilibus *misc. obs. IIII p. 231* genitalibus *Vonkius in spic. crit. p. 116, Gemoll p. 7* exectis *misc. obs. l. s.* (*Bährens p. 654*) 13 cloaculam *M* (*bis*) 14 fortuita *B*[1] 20 dum *Iordan* (*Vielhaber p. 630*) 22 multa] malta *Brocks Königsb. Monatsh. 1877 p. 119, Petschenig p. 25* matula *Vnger p. 221* sub eo] de eo *uel* mortuo

Digitized by Google

uidebantur. solusque omnium principum et tractus est 6
et in cloacam missus et in Tiberim praecipitatus. quod 7
odio communi omnium contigit, a quo speciatim cauere
debent imperatores, si quidem nec sepulchra mereantur,
qui amorem senatus populi ac militum non merentur.

Opera publica ipsius praeter aedem Heliogabali dei, quem 8
Solem alii, alii Iouem dicunt, et amphitheatri instauratio-
nem post exustionem et lauacrum in uico Sulpicio, quod
Antoninus Seueri filius coeperat, nulla extant. et laua- 9
crum quidem Antoninus Caracallus dedicauerat et lauando
et populum admittendo, sed porticus defuerant, quae
postea ab hoc subditiuo Antonino exstructae sunt, ab
Alexandro perfectae.

Hic ultimus Antoninorum fuit (quamuis cognomine 18
postea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonii
dicti sunt, non Antonini) uita, moribus, inprobitate ita
odibilis, ut eius senatus et nomen eraserit. quem nec 2
ego Antoninum uocassem nisi causa cognitionis, quae
cogit plerumque dici ea etiam nomina, quae sunt abolita.

Occisa est cum eo et mater Symiamira, probrosissima
mulier et digna filio. cautumque ante omnia post Anto- 3
ninum Heliogabalum, ne umquam mulier senatum ingre-
deretur, utique inferis eius caput dicaretur deuouereturque,
per quem id esset factum.

De huius uita multa in litteras missa sunt obscena, 4
quae quia digna memoratu non sunt, ea prodenda censui,
quae ad luxuriam pertinebant, quorum aliqua priuatus,
aliqua iam imperator fecisse perhibetur, cum ipse *e* pri-
uatis diceret se Apicium, imperatorum uero Othonem et

Blümner Kön. Monatsh. 1857 p. 156 supremo *Vnger l. s.; melius placeat* ludibrio 1 omni *B*[1] 7 instauratio *BPM em. Vrs.* 9 coeperit *B* 10 antonini *BP del. Iordan* 12 ob hoc *BPM* subdecio *BPM* subditicio *S* subditiuo *R. Opitz, Leipz. Stud. VI p. 224* et ab Al. *M* 17 et *om. M* 19 coegit *B* 26 ea solum *M* 28 priuatus *BPM* 29 imperatorem uero oth. *BP* imperatorium uero nunc oth. *P*[3] imperator uero Neronem Oth. *M* e priuatis — imperatorum *Petschenig p. 25*

Digitized by Google

19 Vitellium imitari. nam primus omnium priuatorum toros
aureis toralibus texit, quia tunc ex Antonini Marci aucto-
ritate id fieri licebat, qui omnem apparatum imperato-
2 rium publice uendiderat. deinde aestiua conuiuia colori-
bus exhibuit, ut hodie prasinum, uitreum alia die, uene-
tum deinceps exhiberet, semper uarie per dies omnes
3 aestiuos. primus deinde authepsas argenteas habuit, pri-
mus etiam caccabos. uasa deinde centenaria argentea
scalpta et nonnulla schematibus libidinosissimis inqui-
4 nata. et mastichatum et puleiatum et omnia haec, quae
5 nunc luxuria retinet, primus inuenit. nam rosatum ab
aliis acceptum pinearum etiam adtritione odoratius reddi-
dit. denique haec genera poculorum ante Heliogabalum
6 non leguntur. nec erat ei ulla uita nisi exquirere uolupta-
tes. primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis et
leiostreis et aliis huiusmodi marinis conchis et locustis et
7 cammaris et scillis. strauit et triclinia de rosa et lectos
et porticus ac sic ea deambulauit, idque omni florum genere,
8 liliis, uiolis, hyacinthis et narcissis. hic non nisi unguento
9 nobili aut croco piscinis infectis natauit. nec cubuit in
accubitis facile nisi is, quae pilum leporinum haberent aut
plumas perdicum subalares, saepe culcitas mutans.

20 Senatum nonnumquam ita contempsit, ut mancipia
togata appellaret, p. R. unius fundi cultorem, equestrem
2 ordinem in nullo loco habens. praefectum urbicum saepe
post cenam ad potandum uocabat adhibitis et praefectis

1 thoros *BP* 6 et deinceps *BP* *interpunxit S* (*cum M*) die, dein uenetum et deinceps *Petschenig p. 31* 7 autepsas *BP* mensas et capsas arg. P^3 *M* 9 sculpta *M* 12 moderatius *BPM* 16 lithostreis *BP* concis *BP* lucustis *BP* 17 scyllis *BPM* 18 sic eadembulauit BP^1 sic ea deamb. P^3 sic per ea deamb. *M* *aut uerba* idque omni — et narcissis *a scriptore postea neglegenter addita sunt aut uerborum ordo librari culpa est confusus. ita eum restituerim:* strauit — porticus deque (*sic Petschenig p. 51*) omni — narcissis ac sic ea deambulauit 19 liuis BP^1 hiacynthis *BP* 21 bis *B* his *PM* 22 culcitras *M* 24 Po. uero *M* sequestrem *BP*

praetorio, ita ut, si recusarent, magistri officiorum eos
cogerent. uoluit et per singulas urbis regiones praefectos 3
urbi facere, ut essent in urbe quattuordecim. et fecisset,
si uixisset, promoturus omnes turpissimos et ultimae pro-
fessionis homines.

Hic solido argento factos habuit lectos et tricliniares 4
et cubiculares. comedit saepius ad imitationem Apicii 5
calcanea camelorum et cristas uiuis gallinaceis demptas,
linguas pauonum et lusciniarum, quod qui ederet a pesti-
lentia tutus diceretur. exhibuit et Palatinis magides extis 6
mullorum refertas et cerebellis foenicopterum et perdicum
ouis et cerebellis turdorum et capitibus psittacorum et fa-
sianorum et pauonum. barbas sane mullorum tantas iubebat 7
exhiberi, ut pro nasturtiis, apiasteris et faselaribus et feno
Graeco exhiberet plenis fabatariis et discis. quod praecipue
stupendum est. Canes iecinoribus anserum pauit. habuit 21
leones et leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per
mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam iube-
bat accumbere ignorantibus cunctis, quod exarmati essent,
ad pauorem ridiculum excitandum. misit et uuas Apa- 2
menas in praesepia equis suis et psittacis atque fasianis
leones pauit et alia animalia. exhibuit et sumina apruna 3
per dies decem tricena cottidie cum suis uuluis, pisum
cum aureis, lentem cum cerauniis, fabam cum electris,
orizam cum albis exhibens. albas praeterea in uicem pi- 4
peris piscibus et tuberibus conspersit. oppressit in tri- 5
cliniis uersatilibus parasitos suos uiolis et floribus, sic ut
animam aliqui efflauerint, cum erepere ad summum non

1 horum *BPM* officiorum *S* 2 urbes lenones *BPM* *em. C* (*Maduig p. 637*) 3 urbi *del. Iord.* et ut *BPM* et *deleuit C* 9 e pest. *BP* e pitilentia *M* de pest. *Krauss p. 64* ab epilepsia *uolg.* 10 ingentes *BP*[1] dapes *add. P*[1]*M* magides *scripsi* 14 nascentis *BPM* nasturtiis *uolg.* absentis *S* pastinaceis, apiis teneris *Golisch II. p. 5* facelaribus *BPM* 16 iecineribus *BP* iocineribus *M* 17 pardos *B* exarmatis *B* 18 mensem *B* 20 et radiculum *M* 23 bulbis *BPM* 25 et orizam *M* 27 fiolis *B* foliis *Cornelissen p. 254* 28 eripere *BP* eripi *M*

Digitized by Google

6 possent. condito piscinas et solia temperauit et rosato
atque absentato. uulgum ad bibendum inuitauit et ipse
cum populo tantum bibit, ut in piscina eum bibisse intel-
7 legeretur, uiso quod unus bibisset. eunuchos pro apo-
phoretis dedit, dedit quadrigas, equos stratos, mulos, ba-
sternas et redas, dedit et aureos millenos et centena
22 pondo argenti. sortes sane conuiuales scriptas in coclea-
ribus habuit tales, ut alius exierit 'decem camelos', alius
'decem muscas', alius 'decem libras auri', alius 'decem
plumbi', alius 'decem strutiones', alius 'decem oua pul-
lina', ut uere sortes essent et fata temptarentur.
2 Quod quidem et ludis suis exhibuit, cum et ursos
decem et decem glires et decem lactucas et decem auri
libras in sorte habuit. primusque hunc morem sortis in-
3 stituit, quem nunc uidemus. sed uere ad sortem scae-
nicos uocauit, cum et canes mortuos et libram bubulae
carnis haberet in sorte et item centum aureos et mille
4 argenteos et centum folles aeris et alia talia. quae populus
tam libenter accepit, ut eum postea imperare gratularen-
23 tur. Fertur in euripis uino plenis nauales circenses ex-
hibuisse, pallia de oenanthio fudisse et elefantorum quat-
tuor quadrigas in Vaticano agitasse dirutis sepulchris,
quae obsistebant, iunxisse etiam camelos quaternos ad
2 currus in circo priuato spectaculo. serpentes per Mar-
sicae gentis sacerdotes collegisse fertur eosque subito
ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres conuenire,
3 effudisse, multosque adflictos morsu et fuga. usus est
aurea omni tunica, usus et purpurea, usus et de gemmis
4 Persica, cum grauari se diceret onere uoluptatis. habuit
et in calciamentis gemmas, et quidem scalptas. quod ri-
sum omnibus mouit, quasi possent scalpturae nobilium

3 uiuit *BP* 4 aphroditis *BPM* 6 milenos *B* 8 alius *genetiuum esse casum recte monuit Iord.* exhiberet *M* 9 alius X libras — strutiones *om. M* libris *BP* 13 griles *BPM em. Vrsinus* 16 bubale *B* bubalae *P t. I.* 21 deo ananthio *B* deo enanthio *PM* 30 caltiamentes *P t. I.* 31 sculptas — sculpturae *M*

artificum uideri in gemmis, quae pedibus adhaerebant.
uoluit uti et diademate gemmato, quo pulchrior fieret et 5
magis ad feminarum uultum aptus. quo et usus est domi.
fertur et promisisse foenicem conuiuis uel pro ea libras 6
auri mille, ut in praetorio † eos demitteret. marinae 7
aquae colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime,
eosdemque singulis amicis natantibus dimisit et iterum
cum piscibus inpleuit. montem niuium in uirdiario do- 8
mus aestate fecit aduectis niuibus. ad mare piscem num-
quam comedit, in longissimis a mari locis omnia marina
semper exhibuit. murenarum lactibus et luporum in locis
mediterraneis rusticos pauit.

Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo 24
coctos conditura ueneta comedit. momentarias de rosato
et rosis piscinas exhibuit et lauit cum omnibus suis cal-
darias de nardo exhibens. idem in lucernis balsamum
exhibuit. idem mulieres numquam iterauit praeter uxo- 2
rem. lupanaria domi amicis, clientibus et seruis exhibuit.
idem numquam minus centum sestertiis cenauit, hoc est 3
argenti libris triginta. aliquando autem tribus milibus
sestertium cenauit omnibus supputatis, quae inpendit.
cenas uero et Vitellii et Apicii uicit. pisces e uiuariis 4
suis bubus traxit. per macellum transiens mendicitatem
publicam fleuit. parasitos ad rotam aquariam ligabat et 5
cum uertigine sub aquas mittebat rursusque in summum
reuoluebat eosque Ixiones amnicos uocauit. strauit et 6

2 qui *BPM em. Obr.* 3 qua *BPM* 4 promise *B* promisse *P* promsisse f. c., uidelicet pro ea *Vnger p. 504* foenicen *BP* conuiuiis *BP* 5 eas *M* eum dimitteret *S* ut imperatorie se redimeret *Brocks Königsb. Monatsh. 1877 p. 119* ubi — eos dimitteret *Vnger l. s.* 7 eosdem et *M* 8 cum] tum *Golisch II p. 5* uiridario *M* 9 uibus *BP*[1] 13 colere *BP* 14 momentarios *B* 15 uiuit *BP* bibit *M* lauit *scripsi* caldarios *B* caldaria *M* 18 lupinaria *B* 20 libris trecentis *C* 21 sestertiis *BPM* 22 uiuit *BP* seuiuariti *BP* ex uiuariis *M* de uiu. *Krauss p. 58 an* in uiuariis pauit? 26 Ixionios amicos *BPM em. Hirschfeld p. 231* uocauit quae saxa strauit *B*[1]

Digitized by Google

saxis Lacedaemoniis ac Porphyreticis plateas in Palatio,
quas Antoninianas uocauit. quae saxa usque ad nostram
memoriam manserunt, sed nuper eruta et exsecta sunt.
7 constituerat et columnam unam collocare ingentem, ad quam
ascenderetur intrinsecus, ita ut in summo Heliogabalum
deum collocaret, sed tantum saxum non inuenit, cum id
de Thebaide adferre cogitaret.

25 Ebrios amicos plerumque claudebat et subito nocte
leones et leopardos et ursos exarmatos inmittebat, ita ut
expergefacti in cubiculo eodem leones, ursos, pardos cum
luce uel, quod est grauius, nocte inuenirent, ex quo ple-
2 rique exanimati sunt. multis uilioribus amicis folles pro
accubitis sternebat eosque reflabat prandentibus illis, ita
ut plerumque subito sub mensis inuenirentur prandentes.
3 primus denique inuenit simma in terra sternere, non in
lectulis, ut a pedibus utres per pueros ad reflandum spi-
4 ritum soluerentur. in mimicis adulteriis ea, quae solent
5 simulato fieri, effici ad uerum iussit. meretrices a lenoni-
6 bus cunctis redemit saepe et manumisit. cum inter fabu-
las priuatas sermo esset ortus, quanti herniosi esse pos-
sent in urbe Roma, iussit omnes notari eosque ad
balneas suas exhibere et cum isdem lauit, nonnullis etiam
7 honestis. gladiatores ante conuiuium pugnantes uidit
8 et pyctas. frequenter strauit sibi triclinium in summo
lusorio et, dum pranderet, noxios et uenationes sibi ex-
9 hibuit. parasitis in secunda mensa saepe ceream cenam,
saepe ligneam, saepe eburneam, aliquando fictilem, non-
numquam uel marmoream uel lapideam exhibuit, ita ut

3 erudite *B* eru//te//// *P* eruta et *Egn.* 4 clare *B* dare *PM* collocare *scripsi* 6 id de bethaice[de] *B* 12 multi BP^1 *corr.* P^3 13 reflauat *BP* 15 simmia B^1 syma *M* 17 inimicis *BP* in mim. *Scaliger* 18 simulatos *BP* 19 cunctas *S* 20 quanto B^1 hirneosi *BP exc.* 21 notari] *in P* t *in ras.* 22 hisdem *BP* 23 sibi *BP* exhibuit *M add. post* frequenter, *pro* sibi *ponit Iordan,* uidit *scripsi,* pugnare siuit *Petschenig p. 51* 24 pictas *BPM* 27 nonnumquam etiam *M*

Digitized by Google

omnia illis exhiberentur uidenda de diuersa materia, quae
ipse cenabat, cum tantum biberent per singula fercula et
manus, quasi comedissent, lauarent.

Primus Romanorum holoserica ueste usus fertur, cum 26
iam subsericae in usu essent. linteamen lotum numquam
attigit, mendicos dicens qui linteis lotis uterentur. dalma- 2
ticatus in publico post cenam saepe uisus est, Gurgitem
Fabium et Scipionem se appellans, quod cum ea ueste
esset, cum qua Fabius et Cornelius a parentibus ad corri-
gendos mores adulescentes in publicum essent producti.

Omnes de circo, de theatro, de stadio et omnibus locis 3
et balneis meretrices collegit in aedes publicas et apud eas
contionem habuit quasi militarem, dicens eas conmilito-
nes, disputauitque de generibus schematum et uolupta-
tum. adhibuit in tali contione postea lenones, exsoletos 4
undique collectos et luxuriosissimos puerulos et iuuenes.
et cum ad meretrices muliebri ornatu processisset papilla 5
eiecta, *ad* exsoletos habitu puerorum, qui prostituuntur,
post contionem pronuntiauit his quasi militibus ternos
aureos donatiuum petitque ab his, ut a dis peterent, ut
alios haberet ipsis commendandos.

Iocabatur sane ita cum seruis, ut eos iuberet millena 6
pondo sibi aranearum deferre proposito praemio, collegisse-
que dicitur decem milia pondo aranearum, dicens et hinc
intellegendum, quam magna esset Roma. mittebat parasitis 7
pro cellario salarii annua uasa cum ranis et scorpiis et cum
serpentibus et huiusmodi monstris. claudebat in eiusce 8
modi uasis infinitum muscarum, apes mansuetas eas ap-
pellans. Quadrigas circensium in tricliniis et in porticibus 27
sibi semper exhibuit pransitans et cenitans, conuiuas senes
agitare cogens, nonnullos honoratos. Iam imperator iu- 2

5 subserica *M* 6 lineis *B* 10 aduliscentes *BP* 12 eos B^1 13 quisi BP^1 15 leones B^1P^1 18 ad *add. Vrsinus* 21 ipse B^1 commodandos *Gemoll p. 7* (alios *ad* aureos *referens*), haberent ipsi commend. *Petschenig p. 52* 23 areanarum *B* 26 cellarios *BPM em. S* *an* annui *uel* annuo? scorpionis *B* 27 eiusce] cuiusce B^1 31 imperatori *BPM em. S*

Digitized by Google

bebat sibi et decem milia murium exhiberi, mille muste-
3 las, mille sorices. Dulciarios et lactarios tales habuit, ut,
quaecumque coqui de diuersis edulibus exhibuissent uel
structores uel pomarii, illi modo de dulciis modo de lac-
4 tariis exhiberent. exhibuit parasitis cenas et de uitreis
et nonnumquam tot picta mantelia in mensam mittebat,
is edulibus picta quae adponerentur, quot missus esset
habiturus, ita ut de acu aut de textili pictura exhibe-
5 rentur. nonnumquam tamen et tabulae illis pictae exhi-
bebantur, ita ut quasi omnia illis exhiberentur et tamen
6 fame macerarentur. miscuit gemmas pomis ac floribus.
iecit et per fenestram cibos totidem, quot exhibuit amicis.
7 iusserat et canonem p. R. unius anni meretricibus, leno-
nibus, exsoletis intramuranis dari, extramuranis alio pro-
misso, cum eo tempore iuxta prouisionem Seueri et Tra-
iani septem annorum canon frumentarius Romae esset.
28 . Canes quaternos ingentes iunxit ad currum et sic est
uectatus intra domum regiam idemque priuatus in agris
2 suis fecit. processit in publicum et quattuor ceruis iunc-
tis ingentibus. iunxit sibi et leones, Matrem magnam se
appellans. iunxit et tigres, Liberum sese uocans eodem-
que habitu agens, quo dii pinguntur, quos imitabatur.
3 Aegyptios dracunculos Romae habuit, quos illi agatho-
daemonas uocant. habuit et hippopotamos et crocodillum
et rhinocerotem et omnia Aegyptia, quae per naturam
4 sui exhiberi poterant. struthocamelos exhibuit in cenis
aliquotiens, dicens praeceptum Iudaeis, ut ederent.
5 Illud sane mirum uidetur, quod dicitur ab eo factum, ut
de croco sigma strauerit, cum summos uiros rogasset ad
prandium, pro eorum dignitate se dicens fenum exhibere.

1 murum *B* 7 his *BPM* is *scripsi* quod misus *BP* 12 quod *BP* 15 Traiani] Bassiani *Hirschfeld Philol. XXVIIII p. 24* 18 idque *BPM* idemque *scripsi* 20 iuncxit *P* 21 iuncxit *BP* 22 imitabantur *BP* 23 quos — uocant *om. M* agathodemones *B cod. Murbac.* 24 hyppopatomos *B* hyppopotamos *P* 25 rhinocerontem *B* 26 strutios et camelos *M*

Digitized by Google

transegit et dierum actus noctibus et nocturnos diebus, 6
aestimans hoc inter instrumenta luxuriae, ita ut sero de
somno surgeret et salutari inciperet, mane autem dormire
inceptaret. amicis cottidie *aliquid dabat* nec quemquam
facile indonatum relinquebat, nisi quem frugi quasi per-
ditum repperisset.

Habuit gemmata uehicula et aurata contemptis argen- 29
tatis et eboratis et aeratis. iunxit et quaternas mulieres 2
pulcherrimas et binas ad pabillum uel ternas et amplius
et sic uectatus est, sed plerumque nudus, cum illum nu-
dae traherent.

Habuit et hanc consuetudinem, ut octo caluos rogaret 3
ad cenam et item octo luscos et item octo podagrosos,
octo surdos, octo nigros, octo longos et octo pingues,
cum capi non possent uno sigmate, ut de his omnibus
risus citaret. donauit et argentum omne conuiuis, quod 4
habuit in conuiuio, et omnem apparatum poculorum, idque
saepius. hydrogarum Romanorum ducum primus publice 5
exhibuit, cum antea militaris mensa esset, quam postea
statim Alexander reddidit. proponebat praeterea his quasi 6
themata, ut iura noua dapibus condiendis inuenirent, et cuius
placuisset commentum, ei dabat maximum praemium, ita
ut sericam uestem donaret, quae tunc et in raritate ui-
debatur et in honore. si ius autem displicuisset, iubebat, 7
ut semper id comesset, quamdiu tamen melius inueniret.
semper sane aut inter flores sedit aut inter odores pre- 8
tiosos. amabat sibi pretia maiora dici earum rerum, quae 9
mensae parabantur, orexin conuiuio hanc esse adserens.

1 transerit *B*P^1 transigerit P^3 traiecit *M em. S* 3 sommo *B* 4 aliquid dabat *om. BPM exempli causa inseruit C* admisit cottidie nec q. *Golisch p. 5* 8 iuncxit *BP* quaternis *B* 9 pampillum *BPM em. Obr.* uel ternas et amplius *del. Iord.* 14 nigros] macros *Cornelissen p. 60* 16 conuiuiis *BP* 18 ydrog. *BP* idrog. *M* ducum *om. B* 20 propenebat *B* 21 themate *B* 22 condimentum *Cornelissen p. 60* 24 sicus *BP* si aliquis *M* si ius *S* 25 tamen] tandem *Petschenig p. 52* inuenisset *M* 27 pretia rerum *BPM* pretia uero *Petschenig p. 52*

Digitized by Google

30 Pinxit se ut coppedinarium, ut seplasiarium, ut popi-
narium, ut tabernarium, ut lenonem, idque totum domi
2 semper et exercuit. sescentorum strutionum capita una
3 cena multis mensis exhibuit ad edenda cerebella. exhi-
buit aliquando et tale conuiuium, ut haberet uiginti et duo
fercula ingentium epularum, sed per singula lauarent et
mulieribus uterentur et ipse et amici cum iure iurando,
4 quod efficerent uoluptatem. celebrauit item tale conui-
uium, ut apud amicos singulos singuli missus appararen-
tur, et, cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio,
alter super aggerem, alter in Caelio, alter trans Tiberim,
et ut quisque mansisset, tamen per ordinem in eorum
domibus singula fercula ederentur, ireturque ad omnium
5 domos. sic unum conuiuium uix toto die finitum est,
cum et lauarent per singula fercula et mulieribus uteren-
6 tur. Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo et
garo, quem quo anno Sybaritae reppererunt, et perierunt.
7 Dicitur et balneas fecisse multis locis ac semel lauisse at-
que statim destruxisse, ne ex usu balneas haberet. hoc
idem de domibus, de praetoriis, de zaetis fecisse dicitur.
8 Sed et haec *et alia* nonnulla fidem transeuntia credo esse
ficta ab is, qui in gratiam Alexandri Heliogabalum defor-
mare uoluerunt.

31 Fertur et meretricem notissimam et pulcherrimam
redemisse centum sestertiis eamque intactam uelut uirgi-
2 nem coluisse. huic eidem priuato cum quidam diceret
'Non times pauper fieri?' dixisse dicitur: 'Quid melius,
3 quam ut ipse mihi heres sim et uxori meae?' habuerat
praeterea facultates a multis dimissas gratia patris. idem

1 cuppedinarium *S* 2 leonem *B*[1] 3 et *om. M* 9 misus *B* 11 celio *B* 12 utut *Petschenig p. 52* 14 finitus *BP* (*ut uid.*) 15 cum et — uterentur *del. Cornelissen p. 60* 16 exoleto *B*[1] 17 sibarite *B* periecerunt *BP* 18 et *om. M* 20 cetis *B* zetis *PM* 21 Sed et haec — uoluerunt *del. Kellerbauer p. 634* et alia *add. C* esset ficta *BP an* esse efficta? 22 his *BPM* 26 idem *BP* quidem *B* 28 heresim *B*[1]

Digitized by Google

filios se nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret. odo- 4
res Indicos sine carbonibus ad uaporandas zaetas iubebat
incendi. iter priuatus numquam minus sexaginta uehicu-
lis fecit auia sua Varia reclamante, quod omnia perditu-
rus esset. imperator uero etiam sescenta uehicula dicitur 5
duxisse, adserens decem milibus camelorum Persarum
regem iter facere, et Neronem quingentis carrucis iter
inisse. causa uehiculorum erat lenonum, lenarum, mere- 6
tricum, exsoletorum, subactorum etiam bene uasatorum
multitudo. in balneis semper cum mulieribus fuit, ita 7
ut eas ipse psilothro curaret, ipse quoque barbam psi-
lothro accurans, quodque pudendum dictu sit, eodem
quo mulieres accurabantur, *loco* et eadem hora. rasit et
uirilia subactoribus suis ad nouaclum manu sua, qua
postea barbam fecit. scobe auri porticum strauit et ar- 8
genti, dolens, quod non posset et electri, idque frequenter
quacumque fecit iter pedibus usque ad equum uel car-
pentum, ut fit hodie de aurosa arena.

Calciamentum numquam iterauit, anulos etiam nega- 32
tur iterasse. pretiosas uestes saepe conscidit † uel lanam
cepit et appendit atque ad eius aestimationem ponderis
pisces amicis exhibuit. naues onustas mersit in portum, 2
magnanimitatis hoc esse dicens. onus uentris auro ex-
cepit, in myrrinis et onychis minxit. idem dixisse fertur: 3
'Si habuero heredem, dabo illi tutorem, qui illum haec
facere cogat, quae ipse feci facturusque sum.' Habuit 4
etiam istam consuetudinem, ut cenas sibi exhiberet tales,
ut una die nonnisi *de* fasianis totum ederet omnesque
missus sola fasianorum carne strueret, item alia die de

1 notie *B* noltie *P* odore *P*[1] 2 zetas *BPM* 3 iter] in *BP* 6 milia *B* mili *P* 9 uastorum *BP* 11 psilotro *BPM* (*bis*) 12 eo die quo *M* 13 loco *add. C* 14 uilia *B* subauctoribus *B* nouacula *M* 17 inter *BP* 18 sit *B* 20 uel lacerauit *Mommsen* uel lancem c. *Rösinger p. 7* uel lanipendi dedit *Iordan Herm. III p. 423* Balaenam cepit *Maduig p. 638* 26 face *P*[1] 28 ut *om. P*[1]*M* de *om. BP* 29 misos *B* missos *P*

Digitized by Google

pullis, alia de pisce illo et item illo, alia de porcis, alia
de strutionibus, alia de oleribus, alia de pomis, alia de
5 dulciis, alia de opere lactario. Saepe amicos suos cum
Aethiopibus aniculis inclusit nocturnis mansionibus et
usque ad lucem detinuit, cum pulcherrimas his diceret
6 apparatas. fecit hoc idem etiam de pueris, et tunc, ante
7 Philippum utpote, licebat. ridebat autem sic nonnum-
8 quam, ut publice in theatro solus audiretur. ipse canta-
uit, saltauit, ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizauit, or-
9 gano modulatus est. fertur et una die ad omnes circi et
theatri et amphitheatri et omnium urbis locorum meretri-
ces tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur, ingres-
sus, cum tamen omnibus meretricibus sine effectu libidi-
nis aureos donaret addens: 'Nemo sciat, Antoninus haec
33 donat.' Libidinum genera quaedam inuenit, ut spin-
thrias ueterum imperatorum uinceret, et omnis apparatus
Tiberii et Caligulae et Neronis norat.
2 Et praedictum eidem erat a sacerdotibus Syris bio-
3 thanatum se futurum. parauerat igitur funes blatta et
serico et cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo
4 uitam finiret. parauerat et gladios aureos, quibus se oc-
5 cideret, si aliqua uis urgueret. parauerat et in ceranneis
et hyacinthis et in smaragdis uenena, quibus se interime-
6 ret, si quid grauius inmineret. fecerat et altissimam tur-
rem substratis aureis gemmatisque ante se tabulis, ex
qua se praecipitaret, dicens etiam mortem suam pretio-
sam esse debere et ad speciem luxuriae, ut diceretur
7 nemo sic perisse. sed nihil ista ualuerunt. nam, ut dixi-
c. 17 mus, et occisus est per scurras et per plateas tractus et
sordidissime per cloacas ductus et in Tiberim submissus est.
8 Hic finis Antoninorum nomini in re p. fuit, scientibus

1 pupillis *BP* 2 holeribus *P* 16 maiorum *B* malorum *PM* imperatorum *Oberdick p. 343* (*Bährens p. 654*) 18 syriis *P*² *M* 19 blata *B*¹ 20 serica *B* 23 yacinthis *BP* 25 tapetis *Gemoll p. 7* 29 per scurras *uix sanum* est sord. *BPM* et s. *Mommsen*

Digitized by Google

cunctis istum Antoninum tam uita falsum fuisse quam nomine.

Mirum fortasse cuipiam uideatur, Constantine uenera- 34
bilis, quod haec clades, quam rettuli, loco principum fuerit, et quidem prope triennio: ita nemo in re p. tum fuit, qui istum a gubernaculis Romanae maiestatis abduceret, cum Neroni, Vitellio, Caligulae ceterisque huius
modi numquam tyrannicida defuerit. sed primum om- 2
nium ipse ueniam peto, quod haec, quae apud diuersos repperi, litteris tradidi, cum multa inproba reticuerim et
quae ne dici quidem sine maximo pudore possunt. ea 3
uero, quae dixi, praetextu uerborum adhibito, quantum
potui, texi. deinde illud, quod clementia tua solet dicere, 4
credidi esse respiciendum: 'Imperatorem esse fortunae
est.' nam et minus boni reges fuerunt et pessimi. agen- 5
dum uero, quod pietas tua solet dicere, ut sint imperio digni, quos regendi *in* necessitatem uis fatalis adduxerit.
Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit, neque postea 6
hoc nomen in re p. loco principum frequentatum est, etiam illud addendum est, ne quis error oriatur, cum duos Gordianos narrare coepero, patrem et filium, qui se de Antoninorum genere dici uolebant: non nomen in
illis primum fuit sed praenomen. deinde, ut in plerisque 7
libris inuenio, Antonii dicti sunt, non Antonini.

Haec sunt de Heliogabalo, cuius uitam me inuitum et 35
retractantem ex Graecis Latinisque collectam scribere ac tibi offerre uoluisti, cum iam aliorum ante tulerimus.
scribere autem ordiar, qui post sequentur. quorum Ale- 2
xander optimus et cum cura dicendus est annorum tre-

5 nemo uir ep̃ tum *B P V* nemo inuentus *M em. Bernhardy* 14 credidisse reficiendum *B P M em. Lectius* 17 quos] quod *B* ad *add. P*[3] *M ante* regendi, *Bährens p. 654* in *post* reg. 23 primum *om. P*[1] pronomen *B P* in *om. M* 24 Antonii] antonini *B*[1] antoni *P* 27 afferre *M* 29 cum uera *B P M em. Gr. post* dicendus *add. P*[3] *M* assertione est] et *B P M em. Iord.* tredecem *B P*

Digitized by Google

decim princeps, semestres alii et uix annui et bimi, Au-
relianus praecipuus et horum omnium decus auctor tui
3 generis Claudius. de quo uereor ad clementiam tuam
scribens uera dicere, ne maliuolis adulator uidear esse,
sed absoluar contra liuorem inproborum, cum et apud
4 alios clarum esse perspexerim. his iungendi sunt Dio-
cletianus, aurei parens saeculi, et Maximianus, ut uulgo
5 dicitur ferrei, ceterique ad pietatem tuam. te uero, Au-
guste uenerabilis, multis paginis isdemque disertioribus
6 illi prosequentur, quibus id felicior natura detulerit. his
addendi sunt Licinius [Seuerus Alexander] atque Maxen-
tius, quorum omnium ius in dicionem tuam uenit, sed
7 ita ut nihil *de* eorum uirtute derogetur. non enim ego id
faciam, quod plerique scriptores solent, ut de his detraham,
qui uicti sunt, cum intellegam gloriae tuae accedere, si
omnia de illis, quae bona in se habuerint, uera praedicaro.

3 quod B^1*P* qo B^2 4 dicerent *B P* *an* dicere, ut ne mal.? adolatur *B P* 5 *fort.* absoluam 6 his] hi *B P* 9 paganis *B* P^1 hisdemque *B P* disertionibus *B* 11 Alexander *delet C* Seuerus Alexander *del. Mommsen* 12 uis *BP* deuenit *M* 13 de *addidi* uirtuti *M* 16 habuerunt *M* *an* uere? praedicauero B^2 aeli lampridii antoninus uarius heliogabalus explicit *B P* [*sequitur in B et P Diadumenus*]

Digitized by Google

ALEXANDER SEVERVS

AELII LAMPRIDII

Interfecto Vario Heliogabalo (sic enim malumus di- 1
cere quam Antoninum, quia et nihil Antoninorum pestis
illa ostendit, et hoc nomen ex annalibus senatus auctori- 2
tate erasum est) ad remedium generis humani Aurelius
Alexander, urbe Arcena genitus, Varii filius, Variae nepos
et consobrinus ipsius Heliogabali, accepit imperium, cum
ante Caesar a senatu esset appellatus, mortuo scilicet
Macrino, Augustumque nomen idem recepit addito eo, ut 3
et patris patriae nomen et ius proconsulare et tribuni-
ciam potestatem et ius quintae relationis deferente senatu
uno die adsumeret. et ne praeceps ista honorum conti- 4
nuatio uideatur, exponam causas, quibus id et senatus
coactus est facere et ille perpeti. non enim aut graui- 5
tati senatus congruebat omnia simul deferre aut bono
principi raptum ire tot simul dignitates. milites iam in- 6
sueuerant sibi imperatores et tumultuario iudicio facere

1 incipit alexander seuerus aeli lampridii *BP* ad constantinum aug. *add.* P^3 *eadem manus haec adscripsit:* hec istoria incorrecta multa et sollerti emendatione indiget. 4 antoninus *BPM* 7 Arca *c. 13,5 et ap. Aur. Vict. Caes. 24,1* 8 gabali BP^1 *exc. quod si cum S seruare uelimus,* ipsius *in* illius *mutandum erit cf. c. 2. 5. 25* heliogabali P^3 *VM* 9 senatus *B* appellatum *B* 12 deferentessenautu *B* (*m. sec. supra* na *scr.* t) *exc.* (*m. sec. supra* ss *scr.* et *et del. prius* u) deferente senatu *P* (esena *in ras.*) 13 istā bon. B^1 14 etponam *P* 18 et ut tum. *exc.*

Digitized by Google

et item facile mutare, adferentes nonnumquam ad defen-
sionem se idcirco fecisse, quod nescissent senatum prin-
7 cipem appellasse. nam et Pescennium Nigrum et Clo-
dium Albinum et Auidium Cassium et antea Lucium Vin-
dicem et L. Antonium et ipsum Seuerum, cum senatus
iam Iulianum dixisset principem, imperatores fecerant,
atque ista res bella ciuilia seuerat, quibus necesse fuit
2 militem contra hostem paratum parricidialiter perire. hac
igitur causa festinatum est, ut omnia simul Alexander
quasi iam uetus imperator acciperet. huc accessit nimia
2 et senatus et populi inclinatio post illam cladem, quae
non solum Antoninorum nomen decolorauit sed etiam Ro-
3 manum dehonestauit imperium. certatim denique omnia
4 decreta sunt et nominum genera et potestatum. pri-
mus denique omnium cuncta insignia et honorificentiae
genera simul recepit suffragante sibimet Caesaris nomine,
quod iam ante aliquot annos meruerat, et magis suffra-
gante uita et moribus, cum illi magnum conciliasset fauo-
rem, quod Heliogabalus occidere conatus est nec potuit
5 et militibus repugnantibus et senatu refragante. atque
haec parua sunt, nisi quod dignum se exhibuit, quem se-
natus seruaret, quem saluum milites cuperent, quem om-
nium bonorum sententia principem diceret.

3 Alexander igitur, cui Mamaea mater fuit (nam et ita
dicitur a plerisque), a prima pueritia artibus bonis inbu-
tus tam ciuilibus quam militaribus ne unum quidem diem
sponte sua transire passus est, quo se non et ad litteras
2 et ad militiam exerceret. nam in prima pueritia littera-

1 asserentes P^3 ad differẽntes *M* 2 nescirent *B* 3 *post* clodium *intermittit* B^1*:* nigrum et, $B^2 P^1$ *exc.:* nigrum 4 Lucium] C. Iulius *recte dicitur* 5 antoninum *B P V M* 7 creauerat *Rübel p. 66* 8 militum *B P* *exc.*[1] *V* 16 genera] nomina *exc. in ras.* suffragente *B* P^1 (*bis*) sibimetet P^1 sibime *exc.* 17 aliquod B^1*P* 19 quod eum *M* 23 daret *B* dicereret *P* 24 cum *P* mamea *BP* 26 ////tam *P* qam P^1 28 litteratores] P^3 *superscripsit* ystoricos

Digitized by Google

tores habuit Valerium Cordum et Titum Veturium et Au-
relium Philippum libertum patris, qui uitam eius postea
in litteras misit, grammaticum in patria Graecum Neho- 3
nem, rhetorem Serapionem, philosophum Stilionem, Ro-
mae grammaticos Scaurinum Scaurini filium, doctorem
celeberrimum, rhetores Iulium Frontinum et Baebium
Macrianum et Iulium Granianum, cuius hodieque decla-
matae feruntur. sed in Latinis non multum profecit, ut 4
ex eiusdem orationibus apparet, quas *in* senatu habuit,
uel *e* contionibus, quas apud milites uel apud populum,
nec ualde amauit Latinam facundiam sed amauit littera-
tos homines uehementer, eos etiam reformidans, ne quid
de se asperum scriberent. denique quos dignos ad id esse 5
uidebat, singula quaeque, quae publice et priuatim age-
bat, se ipso docente uolebat addiscere, si forte ipsi non
adfuissent, eaque petebat ut, si uera essent, in litteras
mitterent.

⟨Dominum se appellari uetuit. epistulas ad se quasi 4
ad priuatum scribi iussit seruato tantum nomine impera-
toris. gemmas de calciamentis et uestibus tulit, quibus 2
usus fuerat Heliogabalus. ueste, ut et pingitur, alba usus
est nec aurata, paenulis togisque communibus. cum ami- 3
cis tam familiariter uixit, ut communis esset ei saepe con-
sessus, iret ad conuiuia eorum, aliquos autem haberet
cotidianos etiam non uocatos, salutaretur uero quasi

1 uenturium B^1 3 Nebonem *M* 4 sĕrapinionem *B* (*lineola sup.* e *postea eras.*) filosophŭm *BP* 5 scarinum *BP exc.* 6 bebium *BP exc. M* 7 Macrinum *M* orationes declamatae P^3M 8 proficit B^2 *exc.*^{1} 9 qua senatu BP^1 *exc.* quas in P^3 10 e *addidi* in *add. M* 12 etiam ortos reform. B^1 13 eos digno addesce uid. *BP exc.*^{1} digna addiscere *exc.*^{2} eos dignos adesse iubebat *M em. Obr.* 14 publicae priuatim *BP exc.*^{1} priuatimque *M exc.*^{2} publice et priu. *scripsi* 16 eoque *BP exc.*^{1} *M* eaque *uolg.* eosque *S* 18 quasi priuatim B^1 23 eis *Eyssenh.* consesus B^1 (*prior* s *in ras.*) 24 iret et *M* cenuiui *B exc.* conuiui P^1 25 cotianos BP^1 *exc.* cottidianos P^3 *V*(*M*) *mihi* conuiuas *aut intercidisse uidetur aut pro* cotianos *reponendum.* uocatus *P t. Iord.*

unus e senatoribus patente uelo admissionalibus remotis
aut solis is, qui ministri ad fores fuerant, ... salutare
principem non liceret, quod eos uidere non poterat.⟩
4 Et erat eius corporis, ut praeter uenustatem ac uirilem,
quem hodieque et in pictura et in statuis uidemus, de-
corem ei inesset staturae militaris robur, militis ualitudo
5 eius, qui uim sui corporis sciret ac semper curaret. erat
praeterea cunctis hominibus amabilis et ab aliis pius ap-
6 pellabatur, ab omnibus certe sanctus et utilis rei p. Huic
sors in templo Praenestinae talis extitit, cum illi Helio-
gabalus insidiaretur:

Verg. Aen. VI 882 'Si qua fata aspera rumpas,
tu Marcellus eris.'

5 Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud
Arcenam urbem Alexandro Magno natus esset, cum casu
illuc die festo Alexandri cum uxore pater isset sol-
2 lemnitatis inplendae causa. cui rei argumentum est,
quod eadem die natalem habet hic Mamaeae Alexander,
3 qua ille Magnus excessit e uita. delatum sibi Antonini
nomen a senatu recusauit, *cum* hic magis adfinitate Ca-
4 racalli iungeretur, quam ille subditiuus. si quidem, ut
Marius Maximus dixit in uita Seueri, nobilem orientis

1 //e *P* es *exc.*[1] de *M* 2 his *BPV* hia *M* aut fores *B*[1] *lacunam significaui;* cum antea *add. Egnatius, mea tamen sententia plura desunt, minimum:* remanentibus, cum antea 3 non p.] nemo p. *C* 4 aculem *BP exc. VM* masculam quam (*sic exc.*[2]) *Haase* ac uirilem *Eyssenhardt* 5 et *om. M* picturea *exc.* in *ante* statuis *om. M* decorum esse *B cum* e *sup.* r *et* u, decureum esse *P exc.* rubrum *add. P*[3] decorem inesse rubeum *M* decorem inesset *S* decorem ei inesset *scripsi* decorem rigor in. *Vnger p. 221* 6 militis *del. Bährens Fleckeis. ann. CVII p. 68, ipse comma, quod in uolg. post* militis *erat, ante posui* 10 tem *BP*[1] templo *P*[3]*M* praene//stinae *P* praenestinae ueste *P*[3](*M*) extitit] *fort.* excidit illi *om. B* 12 facta *BP*[1] 13 tum *BP*[1] tunc *M* marcellum *BP*[1] *ut uid.* 16 *post* festo *add. P*[3]*V* mater patris *BPMV* pater eius *S* pater isset *Petschenig p. 52* (*in uolg.* uenisset *post* causa *insertum*) sollempnitatis implenda *B* 18 mammeae *B* 20 cum *om. BPVM* 21 subdititius *M* 22 diximus *B*[1] maximus *B*[2]

Digitized by Google

mulierem Seuerus, cuius hanc genituram esse conpere-
rat, ut uxor imperatoris esset, adhuc priuatus et non
magni satis loci, duxit uxorem, ex qua adfinitate hic Ale-
xander fuit, cui uere per matrem suam consobrinus Va-
rius Heliogabalus fuit. recusauit et Magni nomen ei quasi 5
Alexandro oblatum senatus iudicio.

¶Interest relegere orationem, qua nomen Antonini et 6
Magni delatum sibi a senatu recusauit. quam priusquam
praeferam, innectam adclamationes senatus, quibus id de-
cretum est. Ex actis urbis:

A. d. pridie nonas Martias cum senatus frequens in 2
curiam (hoc est in aedem Concordiae templumque in-
auguratum) conuenisset, rogatusque esset Aurelius Ale-
xander Caesar Augustus, ut eo ueniret, ac primo re-
cusasset, quod sciret de honoribus suis agendum, deinde
postea uenisset, adclamatum: 'Auguste innocens, di te
seruent. Alexander imperator, di te seruent. di te 3
nobis dederunt, di conseruent. di te ex manibus inpuri
eripuerunt, di te perpetuent. inpurum tyrannum et tu 4
perpessus es, inpurum et opscaenum et tu uiuere do-
luisti. di illum eradicarunt, di te seruarunt. infamis
imperator rite damnatus. felices nos imperio tuo, fe- 5
licem rem p. infamis *imperator* unco tractus est ad
exemplum timoris, luxuriosus imperator iure punitus
est, contaminator honorum iure punitus est. di immor-
tales Alexandro uitam. iudicia deorum hinc apparent.'

2 et] set *Kellerbauer p. 635* 5 quod ei q. *M* 6 est obl. *BPM* est *del. Gr.* 9 etiam *BPM* addam *uolg.* innectam (*uel* intexam) *Kellerbauer p. 635, post* praeferam *add.* referam *Petschenig p. 32,* indam *Vnger p. 222* 11 ad *BPM em. S* 12 templum B^1*M* inaugoratum *BP* 14 ut concineret *BPM* consideret *Mommsen ap. Huebner. d. s. p. R. actis p. 614* ut eo ueniret *scripsi propter sq.* deinde postea uenisset 17 di *B* dii B^2 (*paene ubique*) 20 doluisti *in B in ras.* 21 seruent *M* 23 imperator *add. Kellerbauer p. 635* iunto B^1iuncto B^2 *exc.*[1] 24 luxoriosus *BP exc.* 25 contraminator B^1

Digitized by Google

7 Et cum egisset gratias Alexander, adclamatum est: 'An-
tonine Alexander, di te seruent. Antonine Aureli, di te
seruent. Antonine Pie, di te seruent. Antonini nomen
2 suscipias rogamus. praesta bonis imperatoribus, ut An-
toninus dicaris. nomen Antoninorum tu purifica. quod
ille infamauit, tu purifica. redde in integrum nomen An-
3 toninorum. sanguis Antoninorum se cognoscat. iniuriam
Marci tu uindica. iniuriam Veri tu uindica. iniuriam
4 Bassiani tu uindica. peior Commodo solus Heliogabalus,
nec imperator nec Antoninus nec ciuis nec senator nec
5 nobilis nec Romanus. in te salus, in te uita. ut uiuere
delectet, Antoninorum Alexandro uitam. ut uiuere de-
lectet, et Antoninus uocetur. Antoninorum templa Antoni-
6 nus dedicet. Parthos et Persas Antoninus uincat. sacrum
nomen sacratus accipiat. sacrum nomen castus accipiat.
Antonini nomen di cognoscant, Antoninorum honorem di
conseruent. in te omnia, per te omnia. Antonine, ha-
8 ueas.' Et post adclamationes Aurelius Alexander Caesar
Augustus: 'Gratias uobis, p. c., non nunc primum sed
et de Caesareano nomine et de uita seruata et Augusti
nomine addito et de pontificatu maximo et de tribunicia
potestate et proconsulari imperio, quae omnia nouo
2 exemplo uno die in me contulistis.' Et cum diceret, ad-
clamatum: 'Haec suscepisti, Antonini nomen suscipe.
3 mereatur senatus, Antonini mereantur. Antonine Au-
guste, di te seruent, di te Antoninum conseruent. mo-
netae nomen Antonini reddatur. templa Antoninorum
4 Antoninus consecret.' Aurelius Alexander Augustus: 'Ne

4 accipias *B* (suscipias *etiam fr. Cus.*) 8 *desideratur Pius, cf. 9,1* 9 petor *BP* 10 imp̄ *BP* 12 delectet et Ant.] *in B* ctet et an *in ras.* et *del. Iordan* 16 ut cogn. *BP* ut agnoscant *M* di cogn. *scripsi* (*Iord.*) 17 per] *in P* e *in ras.* habeas *BPM em. S* 18 adclamationes — nobis p. c. *om. B*[1] 20 saereano *B* caesereano *B*[2]*P* Caesareo *M* 23 exempla *B* 24 sucipi *BPM em. Lipsius ep. cent. II misc. 18* 25 mereatur *M* 26 Antonini Alexander, di te seruent *Kellerbauer p. 635* 28 antoninus antoninus *P*[1]

Digitized by Google

quaeso, p. c., ne me ad hanc certaminis necessita-
tem uocetis, ut ego cogar tanto nomini satis facere, cum
etiam hoc ipsum nomen licet peregrinum tamen grauare
uideatur. haec enim nomina insignia onerosa sunt. quis 5
enim Ciceronem diceret mutum? quis indoctum Varro-
nem? quis inpium Metellum? et, ut hoc di auertant,
quis non aequantem nomina ferat degentem in clarissima
specie dignitatum?' Item adclamata, quae supra. Item 9
imperator dixit: 'Antoninorum *nomen*, uel iam numen
potius quantum fuerit, meminit uestra clementia: si pieta-
tem, quid Pio sanctius? si doctrinam, quid Marco pru-
dentius? si innocentiam, quid Vero simplicius? si forti-
tudinem, quid Bassiano fortius? nam Commodi memi- 2
nisse nolo, qui hoc ipso deterior fuit, quod cum illis
moribus Antonini nomen optinuit. Diadumenus autem nec 3
tempus habuit nec aetatem et arte patris hoc nomen in-
currit.' Item adclamatum ut supra. item imperator 4
dixit: 'Nuper certe, p. c., meministis, cum ille omnium
non solum bipedum sed etiam quadrupedum spurcissi-
mus Antonini nomen praeferret et in turpitudine atque
luxurie Nerones, Vitellios, Commodos uinceret, qui gemi-
tus omnium fuerit, cum per populi et honestorum coro-
nas una uox esset hunc inepte Antoninum dici, per hanc

1 ne mi $B^2 P^1$ (*in B post* mi: nt' *ut uid. eras.*) 2 tantum omni BP^1 cum — uideatur *del. Gemoll p. 8* 3 ñme *B* nomne *P* 4 *sententiarum tenore mihi postulari uidetur, ut ita scribatur:* quis non Ciceronem derideret mutum? quis non indoctum Varronem? quis non inpium Metellum? 5 dicerat *B* diceraet *P* dicat *Bährens p. 654* 7 equiat B^1 equiantem $B^2 P$ equi ante ĩ *M* digerentem *BPM em. Gr.* degenerantem *misc. obs. IIII p. 233* aut degenerantem *Iordan* 9 nomen *om. BPM* 10 quam *BPM* quale *uolg.* quantum *Bährens p. 654* 14 si hoc *BPM* ipse dit. *BP*(*M*) *post* deterior *intermittunt* si BP^1 se *M* 15 optinuit] habuit *B* 21 luxuriae *B* luxuria *PM* (*in P* a *in ras.*) *post* uinceret *adscripsit* P^3 Heliogabalus 22 fuerint *M* 23 inte *BPM* non rite *uolg.* inepte *scripsi* iniuste *Bährens p. 654* inpie *Petschenig p. 52* huncine Ant. *Golisch Fleckeis. ann. CXXVII p. 656*

Digitized by Google

5 pestem sanctum uiolari nomen.' Et cum diceret, adcla-
matum est: 'Di mala prohibeant. haec te imperante non
timemus. de his te duce securi sumus. uicisti uitia, ui-
6 cisti crimina, *uicisti* dedecora. Antonini nomen ornabis.
certe praesumimus, bene praesumimus. nos te et a pue-
7 ritia probauimus et nunc probamus.' Item imperator:
'Neque ego, p. c., idcirco timeo istud uenerabile omni-
bus nomen accipere, quod uerear, in haec uitia delaba-
tur uita, ut nos nominis pudeat, sed primum displicet
alienae familiae nomen adsumere, deinde quod grauari me
10 credo.' Et cum diceret, adclamatum est ut supra. item
2 dixit: 'Si enim Antonini nomen accipio, possum et Traiani,
3 possum et Titi, possum et Vespasiani.' Et cum diceret,
adclamatum est: 'Quomodo Augustus, sic et Antoninus.'
Item imperator: 'Video, patres conscripti, quid uos *mo-*
4 *ueat* ad hoc nobis nomen addendum. Augustus primus
primus est huius auctor imperii, et in eius *nomen* omnes
uelut quadam adoptione aut iure hereditario succedimus.
5 Antonini ipsi Augusti dicti sunt. Antoninus item primus
Marcum et item Verum iure adoptionis uocauit, Com-
modo autem hereditarium fuit, susceptum Diadumeno,
6 adfectatum in Bassiano, ridiculum in Aurelio.' Et cum
diceret, adclamatum est: 'Alexander Auguste, di te ser-

1 *post* pestem *P*[3] *add.* heliog. *M* Heliogabalus tactum *BP*[1]*M* tantum *P*[2] *em. S* intactum *Bährens l. s.* sacrum *Kellerbauer p. 635* 4 crimina·dedecorosa *Petschenig p. 53* uicisti *om. BP*[1] *exc. add. P*[3]*M* ornauisti *B P exc. M em. in misc. IIII p. 234* 5 certi *M* c. sumus *BPM* sumimus *Iord.* praesumimus *scripsi* scimus *Bährens p. 654* 6 probrauimus *B* 8 ne in h. *uolg.* (*Bährens p. 654*) 9 aut *BPM* ut *scripsi exercit. crit. p. 7* (*Iordan*) 10 me eo cr. *Bährens l. s.* 12 enim *om. M* traiano *B*[1] 14 et augustus *exc.*
15 et *BP exc. M* item *scripsi* non uideo *uel* uidete *Mommsen* patris *B exc.*[1] moueat *om. BP exc.* (*falso de eis refert S*) *M* 17 nomen *om. BP exc. M* 19 sunt dicti sunt *BP exc.* idem *BPM* item *Vrsinus* sepius *BP exc. M* Pius *uolg.* primus *scripsi* Antoninos de se Pius *Mommsen* item a se Pius *Petschenig p. 26* 20 commodi *BP*[1] 22 rid. in Vario *Hirschfeld p. 232*

Digitized by Google

uent. uerecundiae tuae, prudentiae tuae, innocentiae
tuae, castitati tuae. hinc intellegimus, qualis futurus sis,
hinc probamus. tu facies, ut senatus bene principes eli- 7
gat. tu facies optimum esse iudicium senatus. Alexan-
der Auguste, di te seruent. templa Antoninorum Alexan-
der Augustus dedicet. Caesar noster, Augustus noster, 8
imperator noster, di te seruent. uiuas, ualeas, multis
annis imperes.' Alexander imperator dixit: 'Intellego, p. 11
c., me optinuisse, quod uolui, et in acceptum refero, plu-
rimas et agens et habens, enisurus, ut et hoc nomen,
quod in imperium detulimus, tale sit, ut et ab aliis desi-
deretur et bonis uestrae pietatis iudiciis offeratur.' Post 2
haec adclamatum est: 'Magne Alexander, di te seruent.
si Antonini nomen repudiasti, Magni praenomen suscipe.
Magne Alexander, di te seruent.' Et cum saepius dice- 3
rent, Alexander Augustus: 'Facilius fuit, p. c., ut Anto-
ninorum nomen acciperem, aliquid enim uel adfinitati
deferrem uel consortioni nominis imperialis. Magni uero 4
nomen cur accipiam? quid enim iam magnum feci? cum
id Alexander post magna gesta, Pompeius uero magnos
post triumphos acceperit. quiescite igitur, uenerandi 5
patres, et uos ipsi magnifici unum me de uobis esse cen-
sete, quam Magni nomen ingerite.' Post haec adclamatum 12
est: 'Aureli Alexander Auguste, di te seruent.' et reliqua
ex more.

Dimisso senatu, cum et alia multa eo die essent acta, 2
quasi triumphans domum se recepit. multo clarior uisus 3
est alienis nominibus non receptis, quam si recepisset,
atque ex eo constantiae ac plenae grauitatis famam op-

1 si uerecundiae *BP exc. an* fl. *i. e.* feliciter? di immortales faueant uer. *fr. Cus.* 3 elegat *BP exc.* 7 uincas *BPM* uiuas *Kellerbauer p. 635* 9 plurimas sed BP^1 plurimas gratias sed agens P^3M 10 senisore *BPM* 11 talis *B* 14 pronomen *BP* 16 auguste BP^1 augustus ait P^3M Augustus *del. Mommsen* 18 consortio P^2M 19 accepi *BP* accipitur *M* accipiam *scripsi* (*Iord.*) 21 post *om.* BP^1 *add.* P^3M (*ante* magnos) 27 multo// *P*

Digitized by Google

tinuit, si quidem uni *uiro* uel adulescenti potius senatus
4 totus persuadere non potuit. sed quamuis senatu rogante
non potuerit persuaderi, ut uel Antonini uel Magni nomina
susciperet, tamen ob ingentem uigorem animi et
mirandam singularemque constantiam contra militum insolentiam,
Seueri nomen a militibus eidem inditum est.
5 quod illi ingentem in praesentia reuerentiam, magnam
apud posteros gloriam peperit, cum eo accessisset, ut de
animi uirtute nomen acceperit, si quidem solus inuentus
sit, qui tumultuantes legiones exauctorauerit, ut suo loco
ostendetur, in milites autem grauissime animaduerterit,
qui forte incurrerunt aliquid, *quod* uideretur iniustum, ut
et ipsum locis suis declarabimus.⟧

13 Omina imperii haec habuit: primum quod ea die natus
est, qua defunctus uita Magnus Alexander dicitur,
deinde quod in templo eius mater enixa est, tertio quod
ipsius nomen accepit, tum praeterea quod ouum purpurei
coloris eadem die natum, qua ille natus est, palumbinum
anicula quaedam matri eius optulit; ex quo quidem
haruspices dixerunt imperatorem quidem illum,
sed non diu futurum et cito ad imperium peruenturum.
2 tum praeterea, quod tabula Traiani imperatoris, quae
geniali lecto patris imminebat, dum ille in templo pareretur,
3 in lectum eius decidit. his accessit quod nutrix ei
Olympias data est, quo nomine mater Alexandri appellata
4 est. nutritor Philippus prouenit casu unus ex rusticis,
5 quod nomen patri Alexandri Magni fuit. fertur die prima
natalis toto die apud Arcam Caesaream stella primae

1 uiro *addidi, pro* uni *Iord. scribit* iuueni, *Bährens p. 655:* uni iuueni uel *om. M* aduliscenti *BP* 9 acciperet *C* 11 ostenderetur *B* 12 currerunt *BP* cupierunt *Mommsen* quod *om. BP* 14 omnia *B* 17 obium *BP*[1] ouium *exc.* purpuree *B* purpurei *P* purpurae *exc.*[1] 18 colores *BP exc.*[1] (co *in P in ras.*) palumuinum *BP*[1] 20 haruspices *om. B*[1] 23 lecto *om. exc.* matris *S* illa — pareret *exc.* 24 quo quod *B*[1]*P*[1] *exc.*[1] 28 mirae m. *Kellerbauer p. 635*

Digitized by Google

magnitudinis uisa et sol circa domum patris eius fulgido
ambitu coronatus. cum eius natalem haruspices com- 6
mendarent, dixerunt eum summam rerum tenturum, id-
circo quod hostiae de ea uilla, quae esset Seueri impera-
toris, adductae essent, et quas in illius honorem coloni
parassent. nata in domo laurus iuxta persici arborem 7
intra unum annum persici arborem uicit. unde etiam
coniectores dixerunt Persas ab eo esse uincendos. mater 14
eius pridie quam pareret somniauit se purpureum dra-
cunculum parere. pater eadem nocte in somnis uidit 2
alis se Romanae Victoriae, quae in senatu, ad caelum
uehi. ipse cum uatem consuleret de futuris, hos acce- 3
pisse dicitur uersus adhuc paruulus; et primum quidem 4
sortibus

'Te manet imperium caeli terraeque'

intellectum est, quod inter diuos etiam referetur.

'Te manet imperium, quod tenet imperium.'

ex quo intellectum est Romani illum imperii principem
futurum. nam ubi est imperium nisi apud Romanos, quod
tenet imperium? et haec quidem de Graecis uersibus
sunt prodita. ipse autem, cum parentis hortatu animum 5
a philosophia musicaque ad alias artes traduceret, Vergilii
sortibus huius modi inlustratus est:

'Excudent alii spirantia mollius aera, (Verg. Aen. VI 848–854)
credo equidem, uiuos ducent de marmore uultus,
orabunt causas melius caelique meatus
describent radio et surgentia sidera dicent:
tu regere imperio populos, Romane, memento.
hae tibi erunt artes pacique inponere morem,
parcere subiectis et debellare superbos.'

2 ambito *BP* 3 temturum *B*P^1 *exc.*^{1} temptaturum *exc.*^{2} 6 persi *B*P^1 *exc.* 8 conlectores *B*P^1 *exc.*^{1} 11 talis *BP exc. M* 16 refertur *exc.* referretur *uolg.* 22 filosophia *BP* et musica quae *BPM* musicaque ad *Iordan* traduceretur *BPM* 25 quidem *B*P^1 et uiuos *B* ex uiuos P^1 26 orabant P^1 27 radiores *B*P^1 29 hec *B* 30 deuellare *B*P^1

6 Fuerunt multa alia signa, quibus principem humani generis esse constaret.

⟨Nimius ardor oculorum et diutius intuentibus grauis,
diuinatio mentis frequentissima, rerum memoria singularis
7 quam mnemonico Acholius ferebat adiutam.⟩ ⟨Et cum
puer ad imperium peruenisset, fecit cuncta cum matre,
ut et illa uideretur pariter imperare, mulier sancta sed
auara et auri atque argenti cupida.⟩

15 Vbi ergo Augustum agere coepit, primum remouit
omnes iudices a re p. et a ministeriis atque muneribus,
quos inpurus ille ex genere hominum turpissimo prouexerat; deinde senatum et equestrem ordinem purgauit.
2 ipsas deinde tribus et eos, qui militaribus nituntur praerogatiuis, purgauit et Palatium suum comitatumque omnem
abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis et infamibus nec quemquam passus est esse in Palatinis nisi
3 necessarium hominem. iure iurando deinde se constrinxit,
ne quem adscriptum, id est uacantiuum, haberet, ne annonis rem p. grauaret, dicens malum populi uillicum esse
imperatorem, qui ex uisceribus prouincialium homines
4 non necessarios nec rei p. utiles pasceret. fures iudicare
iussit in ciuitatibus ullis numquam uideri et, si essent
5 uisi, deportari per rectores prouinciarum. annonam
militum diligenter inspexit. tribunos, qui *per* stellaturas
6 militibus aliquid tulissent, capitali poena adfecit. negotia
et causas prius a scriniorum principibus et doctissimis
iuris peritis et sibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpia-

3 et diuinatio *M* 5 nemonico *BPM em. Obrecht* 7 illi *BP* 9 coepit imperium *M* 10 reip. *B* 11 ille Heliogabalus P^3*M* 13 prorogatiuis *BP* 15 infamis B^1 16 nisi *om.* *B*P^1 17 nefarium *Mommsen* iurerando *P t. Iord.* se *om. M* contrinxit *BP* 18 adscripticium *C* uagantiuum *BPM em. S* uacantem *C* i. e. uacantiuum *del. Petschenig p. 38* 19 pupillum *BPM* populi uillicum *S* populi illum *Hudemann Philol. VIIII p. 190* (*Kellerbauer p. 635*) 21 parceret *BP* f. iudicatos — in ciu. suis n. *Maduig p. 638* 22 numquam numquam P^1 23 uisi] iussit *S* 24 per *om. BPM* stellaturis *Petschenig p. 26*

nus fuit, tractari ordinarique atque ita referri ad se prae-
cepit. Leges de iure populi et fisci moderatas et infinitas 16
sanxit neque ullam constitutionem sacrauit sine uiginti
iuris peritis et doctissimis ac sapientibus uiris isdemque
disertissimis non minus quinquaginta, ut non minus in
consilio essent sententiae, quam senatus consultum con-
ficerent, et id quidem ita ut iretur per sententias singu- 2
lorum ac scriberetur, quid quisque dixisset, dato tamen
spatio ad disquirendum cogitandum*que*, priusquam dice-
rent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus.
fuit praeterea illi consuetudo, ut si de iure aut de nego- 3
tiis tractaret, solos doctos et disertos adhiberet, si uero
de re militari, militares ueteres et senes bene meritos et
locorum peritos ac bellorum et castrorum et omnes litte-
ratos et maxime eos, qui historiam norant, requirens,
quid in talibus causis, quales in disceptatione uersabantur,
ueteres imperatores uel Romani uel exterarum gentium
fecissent.

⟨Referebat Encolpius, quo ille familiarissimo usus est, 17
illum, si umquam furem iudicem uidisset, paratum ha-
buisse digitum, ut illi oculum erueret: tantum odium
eum tenebat eorum, de quibus apud se probatum, quod
fures fuissent. addit Septimius, qui uitam eius non me- 2
diocriter exsequutus est, tanti stomachi fuisse Alexan-
drum in eos iudices, qui furtorum fama laborassent,
etiamsi damnati non essent, ut, si eos casu aliquo uide-
ret, commotione animi stomachi choleram euomeret toto

2 legis *B exc.*^{1} definitas uel finitas *Vielhaber p. 630* 4 accipientibus *B*P^1 *exc.* 6 conficeret *BPM* quam senatus consultum cum fieret *S* 7 iretur] ir *in P in ras.* 9 cogitandum *BP exc.*^{1} 10 incogitata *Bährens p. 655* 14 ad b. *B* omnes] homines *Bährens l. s., Cornelissen p. 60* 16 quin *B*P^1 *exc.* 17 gentium *om.* B^1 18 fecisset B^1 22 apud se] habuisset *Kellerbauer p. 635* probatum esset *M* 23 septiminus *B*P^1 (*ut uid.*) *exc.* ptiminus P^2 24 sthomaci B^1P^1 25 fertorum B^1 (*in P prius* u *in ras.*) 27 sthomachi *B* cholera *B* colerã P^1

Digitized by Google

3 uultu inardescente, ita ut nihil loqui posset. nam cum
quidam Septimius Arabianus, famosus crimine furtorum
et sub Heliogabalo iam liberatus, inter senatores princi-
4 pem salutatum uenisset, exclamauit: 'O Marna, o Iuppi-
ter, *o* di inmortales, Arabianus non solum uiuit, uerum
etiam in senatum uenit, fortassis etiam de me sperat:
tam fatuum, tam stultum esse me iudicat?'⟩

Salutabatur autem nomine, hoc est 'Haue, Alexander'.
18 Si quis caput flexisset aut blandius aliquid dixisset,
ut adulator uel abiciebatur, si loci eius qualitas patere-
tur, uel ridebatur ingenti cachinno, si eius dignitas gra-
2 uiori subiacere non posset iniuriae. salutatus consessum
obtulit omnibus senatoribus atque adeo nisi honestos et
bonae famae homines ad salutationem non admisit, iussit-
que (quem ad modum in Eleusinis sacris dicitur, ut nemo
ingrediatur, nisi qui se innocentem nouit) per prae-
conem edici, ut nemo salutaret principem, qui se fu-
rem esse nosset, *ne* aliquando detectus capitali supplicio
3 subderetur. idem adorari se uetuit, cum iam coepisset
4 Heliogabalus adorari regum more Persarum. erat prae-
terea haec illius sententia solos fures de paupertate con-
5 queri, dum uolunt scelera uitae suae tegere. item adde-
bat sententiam de furibus notam et Graece quidem, quae
Latine hoc significat: 'Qui multa rapuerit, pauca suffra-
gatoribus dederit, saluus erit.' quae Graece talis est:

Ὁ πολλὰ κλέψας ὀλίγα· δοὺς ἐκφεύξεται.

1 uultui non ard. *BP*[1] 2 arabinus *BPM* Arabianus *scripsi* 3 principes *BP* 4 Maria *M* i. e. fortuna *add.* *P*[3] 5 o *ante* di *om.* *BPM* di inmortales *del. Nieländer Fleckeis. ann. CXV p. 672* Arabinus *M* 8 aue *B* 10 abiciatur *B* 12 consensum *BP* 13 honestes *B* 16 qui in se *B*[1] 17 dicit *BP*[1] *fr. Cusan.* dici *P*[2] edixit *M* 18 ne aliquando *M* ne *om.* *BP* 19 ipse ad. *M* 22 idem *PM* 23 quae] qu *in B in ras.* quae — ἐκφεύξεται *del. Kellerbauer p. 635* 26 opolla clepsas oligadus ecfeuxente *BP*. *in M spatium unius uersus uacuum relictum, in eo, quod mihi praesto fuit, exemplo his litteris scriptis expletum*: ὁ πολλὰ μὲν κλέψας ὀλίγα δὲ τοῖς ψηφισταῖς δωρησάμενος σωθήσεται

Digitized by Google

Praef. praet. sibi ex senatus auctoritate constituit. 19
praefectum urbi a senatu accepit. alterum praef. praet.
fecit, qui ne fieret, etiam fugerat dicens inuitos non
ambientes in re p. conlocandos. senatorem numquam 2
sine omnium senatorum, qui aderant, consilio fecit, ita ut
per sententias omnium circumiretur, testimonia dicerent
summi uiri, ac si fefellissent uel testes uel i, qui senten-
tias dicebant, postea in ultimum reicerentur locum ci-
uium condemnatione adhibita, quasi falsi rei adprobati
sine ullius indulgentiae proposito. idem senatores non 3
nisi ad summorum in Palatio uirorum suffragium fecit,
dicens magnum uirum esse oportere, qui faceret sena-
torem. idem libertinos numquam in equestrem locum 4
redegit, adserens seminarium senatorum equestrem lo-
cum esse.

Moderationis tantae fuit, ut nemo umquam ab eius 20
latere summoueretur, ut omnibus se blandum adfabilem-
que praeberet, ut amicos non solum primi aut secundi
loci sed etiam inferiores aegrotantes uiseret, ut sibi ab
omnibus libere, quod sentiebant, dici cuperet et, cum dic-
tum esset, audiret et, cum audisset, ita ut res poscebat,
emendaret atque corrigeret; sin minus bene factum es- 2
set aliquid, etiam ipse conuinceret, idque sine fastu et
sine amaritudine pectoris, consessum omnibus semper
offerret praeter eos, quos furtorum densior fama per-
strinxerat, de absentibus semper requireret. denique cum 3
ei nimiam ciuilitatem et Mamaea mater et uxor Memmia,

1 sibi — praet. *om.* *B*¹ 2 ubi *BPM* 4 remp. *M* 6 curaretur *BP* crearetur *M* curreretur *C* (*Golisch II p.* 5) iretur *Faber* guraretur *S* circumiretur *scripsi* 7 hi *BPM* qui *om.* *BP*¹ 9 in cond. *BP* condempnatione *B* 14 senatorem *BP*¹ 16 ut nemo umquam ab eius tante fuit lat. *B*¹ 17 adfauillemque *B* 18 praebuere *B* ac sec. *M* 19 locis *BP*¹ inferioris *S* ergotantes *BP*¹ 20 consentiebant *BP* quae sent. *M* quod sent. *scripsi* (*Iord.*) 22 emendare atque corrigere *BP* 23 idque in factum et sine *BPM* 24 pecatoris *P* (a *post eras.*) consensu *BP* 26 semper *om.* *B* 27 mammea *B* mater — Catuli *om.* *P*¹

Digitized by Google

Sulpicii consularis uiri filia, Catuli neptis, saepe *obicerent*
et dicerent: 'Molliorem tibi potestatem et contemptibi-
liorem imperii fecisti', ille respondit: 'Sed securiorem
4 atque diuturniorem'. dies denique numquam transiit,
quando non aliquid mansuetum, ciuile, pium fecit, sed ita
21 ut aerarium non euerteret. Condemnationes perraras esse
iussit at, quae factae fuerant, non indulsit. uectigalia
2 ciuitatibus ad proprias fabricas deputauit. fenus publicum
trientarium exercuit, ita ut pauperibus plerisque sine
usuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de
fructibus.

3 Praef. praetorii suis senatoriam addidit dignitatem, ut
4 uiri clarissimi et essent et dicerentur. quod antea uel raro
fuerat uel omnino [non] diu non fuerat, eo usque ut, si quis
imperatorum successorem praef. praet. dare uellet, lati-
clauiam eidem per libertum summitteret, ut in multorum
5 uita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco se-
natores esse uoluit praef. praet., ne quis non senator de
6 Romano senatore iudicaret. Milites suos sic ubique sci-
uit, ut in cubiculo haberet breues et numerum et tem-
pora militantum *continentes*, semperque, cum solus esset,
et rationes eorum et numerum et dignitates et stipendia
7 recenseret, ut esset ad omnia instructissimus. denique
cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat et
8 nomina. de promouendis etiam sibi adnotabat et perlege-

1 Catilii *Norisius* (*uid. Borghesi annal. 1856 p. 56*) neptis saepe (aepe *B*) diceret *B P* et saepe diceret *M* obicerent *M add. post* cum ei, *ego* obicerent et *ante* dicerent *interposui* 4 diuturnorum B^1 5 ciuilem BP^1 *exc.* faceret *M* 6 errares B^1 erraras $B^2 P$ *exc.* raras *M* perraras *scripsi* et raras e. i. et q. *uolg.* (*Bährens p. 655*) 7 et quae $BP^2 M$ 8 foenus *B* 14 omnino non f. *M* non *del. Mommsen* 15 imperatorem *B P exc.*[1] 20 habere *B P exc.* et numerum — militantium *del. Gemoll p. 8* 21 militantium *M* indicantes *add. C* continentes *Kellerbauer p. 636* 22 stationes *Gemoll p. 8* spipendia B^1 23 esse BP^1 *exc.* instructissimos BP^1 *exc.* 24 cum *om* BP^1 *exc. add.* $P^3 M$ 25 prouendis *B* prouehendis *Mommsen* pelegebat B^1 pēlegebat *P* c. p. et sic faciebat *BPM* relegebat c. p. et

Digitized by Google

bat cuncta pittacia et subscribebat, diebus etiam pariter
adnotatis et quis quo esset insinuante promotus.
Commeatum populi Romani sic adiuuit, ut, cum fru- 9
menta Heliogabalus euertisset, hic empta de propria pecunia
loco suo reponeret. Negotiatoribus, ut Romam uolentes con- 22
currerent, maximam inmunitatem dedit. Oleum, quod Se- 2
uerus populo dederat quodque Heliogabalus imminuerat tur-
pissimis hominibus praefecturam annonae tribuendo, inte-
grum restituit. ⟨Ius conferre rationes, quod inpurus ille 3
sustulerat, hic omnibus reddit. mechanica opera Romae 4
plurima instituit. Iudaeis priuilegia reseruauit. Christia-
nos esse passus est. pontificibus tantum detulit et quin- 5
decim uiris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum
a se finitas iterari et aliter distingui pateretur. praesides 6
prouinciarum, quos uere non factionibus laudari compe-
rit, et itineribus secum semper in uehiculo habuit et
muneribus adiuuit, dicens et fures a re publica pellendos
ac pauperandos et integros esse retinendos atque ditan-
dos.⟩ Cum uilitatem populus Romanus ab eo peteret, in- 7
terrogauit per curionem, quam speciem caram putarent.
illi continuo exclamauerunt carnem bubulam atque por-
cinam. tunc ille non quidem uilitatem proposuit sed ius- 8
sit, ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne
quis uaccam, ne quis damalionem, tantumque intra bien-
nium uel prope annum porcinae carnis fuit et bubulae,
ut, cum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque
utriusque carnis libra redigeretur.
Causas militum contra tribunos sic audiuit, ut, si ali- 23

scriptum habebat *Kellerbauer p. 636* et subscribebat *scripsi* 2 et] quibus *Rösinger p. 7* 3 frumento *BP* 4 uicem pia *BPM* hic empta *S* 7 quoque *BPM* 9 coni ferre *B* comferre *P t. Iord.* conferendi *M* ius confarreationis *Madvig p. 638* 10 reddidit *M* 14 discingi *BPM* 16 in itin. *M* 18 paupauperandos P^1 redimendos *BPM em. Cornelissen p. 61 et 254* 19 populi romani *B*P^1 *exc.*[1] 20 curam *B*P^1 *exc.* 22 seiussit *B*P^1 *exc.* 23 suem sum. *C* 26 octo minutulis *Mommsen* unumquemque *BPM an* unaquaque? 27 utrique *B*P^1 *exc.*

Digitized by Google

quem repperisset tribunorum in crimine, pro facti quali-
2 tate sine indulgentiae proposito puniret. De omnibus ho-
minibus per fideles homines suos semper quaesiuit, et
per eos, quos nemo nosset hoc agere, cum diceret omnes
3 praeda corrumpi posse. Seruos suos semper cum seruili
4 ueste habuit, libertos cum ingenuorum. eunuchos de
ministerio suo abiecit et uxori ut seruos seruire iussit.
5 et cum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuisset, ad
certum numerum eos redegit nec quicquam in Palatio
6 curare fecit nisi balneas feminarum. cum plerosque eu-
nuchos rationibus et procurationibus praeposuisset Helio-
7 gabalus, hic illis et ueteres sustulit dignitates. idem
tertium genus hominum eunuchos esse dicebat nec ui-
dendum nec in usu habendum a uiris sed uix a feminis
8 nobilibus. qui de eo fumum uendiderat et a quodam
militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit
per eam uiam, qua esset seruis suis ad suburbana impe-
ratoria iter frequentissimum.

24 Prouincias legatorias praesidiales plurimas fecit, pro-
consulares ex senatus uoluntate ordinauit.

2 Balnea mixta Romae exhiberi prohibuit, quod quidem
3 iam ante prohibitum Heliogabalus fieri permiserat. lenonum
uectigal et meretricum et exsoletorum in sacrum aerarium
inferri uetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationem
4 theatri, circi, amphitheatri, stadii deputauit. habuit in
animo, ut exsoletos uetaret, quod postea Philippus fecit,
sed ueritus est, ne prohibens publicum dedecus in pri-
uatas cupiditates conuerteret, cum homines inlicita ma-

2 De omnibus comitibus *Bährens p. 655* 4 ageret *BPM* 13 uiuendum *B* emendum *Gemoll p. 8* 14 sed uix] *an* et uix? nedum *Krauss p. 58* 15 nobilibus] uno de eis *Gemoll p. 8* fumus BP^2 fumos P^1 16 militare BP^1 18 inter BP^1 19 prouinciale (lem B^1) getorias BP^1 (praetorias P^3) prouinciales getorias *M em. S* 21 exhibere B^1 22 promisit *B ante corr. t. Kellerb.* leonum B^1P^1 24 imferri *B* 25 et adii BP^1 et aerarii *M* stadii P^3 deputabit BP^1 26 filippus *BP* 28 magis prohibita poscant furore iactant *BP*

Digitized by Google

gis prohibita poscant furore iactati. bracariorum, linteo- 5
num, uitrariorum, pellionum, claustrariorum, argentariorum,
aurificum et ceterarum artium uectigal pulcherrimum in-
stituit ex eoque iussit thermas et quas ipse fundauerat
et superiores populi usibus exhiberi; siluas etiam ther-
mis publicis deputauit. addidit et oleum luminibus ther- 6
marum, cum antea et ante nonam non paterent et ante
solis occasum clauderentur.

⟨Huius imperium incruentum quidam litteris tradide- 25
runt, quod contra est. nam et Seuerus est appellatus 2
a militibus ob austeritatem et in animaduersibus asperior
in quibusdam fuit.⟩

Opera ueterum principum instaurauit, ipse noua multa 3
constituit, in his thermas nominis sui iuxta eas, quae
Neronianae fuerunt, aqua inducta, quae Alexandriana
nunc dicitur. nemus thermis suis de priuatis aedibus 4
suis, quas emerat, dirutis aedificiis fecit. Oceani so-
lium primus imperator appellauit, cum Traianus id non 5
fecisset sed diebus solia deputasset. Antonini Caracalli 6
thermas additis porticibus perfecit et ornauit. Alexan- 7
drinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est
porfyretico et Lacedaemonio, primus instituit, in Palatio
plateis exornatis hoc genere marmorandi statuas colos- 8
sas in urbe multas locauit artificibus undique conquisitis.
Alexandri habitu nummos plurimos figurauit, et quidem 9

magis poscant prohibitaque (*cf. Aur. Vict. Caes. 28,7*) furore persequantur *M em. S* f. agitati *Kellerbauer p. 636* et furorem lactent *Vnger p. 222* 1 brachariorum *BPM* bractneariorum *M* 2 plaustrarionum *M* 3 aurificicum *B* 5 siluis *BP* 7 et annonam *BPM em. Gr.* 9 Huius — quibusdam fuit *Dändliker p. 282 reicit in fin. c. 23* 11 ab B^1 animaduersionibus P^3M asperios P^1 15 alexandria B^1 Alexandrina *M* 16 nunc] adhuc *Gemoll p. 8* 18 inter BP^1M; P^3M *add.*: principes imperator *scripsi.* in thermis *Iordan* 20 sortionibus *BPM em. C* Alexandrum *M* 21 marmoris *delet Iord.* enormius *Golisch II p. 5* hoc — Lacedaemonio *del. Kellerbauer p. 636* 23 plateis *intercidisse uiderunt Iordan post* exornatis, *Kellerbauer l. s. post* marmorandi, *posui post* Palatio

Digitized by Google

10 electros aliquantos sed plurimos tamen aureos. ⟨A mulie-
ribus famosis matrem et uxorem suam salutari uetuit. con-
11 tiones in urbe multas habuit more ueterum tribunorum et
26 consulum.⟩ Congiarium populo ter dedit, donatiuum ter,
2 carnem populo addidit. ⟨Vsuras feneratorum contraxit ad
3 trientes pensiones, etiam pauperibus consulens. senatores,
si fenerarentur, usuras accipere primo uetuit, nisi aliquid
muneris causa acciperent; postea tamen iussit, ut semis-
4 ses acciperent, donum munus tamen sustulit.⟩ Statuas
summorum uirorum in foro Traiani conlocauit undique
5 translatas. ⟨Paulum et Vlpianum in magno honore ha-
buit, quos praefectos ab Heliogabalo alii dicunt factos,
6 alii ab ipso. nam et consiliarius Alexandri et magister
scrinii Vlpianus fuisse perhibetur, qui tamen ambo asses-
7 sores Papiniani fuisse dicuntur.⟩ Basilicam Alexandrinam
instituerat inter campum Martium et saepta Agrippiana
in lato pedum centum in longo pedum mille, ita ut tota
columnis penderet. quam efficere non potuit, morte prae-
8 uentus. Isium et Serapium decenter ornauit additis si-
9 gnis et deliacis et omnibus mysticis. in matrem Mam-
maeam unice pius fuit, ita ut Romae in Palatio faceret
diaetas nominis Mammaeae, quas inperitum uulgus hodie
'ad Mammam' uocat, et in Baiano palatium cum stagno,
10 quod Mammaeae nomine hodieque censetur. fecit et alia
in Baiano opera magnifica in honorem adfinium suorum
11 et stagna stupenda admisso mari. pontes, quos Traianus
fecerat, instaurauit paene in omnibus locis, aliquos etiam
nouos fecit, sed instauratis nomen Traiani reseruauit.

4 donatiuum militibus *M* 7 si] sine *B*[1] feneraren *B* metuit *B*[1] 8 accipere *B*[1] 9 donum *delendum* (*ita etiam Mommsen*) *aut* munusue *scribendum esse censet Cas.* omne munus *Gemoll p. 8* 11 Paulum — dicuntur *eicit Dändliker p. 282* 12 quos — ipso *et* 14 qui — dicuntur *Kellerbauer p. 636 sq., qui u. 13 post* Alexandri *inserit* Paulus 17 lata *B* 18 inpenderet *B*[1] 20 mammeam *BP* (*semper in hoc cap.*) 21 romane *B* 22 dietas *BPM* 24 alio *BP* 27 instaurauit *BP*

Digitized by Google

In animo habuit omnibus officiis genus uestium pro- 27
prium dare et omnibus dignitatibus, ut a uestitu dino-
scerentur, et omnibus seruis, ut in populo possent agnosci,
ne quis seditiosus esset, simul ne serui ingenuis misce-
rentur. sed hoc Vlpiano Pauloque displicuit, dicentibus 2
plurimum rixarum fore, si faciles essent homines ad iniu-
rias. tum satis esse constituit, ut equites Romani a 3
senatoribus claui qualitate discernerentur. paenulis intra 4
urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit, cum
id uestimenti genus semper itinerarium aut pluuiale
fuisset. matronas tamen intra urbem paenulis uti uetuit,
itinere permisit.

Facundiae Graecae magis quam Latinae nec uersu in- 5
uenustus et ad musicam pronus, matheseos peritus, et
ita quidem ut ex eius iussu mathematici publice propo-
suerint Romae ac sint professi, ut docerent. haruspicinae 6
quoque peritissimus fuit, orneoscopos magnus, ut et
Vascones Hispanorum et Pannoniorum augures uicerit. 7
geometriam fecit. pinxit mire, cantauit nobiliter, sed num-
quam alio conscio nisi pueris suis testibus. uitas prin- 8
cipum bonorum uersibus scripsit. lyra, tibia, organo 9
cecinit, tuba etiam, quod quidem imperator numquam
ostendit. palaestes primus fuit. in armis magnis, adeo 10
ut multa bella et gloriose gesserit.

Consulatum ter iniit tantum ordinarium ac primo 28
nundinio sibi alios semper suffecit. seuerissimus iudex 2
contra fures, appellans eosdem cottidianorum scelerum
reos et damnans acerrime ac solos hostes inimicosque
rei p. uocans. eum notarium, qui falsum causae breuem 3

3 *post* agnosci *B*¹ *add.* censetur 4 si quis *Gemoll p. 9* qui *B P t. I.* seruis *B*¹ 6 facile *B P* 9 senatores *Lipsius* 10 aut] ut *B*¹ 12 in itin. *M* 13 facundiae fuit *M* 17 manus *B P* 18 hispannorum *B P* 19 pincxit *B* nocuam *B P*¹ 20 contio *B P*¹ *em.* *P*³ *M* pueris] paucissimis *Cornelissen p. 254* 24 gessit *B P* 25 tantum *om. M* 26 nundino *uolg.* alio *B* 28 solus *B P*

in consilio imperatorio rettulisset, incisis digitorum neruis,
4 ita ut numquam posset scribere, deportauit. cum quidam ex honoratis uitae sordidae et aliquando furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam adspirasset, idcirco quod per reges amicos ambierat, admissus statim in furto praesentibus patronis detectus est iussusque a
5 regibus audiri damnatus est re probata. et cum quaereretur a regibus, quid apud eos paterentur fures, illi responderunt: 'Crucem'. ad eorum responsum in crucem sublatus est. ita et patronis auctoribus damnatus ambitor est et Alexandri quam praecipue tuebatur seruata clementia est.

6 ⟨Statuas colossas uel pedestres nudas uel equestres diuis imperatoribus in foro diui Neruae, quod Transitorium dicitur, locauit omnibus cum titulis et columnis aereis, quae gestorum ordinem continerent, exemplo Augusti, qui summorum uirorum statuas in foro suo e
7 marmore conlocauit additis gestis.⟩ ⟨Volebat uideri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici, maxime quod quodam tempore festo, ut solent, Antiochenses, Aegyptii, Alexandrini lacessiuerant conuiciolis, et Syrum archisynagogum eum uocantes *et* archiereum.⟩

29 Antequam de bellis eius et expeditionibus et uictoriis loquar, de uita cottidiana et domestica pauca disseram.
2 usus uiuendi eidem hic fuit: primum [ut], si facultas esset, id est si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in

1 retulissent *BP* 2 quidem *B* 5 admisus *B* 8 et i. responderent *Bährens p. 655* 10 et] ut *B* 13 locossas *B* 14 cerue BP^1 15 locabitur BP^1 locabit P^2 17 e marmore *del. Friedländer Darstell.*^{5} *III p. 283* 19 qui BP^1 *em.* P^3M 20 frusta *BP* a scurra — uocante *S* frustra *R alt.* 21 anthiocenses *BP* Aegyptii *del. Mommsen* lacessitus erat *BPM* (*Petschenig p. 20*) conuinciolis *BP* 22 et *om. BPM* archiereum et Syrum *Mommsen; an* et *post* Syrum *transponendum et* archiereum *delendum?* 25 cotidiana *B* 26 ut *deleui, nisi est Lampridii anacoluthon* 27 si] *om. B* se// *P* se *exc.*

Digitized by Google

larario suo, in quo et diuos principes sed optimos electos
et animas sanctiores, in quis Apollonium et, quantum
scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham et
Orfeum et huiusce*modi* *ce*teros habebat ac maiorum
effigies, rem diuinam faciebat. si id non poterat, pro loci 3
qualitate uel uectabatur uel piscabatur uel deambulabat
uel uenabatur. dehinc si hora permitteret, actibus publicis 4
permultam operam dabat, idcirco quod et res bellicae
et ciuiles, ut superius dictum est, per amicos tractabantur, c. 16
sed sanctos et fidelis et numquam uenales, et tractatae
firmabantur, nisi quid noui etiam ipsi placeret. sane si 5
necessitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat et
in longam horam producebat neque umquam taediauit
aut morosus aut iratus residit, fronte semper pari et
laetus ad omnia. erat enim ingentis prudentiae et cui 6
nemo posset inponere et quem si aliquis urbane temptare
uoluit, intellectus tulit poenas.

Post actus publicos seu bellicos seu ciuiles lectioni 30
Graecae operam maiorem dabat, de re publica libros Pla-
tonis legens. Latina cum legeret, non alia magis legebat 2
quam de officiis Ciceronis et de re publica, nonnumquam
et orationes et poetas, in quis Serenum Sammonicum,
quem ipse nouerat et dilexerat, et Horatium. legit et 3
uitam Alexandri, quem praecipue imitatus est, etsi in eo
condemnabat ebrietatem et crudelitatem in amicos, quam-
uis utrumque defendatur a bonis scriptoribus, quibus

1 lario *B P M* solario *exc.* 3 Abarim *Vnger p. 504* 4 huius ceteros *B P exc.*^{1} modi *add. exc.*^{2} huiusce deos *M* huiuscemodi ceteros *Iordan* 6 uenabatur *Golisch II p. 6* 7 uenebatur *B P exc.* uehebatur *Golisch l. s.* 8 post multam *B P exc. M* postmeridianam *Haase* permultam *Krauss p. 34* post multam lucem *Rösinger p. 8* postumam *Golisch II p. 6* post matutinum *Klein p. 285* festinatam *Kellerbauer p. 637* 10 sanctus B^1 fideles $P^2 M$ 11 nobis *B P* 12 publicis *post* actibus *add. Kellerbauer l. s.* 14 resedit *M* 17 intellectos $B P^1$ *exc.*^{1} 19 de rep. *B P* 22 oratores *exc.*^{2} *M* si quis *B P exc.* ammonicum *B P exc. M* 23 dixerat $B P^1$ *exc. em.* $P^3 M$ oratiuum *B* oratium *P* 26 utrum $B P^1$ *exc. em.* $P^3 M$

Digitized by Google

4 saepius ille credebat. post lectionem operam palaestrae
aut sfaeristerio aut cursui aut luctaminibus mollioribus
dabat atque inde unctus lauabatur, ita ut caldaria uel
numquam uel raro, piscina semper uteretur in eaque una
hora prope maneret, biberet etiam frigidam Claudiam
5 ieiunus ad unum prope sextarium. egressus balneas
multum lactis et panis sumebat, oua, deinde mulsum at-
que his refectus aliquando prandium inibat, aliquando
cibum usque ad cenam differebat, prandit tamen saepius.
6 ususque est Hadriani tetrafarmaco frequenter, de quo in
libris suis Marius Maximus loquitur, cum Hadriani dis-
serit uitam.

31 Postmeridianas horas subscriptioni et lectioni epistu-
larum semper dedit, ita ut ab epistulis, *a* libellis et a me-
moria semper adsisterent, nonnumquam etiam, si stare per
ualetudinem non possent, sederent relegentibus cuncta
librariis et is, qui scrinium gerebant, ita ut Alexander sua
manu adderet, si quid esset addendum, sed ex eius sen-
2 tentia, qui disertior habebatur. post epistulas omnes
amicos simul admisit, cum omnibus pariter est locutus
neque umquam solum quemquam nisi praefectum suum
uidit, et quidem Vlpianum, ex assessore semper suo,
3 causa iustitiae singularis. cum autem alterum adhibuit,
4 et Vlpianum rogari iussit. ⟨Vergilium autem Platonem
poetarum uocabat eiusque imaginem cum Ciceronis simu-
lacro in secundo larario habuit, ubi et Achillis et magno-
5 rum uirorum. Alexandrum uero Magnum inter optimos
et diuos in larario maiore consecrauit.⟩

2 ausferisterio BP^1 *exc.*[1] aut fer. P^2 *exc.*[2] 3 caldariis *M* 5 figidam BP^1 *corr.* P^3 7 multum] haud multum *Scaliger* pultem *Mommsen* pultis et panis s. offas, deinde mulsum lac, atque *M. Schmidt in ind. lect. aest. Ienens. 1876 p. 16* et *ante* oua *add. Scaliger* 10 tetrafarmarco B^1 14 dedit operam P^2M ita et aut ab *M* et *add. uolg.*, a *Iordan* epostolis B^1 (e *in ras.*) epestolis B^2 16 ualitudinem B^2 17 his *BPM* 18 quod *BP* 19 quid *B* dissertior *BP* 21 numquam *BP* 22 assessores *BP* suo *P cum* ‚c‘ *sup.* o *suprascr.* 26 habuit consecrauit ubi B^1

Digitized by Google

Iniuriam nulli umquam amicorum comitumue fecit 32
nec magistris quidem aut principibus officiorum. prae- 2
fectis autem semper detulit, adserens eum, qui mereatur
iniuriam pati ab imperatore, damnandum esse, non dimit-
tendum. si umquam alicui praesentium successorem 3
dedit, semper illud addidit: 'Gratias tibi agit res p.'; eum-
que muneratus est, ita ut priuatus pro loco suo posset
honeste uiuere, his quidem muneribus: agris, bubus,
equis, frumento, ferro, inpendiis ad faciendam domum,
marmoribus ad ornandam et operis, quas ratio fabricae
requirebat. aurum et argentum raro cuiquam nisi militi 4
diuisit, nefas esse dicens, ut dispensator publicus in de-
lectationes suas et suorum conuerteret id, quod prouin-
ciales dedissent. aurum negotiatorium et coronarium 5
Romae remisit.

Fecit Romae curatores urbis quattuordecim sed ex 33
consulibus uiros, quos audire negotia urbana cum prae-
fecto urbis iussit, ita ut omnes aut magna pars adessent,
cum acta fierent. Corpora omnium constituit uinariorum, 2
lupinariorum, caligariorum et omnino omnium artium idem-
que ex sese defensores dedit et iussit, qui ad quos iudices
pertineret.

Scaenicis numquam aurum, numquam argentum, uix 3
pecuniam donauit. pretiosas uestes, quas Heliogabalus
dederat, sustulit et milites, quos ostensionales uocant, non
pretiosis sed speciosis claris uestibus ornabat nec multum
in signa aut ad apparatum regium auri et serici depu-
tabat, dicens imperium in uirtute esse, non in decore.

5 praesidentium *Reg.* 10 fabrica *BM* 12 diuisi BP^1 15 misit B^1 17 ueros quos *BPM em. S* plerosque hos *Iord.* praefecto bis *BP* 18 ăt *B* autem P^1 19 omnium *del. Maduig p. 638* uitrariorum, claustrariorum, cal. *Kellerbauer p. 637 coll. 24,5* 20 idque *B P* hisque *M* idemque *scripsi* 21 ex sesse *P* ex senatu *Maduig Verfass. d. röm. Staats II p. 142* quid *M* 25 et (etiam *M*) sustul. *BPM* sustulit et *Mommsen* 26 claris] datis *Golisch II p. 6*

Digitized by Google

4 clamides hirtas Seueri et tunicas asemas uel macrocheras,
† et purpureaque non magna ad usum reuocauit suum.
34 In conuiuio aurum nescit, pocula mediocria sed ni-
tida semper habuit. ducentarum librarum argenti pon-
2 dus ministerium eius numquam transit. nanos et nanas
et moriones et uocales exsoletos et omnia acroamata et
pantomimos populo donauit; qui autem usui non erant,
singulis ciuitatibus putauit alendos singulos, ne grauaren-
3 tur specie mendicorum. eunuchos, quos Heliogabalus et
in consiliis turpibus habebat et promouebat, donauit
amicis addito elogio, ut, si non redissent ad bonos mores,
4 eosdem liceret occidi sine auctoritate iudicii. mulieres
infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, pu-
blicari iussit, exsoletis omnibus deportatis, aliquibus
etiam naufragio mersis, cum quibus illa clades consuetu-
5 dinem habuerat funestissimam. auratam uestem ministro-
6 rum uel in publico conuiuio nullus habuit. cum inter
suos conuiuaretur, aut Vlpianum aut doctos homines ad-
hibebat, ut haberet fabulas litteratas, quibus se recreari
7 dicebat et pasci. habebat, cum priuatim conuiuaretur, et
librum in mensa et legebat, sed Graece magis. 〈Latinos
8 autem poetas lectitabat.〉 publica conuiuia ea simplici-
tate egit, qua priuata, nisi quod numerus accubitionum
crescebat et multitudo conuiuarum, qua ille offendebatur,
dicens se in theatro et circo manducare.
35 Oratores et poetas non sibi panegyricos dicentes,
quod exemplo Nigri Pescennii stultum ducebat, sed aut

1 tonicas BP^1 2 ex purpura non magna *M an* quae ex purpura non magna? (e purpura *S*) sed purpura acuue non uariatas ad usum *Vnger p. 505* 5 transiit P^2M nanas et nanos *B* 6 et exoletos *S* acromata *M* 7 pantamimos *BP* populos BP^1 11 eliogio *BP* 13 finitum B^1P^1 *corr.* P^3 18 ut ulpianum *BP* 19 creari BP^1 *corr.* P^3 21 Latinos a. p. lectitabat *Iordan del.* 22 publico *BPM* conuiuio a *B* conuiuiae a *P* conuiuia// *exc.* conuiuio ea *M* 23 eget *BP* accumtionum *BP* accubantium *M em. S* accubitationem *Paucker p. 2* accubitorum *Plew p. 15* 27 dicebat *M*

Digitized by Google

orationes recitantes aut facta ueterum canentes libenter
audiuit, libentius tamen, si quis ei recitauit Alexandri
Magni laudes aut meliorum retro principum aut magno-
rum urbis Romae uirorum. ad Athenaeum audiendorum 2
et Graecorum et Latinorum rhetorum uel poetarum causa
frequenter processit. audiuit autem etiam forenses ora- 3
tores causas recitantes, quas uel apud ipsum uel apud
praefectos urbis egerant. agoni praesedit et maxime 4
Herculeo in honorem Magni Alexandri. solus post me- 5
ridiem uel matutinis horis idcirco numquam aliquos ui-
debat, quod ementitos de se multa cognouerat, speciatim
Verconium Turinum. quem cum familiarem habuisset, 6
ille omnia uel fingendo sic uendiderat, ut Alexandri quasi
stulti hominis et quem ille in potestate haberet et cui
multa persuaderet, infamaret imperium; sicque omnibus
persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. deni- 36
que hac illum arte deprehendit, ut quendam inmitteret,
qui a se quiddam publice peteret, ab illo autem occulte
quasi praesidium postularet, ut pro eo Alexandro secreto
suggereret. quod cum factum esset, et Turinus suffra- 2
gium promisisset dixissetque se quaedam imperatori
dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere, ut adhuc
impetraret, euentum uendens, cumque iterum iussisset
Alexander interpellari, et Turinus quasi aliud agens nu-
tibus adnuisset neque tamen intus quicquam dixisset, im-
petratum autem esset, quod petebatur, Turinusque ab illo,
qui meruerat, fumis uenditis ingentia praemia percepis-
set: accusari eum Alexander iussit probatisque per testes

1 uetert *B*[1] quam netuli ueniter *BP*[1] (beniter *P*[2]) quos ante retuli libenter *M* canentes libenter *em. S* 3 hieborum *BP*[1] (*ut uid.*) retro] rei Ro(manae) *Kellerbauer p. 637* 4 ad] aut *B* 5 rhetorum] praetorum *BP* 9 solos *BP*[1] 12 familiariter habuit *B ante corr.* 13 omnia fumis [uel fingendo] *Paucker p. 52** 16 facerat *P*[1] 17 hanc *B*[1]*P*[1] 19 postolaret *BP* 20 tet// t. *B* tet tur. *P*[1] 22 penderet *BP* 23 iussus esset *Kellerbauer p. 637* 26 esse *BP* 27 fumi uenditor *M* percipisset *B* 28 probasque *M*

Digitized by Google

omnibus, et quibus praesentibus quid accepisset et qui-
bus audientibus quid promisisset, in foro Transitorio ad
stipitem illum adligari praecepit et fumo adposito, quem
ex stipulis atque umidis lignis fieri iusserat, necauit prae-
3 cone dicente: 'Fumo punitur, qui uendidit fumum.' ac ne
in una tantum causa uideretur crudelior fuisse, quaesiuit
diligentissime, antequam eum damnaret, et inuenit Turi-
num saepe et in causis ab utraque parte accepisse, cum
euentus uenderet, et ab omnibus, qui aut praeposituras
aut prouincias acceperant.

37 Spectacula frequentauit cum summa donandi parsi-
monia, dicens et scaenicos et uenatores et aurigas sic
alendos quasi seruos nostros aut uenatores aut muliones
2 aut uoluptarios. conuiuium neque opiparum neque ni-
mis parcum sed nitoris summi fuit, ita tamen, ut pura
mantelia mitterentur, saepius cocco clauata, aurata uero
numquam, cum haec habere Heliogabalus iam coepisset,
3 et ante, ut quidam praedicant, Hadrianus habuisset. usus
conuiuii diurnus hic fuit: uini ad totum diem sextarii
triginta, panis mundi pondo triginta, panis sequentis ad
4 donandum pondo quinquaginta. nam semper de manu
sua ministris conuiuii et panem et partes aut holerum
aut carnis aut leguminum dabat, senili prorsus maturitate
5 patrem familias agens. erant decreta et carnis diuersae
6 pondo triginta, erant et gallinacei duo. adhibebatur anser
diebus festis, kalendis autem Ianuariis et Hilariis matris
deum et ludis Apollinaribus et Iouis epulo et Saturnali-

3 illud legari *B* illū// legari P^1 (d *eras.*) illum ligari P^2 illum adligari *Iordan* fumo] foco *Kellerbauer l. s.* 4 tipulis P^1 necabat B^1 necabit $B^2 P$ 7 turrinum *BP* 9 praeturas B^1 13 aut muliones — op. neque *om.* B^1 14 opinarum $B^1 P^1$ opimum B^2 opinatum $P^3 M$ *em. Gr.* 17 haberent BP^1 recepisset *M* 19 concubui *B* concubii *P* 22 conuiuiis *BP* 23 prossus *BP* 24 partem P^1 familiam *BP* decrete *B* diuersa *B* 25 gallinacciouo B^1 gallinaciouo P^1 gallinacei duo B^2 gallinae P^2 adhibatur B^1 abibatur P^1 adibebatur P^2 *t. I.* 26 matriis *P* 27 appoll. *P*

Digitized by Google

bus et huius modi festis diebus fasianus, ita ut aliquando
et duo ponerentur additis gallinaceis duobus. leporem 7
cottidie habuit, uenationem frequentem, sed eam cum
amicis diuidebat et is maxime, quos sciebat per se non
habere. nec diuitibus quicquam talium munerum misit 8
sed ab his semper accepit. habuit cottidie amuli sine 9
pipere sextarios quattuor, cum pipere duo, et, ne longum
sit omnia inserere, quae Gargilius eius temporis scriptor
singillatim persecutus est, omnia et ad modum et ad
rationem illi sunt praebita. pomis uehementer indulsit, 10
ita ut secunda mensa illi saepius ponerentur, unde etiam
iocus exstitit non secundam mensam Alexandrum habere
sed secundum. ipse cibo plurimo referciebatur, uino neque 11
parce neque copiose, adfatim tamen. frigida semper pura 12
usus, et aestate cum uino rosa condito. quod quidem solum ex diuerso genere conditorum Heliogabali tenuerat.

Et quoniam de lepusculis facta est mentio, quod ille 38
leporem cottidie haberet, iocus poeticus emersit, idcirco
quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui
leporem comederint, ut Martialis etiam epigramma signi- V 29
ficat, quod contra quandam Gelliam scripsit huius modi:

'Cum leporem mittis, semper mihi, Gellia, mandas: 2
"Septem formonsus, Marce, diebus eris."

2 gallinaciis *BP* 4 his *BPM* is *scripsi* 6 et mullis B^1 et mulis B^2P (*cum* i *supr.* u *a sec. m.*) *exc.* ex mullis *M em. Scaliger* et mulsi *Mommsen* 8 sit longum *M* gargilius martialis P^3M 9 tarrationem *BPM* et ad rationem *scripsi* (*Iord.*) 10 illi sum praeuita *BPM* 11 secundum mensa BP^1 *exc.* illis BP^1 *exc.* 12 secundum B^1 13 secundum *B* se secundum *P exc.* sed se sec. *M* non nisi secundam m. A. h. secundum *Gemoll p. 9* sed fecundam *Petschenig p. 26* reficiebatur *M* 14 adfattamen BP^1 *exc.* friga *BP exc. M* 15 quod quidem — conditorum *om. M* 16 condito *BP exc.* conditorum *scripsi* 18 mersit *BP exc.* 20 etiam *BP exc.* cochi *V* coci *M* 21 cuiusmodi B^1 *exc.*[1] 22 si quando leporem mittis mihi Gellia dicis: formosus septem *Mart.* 23 formosus *BPM* formonsus *exc.* mace BP^1 *exc.* marie *M*

si uerum dicis, si uerum, Gellia, mandas,
edisti numquam, Gellia, tu leporem.'

3 sed hos uersus Martialis in eam, quae deformis esset, conposuit, poeta uero temporum Alexandri haec in eum dixit:

4 'Pulchrum quod uides esse nostrum regem,
quem Syrum tetulit propago, *pulchrum*
uenatus facit et lepus comesus,
de quo continuum capit leporem.'

5 hos uersus cum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur Graecis uersibus in hanc sententiam:

6 'Pulchrum quod putas esse *uestrum* regem
uulgari, miserande, de fabella,
si uerum putas esse, non irascor.
tantum *tu* comedas uelim lepusclos,
ut fias animi malis repulsis,
pulchris ne inuideas liuore mentis.'⌉

39 Cum amicos militares habuisset, ut usum Traiani, quem ille post secundam mensam potandi usque ad quinque pocula instituerat, reseruaret, unum tantum poculum amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni, idque breuius, nisi si quis, quod licebat, maius libere postulasset.
2 usus Veneris in eo moderatus fuit, exsoletorum ita ex-

1 si non derides, si uerum lux mea narras *Mart.* 2 gallia *exc.* (*teste Salm.*) *V* 7 quod *B P exc.* quem *M* detulit *B P exc. M* tetulit *scripsi* pulchrum *Obr. addidit initio uersus, ego extremo, interpunxit ante* pulchrum *Peiper p. 524* 8 fecit *B P M* 9 dedequo B^1 *P exc. V* ideoque *M* 13 putassse se regem *B P exc.* putas esse *M* uestrum *add. Egn.* 15 putat *B P exc.* 16 tu *add. Egn.* uelin *B P exc.* lepusculos *B P exc. M* 17 fias] fidas *Rösinger p. 6* 18 pulcher ne *M* inuidias *B P exc.* liuorem *B P* 19 cum amicus militaris suasisset *Mommsen* 21 instatuerat $B P^1$ *exc.* 22 id as br. *B P exc.* id autem *M em. S pro* magni idas *Mommsen proponit* Magni dans 23 si quod B^1 si quid B^2 *P exc.* bibere *M* habere *uolg.* postolasse *B* postulasse *P exc.*

Digitized by Google

pers, ut, quemadmodum supra diximus, legem de his c. 24, 4
auferendis ferre uoluerit.
Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quae 3
conferrent bona i, qui priuatas custodias non haberent.
Balnea omnibus regionibus addidit, quae forte non ha- 4
bebant. nam hodieque multa dicuntur Alexandri. fecit
et domos pulcherrimas easdemque amicis suis maxime 5
integris uiris donauit. Vectigalia publica in id contraxit, 6
ut qui decem aureos sub Heliogabalo praestiterant, ter-
tiam partem aurei praestarent, hoc est tricensimam
partem. tuncque primum semisses aureorum formati 7
sunt, tunc etiam, cum ad tertiam aurei partem uectigal
desidisset, tremisses, dicente Alexandro etiam quartarios
futuros, quod minus non posset. quos quidem iam for- 8
matos in moneta detinuit exspectans, ut, si uectigal
contrahere potuisset, et eosdem ederet, sed cum non
potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit
et tremisses tantum solidosque formari. formas bina- 9
rias, ternarias et quaternarias et denarias etiam atque
amplius usque ad libriles quoque et centenarias, quas
Heliogabalus inuenerat, resolui praecipit neque in usu
cuiusquam uersari; atque ex eo his materiae nomen indi- 10
tum est, cum diceret plus largiendi hanc esse imperatori
causam, si, cum multos solidos minores dare possit, dans
decem uel amplius una forma triginta et quinquaginta et
centum dare cogeretur.
Vestes sericas ipse raras habuit; olosericam numquam 40
induit, subsericam numquam donauit. diuitiis nullius in- 2
uidit. pauperes iuuit. honoratos, quos pauperes uere non
per luxuriam aut simulationem uidit, semper multis com-
modis auxit, agris, seruis, animalibus, gregibus, ferramentis
rusticis. in thesauris uestem numquam nisi annum esse 3

3 atque *B*[1] *P*[1] 4 hi *BPM* 6 dieque *B*[1] *P* 9 praestiterat *BP* 14 quod] *an* quo? quos] quod *BP* 15 retinuit — potuisset, eosdem *Bährens p. 655* 20 libras quoque *M* quos *B*[1] 22 ex his *S* 23 imperatoris *BP* 27 olbsericas *M* 30 luxoriam *B*

Digitized by Google

passus est eamque statim expendi iussit. omnem uestem,
4 quam donauit, ipse perspexit. omne aurum, omne argen-
5 tum idque frequenter adpendit. donauit et ocreas et bracas
6 et calciamenta inter uestimenta militaria. purpurae cla-
rissimae non ad usum suum sed ad matronarum, si quae
aut possent aut uellent, certe ad uendendum grauissimus
exactor fuit, ita ut Alexandriana purpura hodieque dica-
tur, quae uulgo Probiana dicitur, idcirco quod Aurelius
Probus bafiis praepositus id genus muricis repperisset.
7 usus est ipse clamide saepe coccinea. in urbe tamen
8 semper togatus fuit et in Italiae urbibus. praetextam et
pictam togam numquam nisi consul accepit, et eam qui-
dem, quam de Iouis templo sumptam alii quoque acci-
9 piebant aut praetores aut consules. accepit praetextam
etiam, cum sacra faceret, sed loco pontificis maximi non
10 imperatoris. boni linteaminis adpetitor fuit, et quidem
puri, dicens: 'Si lineae idcirco sunt, *ut* nihil asperum ha-
11 beant, quid opus est purpura in linea?' aurum autem
mitti et dementiam iudicabat, cum *ad* asperitatem ad-
deretur rigor. fasceis semper usus est. bracas albas ha-
buit, non coccineas, ut prius solebant.

41 Gemmarum quod fuit, uendidit et aurum in aerarium
contulit, dicens gemmas uiris usui non esse, matronas
autem regias contentas esse debere uno reticulo atque
inauribus et bacato monili et corona, cum qua sacrificium
facerent, et unico pallio auro sparso et cyclade, quae sex
2 uncias auri plus non haberet. prorsus censuram suis
temporibus de propriis moribus gessit. imitati sunt eum
3 magni uiri et uxorem eius matronae pernobiles. aulicum

1 eamquam *BP exc.* 7 alexandrina *M* 9 pafiis P^2 bastis *exc.* 11 in Italiae] inite *B* initae P^1 12 ea *BP exc.* 16 linae BP^1 linaei P^2 lintei *M em. S* 17 ut *om. BP* 18 *uolg. interpung. post* purpura; *post* linea *distinxit Mommsen* aurum aut *BP* autem aurum *M* 19 *malim:* immitti et *om.* B^1 clementiam B^1 iudicat *BP* ad *add. S* in *Krauss p. 94* asperitati *M* 25 uacato *B* 26 et tunico *BP* 27 unicias *BP*

ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in sin-
gulis officiis, quot necessitas postularet, ita ut annonas,
non dignitatem acciperent fullones et uestitores et pisto-
res et pincernae *et* omnes castrenses ministri, quemam-
modum pestis illa instituerat, sed annonas singulas uix
binas. et cum argentum in ministerio plus ducentis 4
libris non haberet nec plures ministros, argentum et mi-
nisteria mutua, quando pascebat, accipiebat ab amicis.
quod hodieque fit, si pascatur a praefectis absente impe-
ratore. uoluptates scaenicas in conuiuio numquam habuit, 5
sed summa illi oblectatio fuit, ut catuli cum porcellulis
luderent, aut perdices inter se pugnarent, aut auicolae
paruolae sursum et deorsum uolitarent. habuit sane in 6
Palatio unum genus uoluptatis, quo maxime delectatus
est et quo sollicitudines publicas subleuabat. nam auiaria 7
instituerat pauonum, fasianorum, gallinaceorum, anatum,
perdicum etiam, hisque uehementer oblectabatur, maxime
palumborum, quos habuisse ut ad XX milia dicitur, et ne
eorum pastus grauaret annonam, seruos habuit uectigales,
qui eos ex ouis ac pullicenis ac pipionibus alerent.

Thermis et suis et ueterum frequenter cum populo 42

2 quod *B* postolaret *BP* 3 dignitatum *BP*[1] pictores *BPM em. Ant. Loisel* 4 et *add. S* 5 *post* pestis heliogabalus *add. P*[3] instatuerat *BP*[1] 7 hec *B* nec haec *P* (*t. I.*) mistro mantea *B*[1]*P* ministro mantea *B*[2] ministros antea *M* ministeria mutua *scripsi* et peristromata quando opus erat *I. Bernays* m. cum laute *Rösinger p. 8* 8 poscebat *M* 9 praeratur *B*[1] praestatur *B*[2]*M* praescatur *P* pascatur *Reg.* 11 illic *B*[1] illa *M* autem catuli *B* aut· cũ//por (·catuli) cellulis *P* (cu *in ras.*) cum porcellulis uiderent *M* porcellus *B* 12 aut perd.] ut *B*[1] haberent *B*[1] pungnarent *B*[2] gacplae *BP* aues *M* galbulae *S* gauiae *Bährens n. Ien. Liter. I p. 48* auicolae *Maduig p. 639* 13 paruulae *P*[2] 14 palacio *BP* delectus *BP*[1] 15 solitudines *BP*[1] *exc.* subleuarat *BP exc.*[1] subleuaret *M em. S* auaria *BP*[1] 16 natum *BP*[1] 17 hisque u. oblectabatur *del. Gemoll p. 9* 18 ut *om. M* usque *exc.* (*Gemoll p. 9*) uel *Petschenig p. 53* 20 pipinionibus *B*

Digitized by Google

usus est et aestate maxime, balneari ueste ad Palatium reuertens, hoc solum imperatorium habens, quod lacer-
2 nam cocceam accipiebat. cursorem numquam nisi seruum suum, dicens ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere, cocos, pistores, fullones et balneatores non nisi seruos suos habuit, ita ut, si quis deesset, eme-
3 ret. medicus sub eo unus palatinus salarium accepit, ceterique omnes, qui usque ad sex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant, ita ut mundas singulas conseque-
4 rentur, alias aliter. iudices cum promoueret, exemplo
Verrin. IIII 5,9 ueterum, ut et Cicero docet, et argento et necessariis instruebat, ita ut praesides prouinciarum acciperent argenti pondo uicena, mulas senas, mulos binos, equos binos, uestes forenses binas, domesticas binas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos, muliones singulos et, si uxores non haberent, singulas concubinas, quot sine his esse non possent, reddituri deposita administratione mulas, mulos, equos, muliones et cocos, cetera sibi habituri, si bene egissent, in quadruplum reddituri, si male, praeter condemnationem aut peculatus aut repetundarum.

43 Leges innumeras sanxit. carrucas Romae et redas senatoribus omnibus ut argentatas haberent, permisit, interesse Romanae dignitatis putans, ut his tantae urbis
2 senatores uterentur. consules quoscumque uel ordinarios uel suffectos creauit, ex senatus sententia nominauit, sumptum eorum contrahens, et nundinia ueteri ex ordine

1 uespere B^2 2 laternam *BP exc.* 5 dere B^1P^1 *exc.* coco B^1 picatores *BP exc.* piscatores *M* pistores *scripsi* 8 qui *in BPM ante* annonas, *post* omnes *uolg.* 9 aut ternas *bis scriptum in* P^1 mundus *B* mundi *Petschenig p. 53* 10 alter *BPM em. C ex lib. Politiani* alteri *Petschenig p. 53* promouere *BP* 13 uicenam filas *BP* uicena phialas *M em. S* 14 ueste B^1 forcises *BP* domesticas singulas *M* 15 coccos *B* singulios *BP* 16 quod *BPM* quot *scripsi* 17 non *om.* P^1 18 coccos et B^1 19 gessit B^1 22 praemisit *BP* 23 dignitati *BPM* 25 creauit *del. Paucker p. 52** 26 nundina *uolg.* uetera serdine *BP* sardine *M em. C*

Digitized by Google

instituit [uel dies uel tempora]. quaestores candidatos 3
ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ita ut post
quaesturam praeturas acciperent et deinde prouincias
regerent. arcarios uero instituit, qui de arca fisci ederent 4
munera eademque parciora. habuit in animo, ut munera
per totum annum dispergeret, ut per triginta dies munus
populo daretur, sed cur id non fecerit, in occulto habe-
tur. Capitolium septimo quoque die, cum in urbe esset, 5
ascendit, templa frequentauit. Christo templum facere 6
uoluit eumque inter deos recipere. quod et Hadrianus
cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine
simulacris iusserat fieri, quae hodieque idcirco, quia non
habent numina, dicuntur Hadriani, quae ille ad hoc pa-
rasse dicebatur; sedprohibitus est ab is, qui consulentes 7
sacra reppererant omnes Christianos futuros, si id fecis-
set, et templa reliqua deserenda.

⟨In iocis dulcissmus fuit, in fabulis amabilis, in con- 44
uiuiis comis, ita u quisque posceret quod uellet. ad 2
aurum colligendum ttentus, ad seruandum cautus, ad in-
ueniendum sollicitus sed sine cuiusquam excidio. Syrum 3
se dici nolebat sed a maioribus Romanum et stemma ge-
neris depinxerat, quo ostendebatur genus eius a Metellis
descendere.⟩

Rhetoribus, grammaticis, medicis, haruspicibus, ma- 4
thematicis, mechanicis, architectis salaria instituit et au-

1 uel dies uel tempore *del. C* 2 sedicta *BP*[1] 3 inde *M* 4 quae *B*[1]*P* sederent *BP* 7 faeceret *B*[1] 12 hodie *M* 14 his *BPM* 15 futuros, si id fecisset, et templa] *exhibui scripturam alterius familiae codicum deterioris notae* (*cod. Regii Laurent. pl. 66, 32 s. cruc. XX 6 Vat. 1897. 1898. Ambros. C. 110*); *in BP* (*exc.*) *ita scribitur* futuros si id optate uenisset omnibus nominibus est ornatus (*c. 58,1*); *quae deest pars* fecisset et templa reliqua — lectis uario tempore cum etiam de Isauria (*c. 58,1*) *inserta est XVIIII 5,3 post uerba* Occiso Heliogabalo ubi primum *uid. praef. p. XIIII*
16 rereliqua *B*[1]*M* 17 in iocis Alexander *P*[3]*M* conuiis *BP* (*t. I.*) 18 comis] malis *B*[1] uelleri *B*[1] 24 rethroribus *B* rethoribus *P* mathematis *P*[1] *corr. P*[3]

Digitized by Google

ditoria decreuit et discipulos cum annonis pauperum
5 filios modo ingenuos dari iussit. etiam in prouinciis ora-
toribus forensibus multum detulit, plerisque etiam anno-
6 nas dedit, quos constitisset gratis agere. leges † agnos
firmauit easque etiam ipse diligentissime seruauit. thea-
7 tralia spectacula saepe obiit. Theatrum Marcelli reficere
8 uoluit. multis ciuitatibus, quae post terrae motus defor-
mes erant, sumptus ad instaurationem operum et publi-
corum et priuatorum [pecuniam] ex uectigalibus dedit.
9 in templis sane numquam praeter quattuor aut quinque
argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bratteolam
posuit, susurrans uersum Flacci Persi:
II 69 'in sanctis quid facit aurum?'
45 Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine suo
edisseram. primum tamen eius consuetudinem dicam de
2 rebus uel tacendis uel prodendis. tacebantur secreta bel-
lorum, itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut
edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum es-
set: 'Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus et, si di
uoluerint, in prima mansione mansurus', deinde per or-
dinem mansiones, deinde statiuae, deinde ubi annona
esset accipienda, et id quidem eo usque quamdiu ad fines
3 barbaricos ueniretur. iam enim inde tacebatur, et omnes
ambulabant, ne dispositionem Romanam barbari scirent.
4 certum est autem eum numquam id, quod proposuerat,
fefellisse, cum diceret nolle ab aulicis suas uendi disposi-
tiones, quod factum fuerat sub Heliogabalo, cum ab eu-
5 nuchis omnia uenderentur. quod genus hominum idcirco
secreta omnia in aula esse cupiunt, ut soli aliquid scire

4 constisset BP^1 agnoscens P^3M ac ius *S* in annos *uolg.* agonis *Mommsen an* abolitas? 9 pecuniam *delet S* 12 Flacci *om. M* peruersi *B* 13 in sancto *Persius* 14 ordines suos *BP* 16 protendendis B^2 21 statiuae B^1 testina B^2 23 iam] et iam *BPM* 24 ambulabant *mihi suspectum. desideratur notio ignorandi.* taciti *add. C* et omnes ambulabant *del. Iord.* ambigebant *Cornelissen p. 61* elaborabant *Golisch II p. 6* simulabant *Petschenig p. 53* ita ne *M* 29 esse] nosse *uolg.*

Digitized by Google

uideantur et habeant, unde uel gratiam uel pecuniam re-
quirant.
Et quia de publicandis dispositionibus mentio contigit: 6
ubi aliquos uoluisset uel rectores prouinciis dare uel pro-
positos facere uel procuratores, id est rationales, ordinare,
nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis
quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, si non
probasset, subiret poenam capitis; dicebatque graue esse, 7
cum id Christiani et Iudaei facerent in praedicandis sacer-
dotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in prouinciarum rec-
toribus, quibus et fortunae hominum committerentur et
capita. Adsessoribus salaria instituit, quamuis saepe dixerit 46
eos esse promouendos, qui per se rem p. gerere possent,
non per adsessores, addens militares habere suas admi-
nistrationes, habere litteratos, et ideo unumquemque hoc
agere debere, quod nosset. Thesauros reppertos is, qui rep- 2
pererant, donauit et, si multi essent, addidit his eos, quos
in suis habebat officiis. cogitabat secum et descriptum 3
habebat, cui quid praestitisset, et si quos sciret uel nihil
petisse uel non multum, unde sumptus suos augerent,
uocabat eos et dicebat: 'Quid est, cur nihil petis? an me
tibi uis fieri debitorem? pete, ne priuatus de me quera-
ris.' dabat autem haec in benificiis, quae famam eius 4
non laederent: bona punitorum sed numqum cum auro,
argento uel gemmis, nam id omne in aerarium repone-
bat, dabat praeposituras locorum ciuilium non militum,
dabat eas administrationes, quae ad procurationes perti-
nerent. rationales cito mutabat, ita ut nemo nisi annum 5
conpleret, eosque, *et* si boni essent, oderat, malum neces-
sarium uocans. praesides uero proconsules et legatos
numquam fecit ad beneficium sed ad iudicium uel suum
uel senatus.

4 prouintiis *BP* 7 haberent *B* 11 quibus *in P sup. lin.* 16 his *BPM* 17 eos in suis quos in suis h. *BP exc.* 20 sumptos *B* P^1 *exc.* 25 om *B* P^1 omne P^3 *M* 26 *fort.* militarium 29 conplerent *B* P^1 et *add. S* oderant *B* 30 proconsules *del. Mommsen*

Digitized by Google

47 Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in
mansionibus annonas acciperent nec portarent cibaria
decem et septem, ut solent, dierum nisi in barbarico,
quamuis et illic mulis eosdem atque camelis adiuuerit, di-
cens milites se magis seruare quam se ipsum, quod sa-
2 lus publica in his esset. aegrotantes ipse uisitauit per
tentoria milites etiam ultimos et carpentis uexit *et* omni-
3 bus necessariis adiuuit. et si forte grauius laborassent,
per ciuitates et agros patribus familias honestioribus et
sanctioribus matronis eos distribuebat, reddens inpendia
quae fecissent, siue conualuissent illi seu perissent.

48 Cum quidam Ouinius Camillus senator antiquae fa-
miliae delicatissimus rebellare uoluisset tyrannidem ad-
fectans, eique nuntiatum esset ac statim probatum, ad
Palatium eum rogauit eique gratias egit, quod curam
rei p., quae recusantibus bonis inponeretur, sponte reci-
2 peret; deinde ad senatum processit et timentem ac tantae
conscientiae tabe confectum participem imperii appella-
uit, in Palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis
3 imperialibus et melioribus, quam ipse utebatur, adfecit. et
cum expeditio barbarica esset nuntiata, uel ipsum, si uel-
4 let, ire uel ut secum proficisceretur, hortatus est. et cum
ipse pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, quem
post quinque milia cunctantem equo sedere iussit, cum-
que post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, car-
5 pento inposuit. hoc quoque seu timore seu uere respuen-
tem, abdicantem quin etiam imperium et mori paratum
dimisit commendatumque militibus, a quibus Alexander
unice amabatur, tutum ad uillas suas ire praecepit, in

4 illum hic *BP* 7 tentoriam BP^1 et *om. BPM*
8 necessariis *om. M* 9 hominibus *BPM* honestioribus *S*
13 uoluissent B^1 16 inponerentur *B* reciperent *P a corr.* 17 rocessit P^1 ac tantae *B P* aetate *M* 18 labe *Oberdick p. 343, Golisch II p. 7* 22 ire] ipse *B* 23 ad borem BP^1 *corr.* P^3 25 duos BP^1 28 demisit *BP*
29 amabatur, quod et ille mil. esset, tutum — uixit. sed post iniussu (*cum S*) i. a mil. occisus est *Maduig p. 639*

Digitized by Google

quibus diu uixit. sed post iussu imperatoris occisus est, 6
quod et ille militaris esset [et a militibus occisus esset].
scio uulgum hanc rem, quam contexui, Traiani putare,
sed neque in uita eius id Marius Maximus ita exposuit
neque Fabius Marcellinus neque Aurelius Verus neque
Statius Valens, qui omnem eius uitam in litteras mise-
runt. contra autem et Septimius et Acholius et Encolpius 7
[uitae scriptores] ceterique de hoc talia praedicauerunt.
quod ideo addidi, ne quis uulgi magis famam sequere- 8
tur quam historiam, quae rumore utique uulgi uerior
repperitur.

Honores iuris gladii numquam uendi passus est di- 49
cens: 'Necesse est, ut qui emit et uendat. ego non patior
mercatores potestatum † et eos quos, si pariant, damnare
non possim. erubesco enim punire illum hominem, qui
emit et uendidit.' pontificatus et quindecimuiratus augu- 2
ratus codicillares fecit, ita ut in senatu allegarentur.

⟨Dexippus dixit uxorem eum cuiusdam Macrini filiam 3
duxisse, eundemque ab eo Caesarem nuncupatum. uerum 4
cum uellet insidiis occidere Alexandrum Macrinus, de-
tecta factione et ipsum interemptum et uxorem abiectam.
idem dicit patruum fuisse Antoninum Heliogabalum Ale- 5
xandri, non uxoris sororis eiusdem filium.⟩ ⟨Cum Christiani 6
quendam locum, *qui* publicus fuerat, occupassent, contra
popinarii dicerent sibi eum deberi, rescripsit melius esse,
ut quemammodumcumque illic deus colatur, quam popi-
nariis dedatur.⟩

1 occisus est, quando et ille [militaris esset et] a militibus occisus esset *Paucker p. 52** 2 et — esset *uncis inclusi, nisi quaedam post* a milit. *interciderunt; pro* occisus *M exhibet* amatus 3 contexuit *BP* 5 Verus] uenus *BP* 6 omnes *C* 7 encholpius *B* 8 uitae scriptores *uncis inclusi* 13 et *om. M* patiar *M* 14 et eos *del. S* quos si mercantur, d. *Gemoll p. 9* quos si rapiant *Maduig p. 639* 16 uendit *M* 18 dicit *Kellerbauer p. 638* macriani *BP* Martiani *M em. S* 20 macrianus *P*[3] Martianus *M* 23 sororis eiusdem matris *C* christianis *BP* 24 qui *om. BP*[1] *add. P*[3]*M* 26 illihic *BP*

Digitized by Google

50 Cum igitur tantus ac talis imperator domi ac foris es-
set, iniit Parthicam expeditionem, quam tanta disciplina,
tanta reuerentia sui egit, ut non milites sed senatores
2 transire diceres. quacumque iter legiones faciebant, tri-
buni taciti, centuriones uerecundi, milites amabiles erant,
ipsum uero ob haec tot et tanta bona prouinciales ut
3 deum suspiciebant. iam uero ipsi milites iuuenem impe-
ratorem sic amabant ut fratrem ut filium ut parentem,
uestiti honeste, calciati etiam ad decorem, armati nobili-
ter, equis etiam instructi et efippiis ac frenis decentibus,
prorsus ut Romanam rem p. intellegeret, quicumque Ale-
4 xandri uidisset exercitum. elaborabat denique, ut dignus
illo nomine uideretur, immo ut Macedonem illum uince-
ret, dicebatque inter Romanum Alexandrum et Macedo-
5 nem multum interesse debere. fecerat denique sibi ar-
gyroaspidas et chrysoaspidas, fecerat et falangen triginta
milium hominum, quos falangarios uocari iusserat et cum
quibus multum fecit in terra Perside; quae quidem erat
ex sex legionibus similium armorum, stipendiorum uero
post bellum Persicum maiorum.

51 Dona regia in templis posuit; gemmas sibi oblatas
uendidit, muliebre esse aestimans gemmas possidere,
2 quae neque militi dari possint neque a uiro haberi. cum
quidam legatus uniones duos uxori eius per ipsum obtu-
lisset magni ponderis et inusitatae mensurae, uendi eos
3 iussit. cum pretium non inuenirent, ne exemplum malum
a regina nasceretur, si eo uteretur, quod emi non posset,
4 inauribus Veneris eos dicauit. Vlpianum pro tutore ha-

3 reuentia *B*P^1 *corr.* P^3 4 diceret *B*P^1*M* dicerent P^3 diceres *Mommsen* inter P^1 5 aciti *BP* acciti *M em. S* 6 prouintiales *BP* 7 dum *B*P^1 *corr.* P^3 suscipiebant *BPM* ipse *B* 8 defilium *BP* 11 intellegerent *BP* 13 uideret *B*P^1 *c.* P^3 uinceret — multum *om. M* 15 uultum *B*P^1 *c.* P^3 18 inter pers. *BP* iter *M em. Petschenig p. 54* quidam *BP* 20 Persicum bellum *M* 22 muliebres *BP* existimans *M* 27 regine *B*P^1 *exc.* 28 uenerit *B*

buit, primum repugnante matre, deinde gratias agente,
quem saepe a militum ira obiectu purpurae suae defen-
dit, atque ideo summus imperator fuit, quod eius praecipue
consiliis rem p. rexit. In procinctu atque in expeditioni- 5
bus apertis papilionibus prandit atque cenauit, cum mili-
tarem cibum cunctis uidentibus atque gaudentibus sumeret,
circumiret prope tota tentoria, a signis abesse neminem
pateretur. si quis de uia in alicuius possessionem de- 6
flexisset, pro qualitate loci aut fustibus subiciebatur in
conspectu eius aut uirgis aut condemnationi aut, si haec
omnia transiret dignitas hominis, grauissimis contumeliis,
cum diceret: 'Visne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis?'
clamabatque saepius, quod a quibusdam siue Iudaeis siue 7
Christianis audierat et tenebat, idque per praeconem,
cum aliquem emendaret, dici iubebat: 'Quod tibi fieri 8
non uis, alteri ne feceris.' quam sententiam usque adeo
dilexit, ut et in Palatio et in publicis operibus praescribi
iuberet. Idem cum quandam aniculam adfectam iniuriis a 52
milite audisset, exauctoratum eum militia seruum ei dedit,
quod artifex carpentarius esset, ut eam pasceret; et cum
dolerent hoc milites factum, persuasit omnibus, ut mo-
deste ferrent, et eos terruit. ⟨ἀναίματον imperium eius, 2
cum fuerit durus et tetricus, idcirco uocatum est, quod
senatorem nullum occiderit, ut Herodianus Graecus scrip- VI 1, 7; 9, 8
tor refert in libris temporum suorum.⟩ seueritatis autem 3
tantae fuit in milites, ut saepe legiones integras exaucto-
rauerit ex militibus Quirites appellans nec exercitum um-
quam timuerit, idcirco quod in uitam suam dici nihil
posset, quod umquam tribuni uel duces de stipendiis mili-
tum quicquam accepissent, dicens: 'Miles non timet nisi

2 summae *BPM* suae *Iordan* summe *Petschenig p. 54* 3 consiliis praecipue *P* 5 caenabit BP^1 militiarem B^1 10 uirsis BP^1 (*prius* i *in ras*) 15 dic nubebat *B cf. Ribbeck com. rell.² p. 309* 17 perscribi *M* 21 milites//// *P* (ui *eras.*) 22 anematum *B P exc.* 23 tretricus P^1 uocatus *BPM* 29 quod umquam] neque umquam *Mommsen* et quod numquam *Bährens p. 655* 30 *mihi quae antecedunt postulare uidentur:* miles non timendus uestitus

Digitized by Google

uestitus, armatus, calciatus et satur et habens aliquid in
zonula', idcirco quod mendicitas militaris ad omnem de-
4 sperationem uocaret armatum. apparitores denique nul-
los esse passus est tribunis aut ducibus milites iussitque,
ut ante tribunum quattuor milites ambularent, ante du-
cem sex, ante legatum decem, hique ad domos suos re-
ciperent.

53 [Et ut seueritas eius agnosci posset, unam contionem
militarem indendam putaui, quae illius in re militari mo-
2 res ostenderet. nam cum Antiochiam uenisset, ac milites
lauacris muliebribus et deliciis uacarent, eique nuntiatum
esset, omnes eos conprehendi iussit et in uincla conici.
3 quod ubi conpertum est, mota seditio est a legione, cuius
4 socii erant in uincla coniecti. tum ille tribunal ascendit
uinctisque omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus
5 etiam militibus et quidem armatis ita coepit: 'Commili-
tones, si tamen ista uobis, quae a uestris facta sunt, dis-
plicent, disciplina maiorum rem p. tenet. quae si dilabi-
6 tur, et nomen Romanum et imperium amittemus. neque
enim sub nobis ista facienda sunt, quae sub inpura illa
7 bestia nuper facta sunt. milites Romani, uestri socii,
mei contubernales et commilitones amant, potant, la-
uant Graecorum *in* morem. equidem si insistunt, hoc
ego diutius feram? et non eos capitali dedam supplicio?'
8 Tumultus post hoc ortus est. atque iterum: 'Quin con-
tinetis uocem in bello contra hostem, non contra impera-
9 torem uestrum necessariam? certe campidoctores uestri

1 esatur *B* P^1 *c.* P^3 4 nisi milites anteire uoluit iussitque *M* nisi *seruat S pro* milites *coni. Golisch II p. 7* inutiles 9 rem *M* militarem *BPM em. S* moris *BP* 10 anthiociam *P* 11 delitiis *BP* 12 eos *om.* P^1 13 muta B^1 P^1 multa B^2 14 sodieant *B exc.* socii eant P^1 *corr.* P^3 17 tamen] *an* iam? 20 ita *B* 22 labant *B* P^1 23 in *add. S* morem *P* more *M* etquidem se instituunt *BPM em. S* et quietem se inst. *Vnger p. 506* et qui deliciis inseruiunt, hos ego *Kellerbauer p. 638* 25 contionestis *BP* in concione estis *M em. Puteanus* 27 necessarium P^1

Digitized by Google

hanc uos docuerunt contra Sarmatas et Germanos ac Per-
sas emittere, non contra eum, qui acceptam a prouincia-
libus annonam, qui uestem, qui stipendia uobis adtribuit.
continete igitur uocem truculentam et campo ac bellis 10
necessariam, ne uos hodie omnes uno ore atque una
uoce Quirites dimittam, et incertum an Quirites. non 11
enim digni estis, qui uel Romanae plebis sitis, si ius Ro-
manum non agnoscitis.' Et cum uehementius fremerent 5
ac ferro quoque minarentur: 'Deponite', inquid, 'dexteras
contra hostem erigendas, si fortes sitis, me enim ista non
terrent. si enim unum hominem occideritis, non uobis 2
deerit res p., non senatus, non p. R., qui me de uobis
uindicet.' cum nihilo minus post ista fremerent, excla- 3
mauit: 'Quirites, discedite atque arma deponite.' Mi- 4
rando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis
militaribus omnes non ad castra, sed ad deuorsoria uaria
recesserunt. tuncque priuatim intellectum est, quantum 5
eius seueritas posset. denique etiam signa stipatores et i, 6
qui imperatorem circumdederant, in castra rettulerunt,
arma collecta populus ad Palatium tulit. eam tamen le- 7
gionem, quam exauctorauit, rogatus post dies XXX, prius-
quam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo
restituit eaque pugnante maxime uicit, cum tamen tribu-
nos eius capitali adfecit supplicio, quod per neglegentiam
illorum milites apud Dafnem luxuriati essent, uel per co-
niuentiam seditionem fecisset exercitus.⅂

Magno igitur apparatu inde *in* Persas profectus Arta- 55
xerxen regem potentissimum uicit, cum ipse cornua ob-
iret, milites admoneret, subiectus telis uersaretur, manu
plurimum faceret, singulos quosque milites ad laudem

1 sarmatis *B exc.* 8 fremeret — minaretur *M* 10 estis *M* 11 nobis *M* 12 resp// *B* 16 de castra *B P* deuõssoria B^1 (*lineola postea eras.*) uari *B P* 17 priuatum *B P* 18 hi *B P M* 25 conibentiam *B P* combentiam *M* 26 fecissent *M* 27 inde *B M* inde (de *ex* in *corr.*) in *P t. Iord.* artaxersen B^2 28 ipse Alexander P^3 *M* adiret *M* 29 subiectustuteli *B P* subictus *M* subiectus telis *Petschenig p. 37* 30 aut laudem *B P*

Digitized by Google

2 uerbis adduceret. fuso denique fugatoque tanto rege, qui
cum septingentis elefantis falcatisque mille et octingentis
curribus ad bellum uenerat, equitum multis milibus, sta-
tim Antiochiam redit et de praeda, quam Persis diripuit,
suum ditauit exercitum, cum et tribunos ea, quae per ui-
cos diripuerant, et duces et ipsos milites habere iussisset.
3 tumque primum serui Persae apud Romanos fuerunt,
quos quidem, quia indigne ferunt Persarum reges quem-
piam suorum alicubi seruire, acceptis pretiis reddidit pre-
tiumque uel is, qui manu ceperant seruos, dedit uel in
56 aerarium contulit. post hoc Romam uenit triumphoque
pulcherrimo acto apud senatum primum haec uerba habuit.
2 Ex actis senatus die VII kl. Octob.: 'Persas, p. c.,
uicimus. longae eloquentiae opus non est, tantum scire
3 debetis, quae illorum arma fuerint, qui apparatus. iam
primum elefanti septingenti idemque turriti cum sagitta-
riis et onere sagittarum. ex his triginta cepimus, ducenti
4 interfecti iacent, decem et octo perduximus. falcati cur-
rus mille † se. adducere interfectorum animalium currus
ducentos potuimus, sed id, quia et fingi poterat, facere
5 supersedimus. centum et uiginti milia equitum eorum
fudimus, catafractarios, quos illi clibanarios uocant, de-
cem milia in bello interemimus, eorum armis nostros
armauimus. multos Persarum cepimus eosdemque uendi-
6 dimus. terras interamnanas [Mesopotamiae scilicet] nec-
7 lectas ab inpura illa belua recepimus. Artaxerxen, po-
tentissimum regem tam in re quam nomine, fusum fu-
gauimus, ita ut eum terra Persarum fugientem uideret, et

4 anthiociam *P* 6 diripuerat B^1*M* et *ante* ipsos *om.* B^1 ipses B^1 7 cumque *BP* Persae serui *M* 10 uel his *BM* uel// his *P* ceperat *BP* 14 loquentiae *B*P^1 *corr.* P^3 16 turritium *s. BP* 17 et his *BP* trecentos *M* 19 se *BP* sed *M* MDC *R* mille. Et *C* MDCCCC *S* (=*c. 55,2*) bis mille *Rösinger p. 9* mille cc *Chr. Hülsen, Varr. doctr. in Ou. fast. p. 53, an* se *ex uersu seq. huc intrusum est?* interfecturum *B*P^1 animali P^1 21 eo f. *M* 22 illic liban. *B* 23 intereminus *B* 25 interammanas B^1 Mesopotamiae scilicet *del. C* 27 in *om. M* iure *B* 28 uiderent *BP*

Digitized by Google

qua ducta fuerant quondam signa nostrorum, ea rex ipse
signis effugit relictis. haec sunt, p. c., gesta. eloquentiae 8
opus non est: milites diuites redeunt, laborem in uicto-
ria nemo sentit. uestrum est supplicationem decernere, 9
ne dis uideamur ingrati.' Adclamatio senatus: 'Alexan-
der Auguste, di te seruent. Persice maxime, di te ser-
uent. uere Parthicus, uere Persicus. trophaea tua et nos
uidemus, uictorias et nos uidemus. iuueni imperatori, 10
patri patriae, pontifici maximo. per te uictoriam undique
praesumimus. ille uincit, qui militem regit. diues senatus,
diues miles, diues p. R.' Dimisso senatu Capitolium 57
ascendit atque inde re diuina facta et tunicis Persicis in
templo locatis contionem huius modi habuit: 'Quirites,
uicimus Persas. milites diuites reduximus. uobis con-
giarium pollicemur, cras ludos circenses Persicos dabi-
mus.' ⟨Haec nos et in annalibus et apud multos repperi- 2
mus. sed quidam dicunt a seruo suo eum proditum non
uicisse regem sed, ne uinceretur, fugisse. quod contra 3
multorum opinionem dici non dubium est is, qui pluri-
mos legerint. nam et amisisse illum exercitum dicunt
fame, frigore ac morbo, ut Herodianus auctor est contra VI 6,3
multorum opinionem.⟩ Post hoc cum ingenti gloria comi- 4
tante senatu equestri ordine atque omni populo circum-
fusisque undique mulieribus et infantibus, maxime mili-
tum coniugibus, pedes Palatium conscendit, cum retro
currus triumphalis a quattuor elefantis traheretur. leua- 5
batur manibus hominum Alexander, uixque illi per horas
quattuor ambulare permissum est, undique omnibus cla-
mantibus: 'Salua Roma, quia saluus est Alexander.' alia 6
die actis circensibus et item ludis scaenicis deinceps con-
giarium populo Romano dedit. puellas et pueros, quem- 7

1 quae ducta *BPM* qua educta *Iordan* 2 eloquentia *M* 4 sensit *S* 6 di *B*² 8 uictorias tuas *Kellerbauer p. 638* 10 milites *M* 19 his *BPM* 20 legerit *BP* 21 fame] ferro *Kellerbauer p. 638 coll. Herod.* auctores c. *BP*¹ *corr. P*³ 26 leuebatur *BP* 27 illis *BP* 29 *post* Roma *add. fr. Cusan.* salua res p.

Digitized by Google

ammodum Antoninus Faustinianas instituerat, Mammaea-
nas et Mammaeanos instituit.
58 Aetae sunt res feliciter et in Mauretania Tingitana per
Furium Celsum et in Illyrico per Varium Macrinum ad-
finem eius et in Armenia per Iunium Palmatum, atque ex
omnibus locis ei tabellae laureatae sunt delatae. quibus
in senatu et apud populum lectis † uario tempore cum
etiam de Isauria optate uenisset, omnibus nominibus est
2 ornatus. is uero, qui rem p. bene gesserant, consularia
ornamenta decreta sunt, additis etiam sacerdotiis et agro-
rum possessionibus is, qui erant pauperes et aeuo iam
3 graues. Captiuos diuersarum nationum amicis donauit, si
aetas puerilis aut iuuenalis permisit, si qui tamen regii
aut nobiliores fuerunt, eos militiae, non tamen magnae
4 deputauit. sola, quae de hostibus capta sunt, limitaneis
ducibus et militibus donauit, ita ut eorum essent, si here-
des eorum militarent, nec umquam ad priuatos pertine-
rent, dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura
5 defenderent. addidit sane his et animalia et seruos, ut
possent colere, quod acceperant, ne per inopiam homi-
num uel per senectutem possidentium desererentur rura
uicina barbariae, quod turpissimum ille ducebat.
59 Post haec cum ingenti amore apud populum et sena-
tum uiueret, et sperantibus uictoriam cunctis et inuitis
eum dimittentibus ad Germanicum bellum profectus est,
deducentibus cunctis per centum et centum quinquaginta
2 milia. erat autem grauissimum rei p. atque ipsi, quod
3 Germanorum uastationibus Gallia diripiebatur. pudorem-
que augebat, quod uictis iam Parthis ea natio inminebat
rei publicae ceruicibus, quae semper etiam minusculis

1 faustianas P^1 stituerat *B P* mammeanas et mammeanos *B P* 3 aciae B^1 feliciter res B^1 tingintana *B M* 7 uario tempore — uenisset] *uid. quae adnotaui ad c. 43,7 et praef. p. XIIII* *fort.* pari tempore 8 de his aueia *Reg.* 9 adornatus *M* his *B P M* is *scripsi* 10 additus $B^1 P^1$ 11 his *B P* 13 iuuenilis *M* 14 nobiles B^1 16 *post* essent *add.* *B P* militarent 26 c et l millia *M*

imperatoribus subiecta uidebatur. magnis igitur itineri- 4
bus, laetis militibus contendit. sed cum ibi quoque sedi-
tiosas legiones conperisset, abici eas praecepit. uerum 5
Gallicanae mentes, ut sese habent durae ac retorridae et
saepe imperatoribus graues, seueritatem hominis nimiam
et longe maiorem post Heliogabalum non tulerunt. de- 6
nique agentem eum cum paucis in Brittania, ut alii uo-
lunt in Gallia, in uico cui Sicilia nomen est, non ex
omnium sententia sed latrocinantium modo quidam mili-
tes et i praecipue, qui Heliogabali praemiis effloruerunt,
cum seuerum principem pati non possent, occiderunt.
multi dicunt a Maximino inmissos tirones, qui ei ad 7
exercendum dati fuerant, eum occidisse, multi aliter; a 8
militibus tamen constat, cum iniuriose quasi in puerum
eundem et matrem eius auaram et cupidam multa di-
xissent.

Imperauit annis XIII diebus VIIII. uixit annis XXVIIII 60
mensibus III diebus VII. ⟨Egit omnia ex consilio matris, 2
cum qua occisus est.⟩

Omina mortis haec fuerunt: cum natalem diem com- 3
mendaret, hostia cruenta effugit et, ut se ciuiliter ge-
rebat ac permixtus populo erat, albam eius uestem, cum
qua constiterat, cruentauit. laurus in Palatio eius ciui- 4
tatis, a qua proficiscebatur ad bellum, ingens et antiqua
tota subito decidit. arbores fici tres, quae ficus eas 5
ferrent, quibus Alexandrianarum nomen est, subito ante
illius tentorium deciderunt, cum tentoria imperatoria
his adnexa essent. mulier Dryas eunti exclamauit Gallico 6

1 igi P^1 *corr.* P^3 *exc.* 4 retrogredae *M* 8 est] esse *B* P^1 10 hi *B P M* i *scripsi* praemis B^1 etfloruerunt *B* P^1 exfloruerunt *exc.* effloruerant *M* ecfloruerunt *Iord.* 13 datis *B* dati// *P* da///s *exc.* 15 cupidem *B* et auri cupidam *Kellerbauer p. 638* 20 omnia *B P* 21 ostia *B P* ciliter *B* P^1 *exc. corr.* P^3 generabat *B* P^1 *exc.* 22 populo *om. B* ac populo mixtus *Kellerbauer p. 638* 23 cruentabit *B P* cuius *B* P^1 cuiusdam P^3 *M* eius *scripsi* (huius *Iord.*) 25 feci *B P* *post* tres B^1 *add.* subito decidit

Digitized by Google

sermone: 'Vadas nec uictoriam speres nec te militi tuo
7 credas.' tribunal ascendit, *ut* contionaretur et faustum
aliquid diceret, *et* ita coepit: 'Occiso imperatore Helio-
8 gabalo.' ⟨Hoc tamen omini fuit quod iturus ad bellum
milites adloqui minus fausta oratione coeptauerat.⟩
61 ⟨Sed haec omnia uehementissime contempsit pro-
c. 59, 6 fectusque ad bellum in loco supra dicto ita occisus est:
2 pranderat forte publico, ut solebat, conuiuio, id est aper-
tis papilionibus cibo militari accepto, neque enim aliud a
3 discutientibus militibus in tentoriis est repertum. et cum
quiesceret post conuiuium, hora diei ferme septima unus
ex Germanis, qui scurrarum officium sustinebat, ingres-
sus dormientibus cunctis, solo tamen imperatore interui-
4 gilante uisus est; cui Alexander 'Quid istic', inquid, 'con-
5 tubernalis? num aliquid de hostibus nuntias?' at ille
metu perterritus et sperans non posse se euadere, quod
in tentorium principis inruisset, ad contubernales suos
uenit eosque ad durum principem interimendum cohor-
6 tatus est. qui subito plures armatique ingressi inermes
et obsistentes contruncarunt *et* ipsum plurimis ictibus con-
7 foderunt. aliqui dicunt omnino nihil dictum sed tantum
a militibus clamatum 'Exi, recede', atque ita obtruncatum
8 iuuenem optimum . . . . . . sed omnis apparatus militaris,
qui postea est ductus in Germaniam a Maximino, Ale-
xandri fuit et potentissimus quidem per Armenios et Os-
droenos et Parthos et omnis generis hominum.⟩
62 Contempsisse Alexandrum mortem cum ferocitas men-

1 ne te *BPM* 2 ascendit contionaturus et [faustum al. diceret] ita *Gemoll p. 9* ut *om.* BP^1 *add.* P^3 3 et *addidit Iordan* 4 nomini *B* 6 omina *Kellerbauer p. 638* 10 discumbentibus *M* 11 quiesceret] dormiret *M* 14 est hic *BPM* istic *em. Iordan* contubernales BP^1 16 se *om. M* adere B^1P^1 *corr.* B^3P^3 18 exhortatus *M* 19 ermes B^1 20 et *om.* B^1P ipsum autem *exc.* ipsumque *M* confuderunt BP^1 *exc.* 22 atque ita *om.* P^1 23 *post* optimum P^2 *add.* dimiserunt. *plura intercidisse suspicatur C* 25 Armenios] Mauros *Kellerbauer coll. XVIIII 11,7 et Herod. VI 7,8*

Digitized by Google

tis, qua militem semper adtriuit, tum etiam illa declarant: Thrasybulus mathematicus illi amicissimus fuit. 2
qui cum ei dixisset necessitatem esse, ut gladio barbarico periret, primo laetatus est, quod sibi mortem bellicam et imperatoriam crederet inminere; deinde disputauit 3
ostenditque optimos quosque uiolenta morte consumptos, cum diceret ipsum Alexandrum, cuius nomen teneret, Pompeium, Caesarem, Demosthenem, Tullium et ceteros insignes uiros, qui non quieta morte oppetissent. tantumque animi habuit, ut putaret se diis conparandum, 4
si in bello periret. sed res eum fefellit: nam et gladio 5
barbarico et scurrae barbari manu, uerum non in bello sed belli tempore perit.

Mortem eius milites et qui exauctorati ab eo quondam 63
fuerant, grauissime tulerunt atque auctores caedis trucidarunt. populus uero Romanus senatusque omnis cum 2
prouincialibus cunctis neque tristius umquam neque asperius acceperunt, simul quod successoris asperitas atque rusticitas Maximini, utpote hominis militaris, cui cum filio post eum imperium delatum est, grauiorem fati necessitatem uidebatur ostendere. senatus eum in deos 3
rettulit. cenotafium in Gallia, Romae sepulcrum amplissimum meruit. dati sunt et sodales, qui Alexandriani 4
appellati sunt; addita et festiuitas matris nomine atque ipsius, quae hodieque Romae religiosissime celebratur natali eius die.

⟨Causa occidendi eius ab aliis haec fuisse perhibetur, 5
quod mater eius relicto bello Germanico orientem ad iactantiam sui uellet redire, atque ob hoc esset iratus exercitus. sed haec ab amatoribus Maximini ficta sunt, 6

1 cum *B* 2 thrasibylus *B* thrasibulus B^2 8 demosthen̄ *B* demosthen P^1 *exc.* 9 qui *om. M* oppetisse *M* uiros ui, non q. m. oppetisse *Bährens p. 655* 12 uerō P^1 14 exauctoritate *B* quandam $B^1 P^1$ quadam B^3 16 que omnis — tristius *om.* B^1 17 prouintialibus *P* *conieci* tristius quicquam neque 26 nata *BP* 30 haec aliamat. B^1

Digitized by Google

qui uideri noluerunt imperatorem optimum ab amico suo
interfectum contra iura humana atque diuina.〉
64 Hactenus imperium p. R. eum principem habuit, qui
diutius imperaret, post eum certatim inruentibus et aliis
semestribus, *aliis* annuis, plerisque per biennium, ad sum-
mum per triennium imperantibus usque ad eos principes,
qui latius imperium tetenderunt, Aurelianum dico et
2 deinceps. de quibus, si uita subpeditauerit, ea, quae con-
perta fuerint, publicabimus.
3 〈Reprehensa sunt in Alexandro haec: quod Syrus esse
nolebat, quod aurum amabat, quod suspiciosissimus erat,
quod uectigalia multa inueniebat, quod se Magnum Ale-
xandrum uideri uolebat, quod nimis seuerus in milites
erat, quod curas *de* priuatis agebat. quae omnia in re p.
instituerat.〉
4 〈Scio sane plerosque negare hunc a senatu Caesarem
appellatum esse sed a militibus, qui uerum prorsus igno-
rant; dicere praeterea non hunc fuisse consobrinum
5 Heliogabali. qui, ut nos sequantur, historicos eius tem-
poris legant et maxime Acholium, qui et itinera huius
principis scripsit.〉
65 Soles quaerere, Constantine maxime, quid sit quod
hominem Syrum et alienigenam talem principem fecerit,
cum tot Romani generis, tot aliarum prouinciarum reppe-
riantur inprobi, inpuri, crudeles, abiecti, iniusti, libidinosi.
2 iam primum possum de bonorum uirorum respondere
sententia potuisse natura, quae ubique una mater est,
bonum principem nasci, deinde timore, quod pessimus
3 esset occisus, hunc optimum factum. sed quia uerum

2 humana] romana *BPM* 5 sementribus BP^1 aliis *om.* BP^1 *add.* P^3 6 imperantibusque ad *B P* 11 suspiciosimus P^1 13 uiri nolebat B^1 14 de *add.* *S* priuatas *M* curis priuatis agebat, quae omittere in re p. *Maduig p. 639*
17 ignorat BP^1 20 itinera *BPM* intima *Lipsius ep. cent. II misc. 18; ego* Acholium et interiora Alexandri *scripsisse existimo* 24 cum *om.* B^1 27 potuitse BP^1 29 ueranust *BP* uerum est *M* uera mihi sunt suggerenda *S*

Digitized by Google

est suggerendum, clementiae ac pietati tuae lecta re-
serabo. notum est illud pietati tuae, quod in Mario 4
Maximo legisti, meliorem esse rem p. et prope tutiorem,
in qua princeps malus est, ea, in qua sunt amici
principis mali, si quidem unus malus potest a plurimis
bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab uno
quamuis bono ulla ratione superari. et id quidem ab 5
Homullo ipsi Traiano dictum est, cum ille diceret Do-
mitianum pessimum fuisse, amicos autem bonos habuisse,
atque ideo † illum magis odio fuisse, quae rem p. tem-
poris uitae ille, quia melius est unum malum pati quam
multa. Sed ut ad rem redeam, Alexander quidem et ipse 66
optimus fuit [nam hoc nemo uult nisi bonus] et optimae
matris consiliis usus est. at tamen amicos sanctos et 2
uenerabiles habuit, non malitiosos, non furaces, *non* factio-
sos, non callidos, non ad malum consentientes, non bono-
rum inimicos, non libidinosos, *non* crudeles, non circum-
uentores sui, non inrisores, non qui illum quasi fatuum
circumducerent, sed sanctos, uenerabiles, continentes, reli-
giosos, amantes principis sui et qui de illo nec ipsi riderent
nec risui esse uellent, qui nihil uenderent, nihil men-
tirentur, nihil fingerent, numquam deciperent existimatio-
nem principis sui sed amarent. huc accedit quod eu- 3
nuchos nec in consiliis nec in ministeriis habuit, qui soli
principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Per-

1 reseruabo *B P* 5 plurimi $B^1 P^1$ 8 homulio *B P M* *em. S* 10 illum] Claudium *S* qui remp. peioris uitae hominibus commendauerat quia *M* in rep. temporis sui quam ille quia *S* quam rem p. temporis sui laesisse, quia *Maduig p. 640* qui rem p. temerari siuerit a libertis, quia *Vnger p. 506* 11 *an* illo? quam melius *B* 12 multos. et *B P M* multa. Sed *scripsi* 13 *transponit S:* optimus fuit et optimae matris consiliis usus est, nam hoc nemo uult nisi bonus. *Iordan del.* nam hoc — bonus 14 ac tamen *M* sanctos et uenerabiles *del. Kellerbauer p. 638* 15. 17 non *ante* factiosos *et ante* crudeles *om.* $B P^1$ *add.* P^3 18 qui si ullum $B P^1$ 20 nec in ipsi $B P^1$ *corr.* P^3 21 ualent B^1 metirentur *B* 23 se am. *B P* eunuchis B^1 eunuchus P^1 25 gentium] regentium *Bährens p. 656*

Digitized by Google

sarum uolunt uiuere, qui eos a populo et amicis summo-
uent, qui internuntii sunt aliud quam respondetur saepe
referentes, claudentes principem suum et agentes ante
omnia, ne quid sciat. qui cum empti sint et serui
4 euirati quid tandem possunt boni sapere? erat denique
eius ipsius sententia: 'Ego de praefectorum et consulum
et senatorum capitibus mancipia aere empta iudicare non
67 patior.' Scio, imperator, quod periculo ista dicantur apud
imperatorem, qui talibus seruiit, sed salua re p. posteaquam
intellexisti, quid mali clades istae habeant et quem ad mo-
dum principes circumueniant, et tu eos eo loci habes, ut
nec clamide uti iusseris sed de necessitatibus domesticis de-
2 legaris. Iam illud insigne, quod solum intra Palatium praeter
praefectum et Vlpianum quidem neminem uidit nec dedit
alicui facultatem uel fumorum uendendorum de se uel sibi
de aliis male loquendi maxime occiso Turino, qui illum
3 quasi fatuum et uaecordem saepe uendiderat. his accessit,
quod amicos et parentes Alexander si malos repperit, aut
puniuit aut, si uetus uel amicitia uel necessitudo non siuit
puniri, dimisit a se dicens: 'His carior est mihi totis res
68 p.' Et ut scias, qui uiri in eius consilio fuerint: Fabius
Sabinus, Sabini insignis uiri filius, Cato temporis sui,
Domitius Vlpianus, iuris peritissimus; Aelius Gordianus,
Gordiani imperatoris filius scientia iuris insignis; Iulius

1 et [etiam *M*] amicissimum mouent *BPM* principem *add. P*[3] *em. S* 4 qui *om. B*[1] sunt *B* perui fuerit *BP* praui fuerint *M* per uim euirati *S* serui euirati *scripsi* peruii furtis *M. Schmidt ind. lect. aest. Ien. 1876 p. 17* per uim in se furuerint *Vnger p. 223* 6 consulem *B*[1] 8 imperator constantine *P*[3] *M* quo *M* 9 saluast res p. *Maduig p. 640* 10 intellegisti *BP* quemadmodum *B* 12 et de n. — relegaris *Bährens p. 656* 13 illud *bis script. P*[1] 15 fumorem *B* 16 thrurino *BP*[1] 17 accensit *B* 19 clementia *B*[1] amicitia *B*[2] 20 tota *BPM* totis *scripsi uid. exerc. crit. p. 7* 21 fuert *B* 23 Antonius Gordianus *S* 24 imperatoris ipsa res uiri *BP* ipsa rep. uiri *M* filius et ipse imperator uir ins. *S* filius scientia iuris *scripsi* (*cf. XX 18,5*)

Digitized by Google

Paulus, iuris peritissimus; Claudius Venacus, orator amplissimus; Catilius Seuerus, cognatus eius, uir omnium doctissimus; Aelius Serenianus, omnium uir sanctissimus; Quintilius Marcellus, quo meliorem ne historiae
quidem continent. his tot atque aliis talibus uiris quid 2
mali potuit cogitari uel fieri, cum ad bonum consentirent?
et hos quidem malorum cohors depulerat, quae circum- 3
uenerat Alexandrum primis diebus, sed prudentia iuuenis
occisis atque depulsis et amicitia ista sancta conualuit.
hi sunt qui bonum principem Surum fecerunt, et item 4
amici mali, qui Romanos pessimos etiam posteris tradiderunt suis uitiis laborantes.

1 *uolg.* (*post edit. Venet. primam*) *post* amplissimus *haec addit* Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus: hi omnes iuris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, et Alexandri imperatoris familiares et socii, ut scribunt Acholius et Marius Maximus 4 marcellius BP^1 6 sentirent P^1M 7 eos *M* qui circumuenerant *M* 9 his malis occisis P^3M et *om.* M' 10 hii *B* suum *BPM em. S* fecerent BP^1 *corr.* P^3 ut item *S* 11 romanus *B* 12 alexander seuerus l. aelii lampridii explicit *BP*

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MINNESOTA
wils v.1
870.13 Scr3p

Scriptores historiae Augustae / itervm r

3 1951 002 140 020 O

WILSON
ANNEX
AISLE 72

Digitized by Google

002 140 020 0

WILSON
ANNEX
AISLE 72

Digitized by Google

SCRIPTORES HISTORIAE AVGVSTAE II. PETER.

870.13
Scr3p
v.2

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

SCRIPTORES HISTORIAE AVGVSTAE II. PETER.

870.13
Scr3p

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE LIBRARY OF
THE UNIVERSITY OF MINNESOTA.
OMNIBUS ARTIBUS COMMUNE VINCULUM

ACCESSION. 33144
CLASS 370.13
BOOK Scr3p

WALDORF

Digitized by Google

Digitized by Google

SCRIPTORES

HISTORIAE AVGVSTAE

ITERVM

RECENSVIT ADPARATVMQVE CRITICVM ADDIDIT

HERMANNVS PETER

VOLVMEN ALTERVM

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIIII

Digitized by Google

UNIVERSITY OF
MINNESOTA
LIBRARY
33144

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

Digitized by Google

VITAE

DIVERSORVM PRINCIPVM ET TYRANNORVM A DIVO HADRIANO VSQVE AD NVMERIANVM A DIVERSIS CONPOSITAE

II

Digitized by Google

UNIVERSITY OF
MINNESOTA
LIBRARY

Digitized by Google

MAXIMINI DVO

IVLI CAPITOLINI

Ne fastidiosum esset clementiae tuae, Constantine 1
maxime, singulos quosque principes uel principum libe-
ros per libros singulos legere, adhibui moderationem,
qua in unum uolumen duos Maximinos, patrem filium-
que, congererem. seruaui deinceps hunc ordinem, quem 2
pietas tua etiam ab Tatio Cyrillo, clarissimo uiro, qui
Graeca in Latinum uertit, seruari uoluit. quod quidem 3
non in uno tantum libro sed etiam in plurimis deinceps
reseruabo, exceptis magnis imperatoribus, quorum res
gestae plures atque clariores longiorem desiderant tex-
tum.

Maximinus senior sub Alexandro imperatore enituit. 4
militare autem sub Seuero coepit. Hic de uico Threiciae 5
uicino barbaris, barbaro etiam patre et matre genitus,
quorum alter e Gothia, alter ex Halanis genitus esse per-
hibetur. et patri quidem nomen Micca, matri Hababa 6
fuisse dicitur. sed haec nomina Maximinus primis tempo- 7
ribus ipse prodidit, postea uero, ubi ad imperium uenit,

1 incipiunt maximi duo iuli [iulii *P*] capitolini feliciter *BP* ad constantinum aug. *add.* P^3 6 qu≡a *P* duos maxime P^1 7 seruari *BP* seruari deinceps *et* quod quidem *del. Mommsen* 8 Statio *R* 11 reserabo *B* reseruabo *P* (u *in ras.*) 16 uicini *BP* uicino *exc. M* 18 Micea *M* Ababa *M Symmachus ap. Iord. d. r. Get. c. 15*

Digitized by Google

occuli praecepit, ne utroque parente barbaro genitus im-
perator esse uideretur.
2 Et in prima quidem pueritia fuit pastor, nonnumquam
etiam † procerte, qui latronibus insidiaretur et suos ab
2 incursionibus uindicaret. prima stipendia equestria huic
fuere. erat enim magnitudine corporis conspicuus, uir-
tute inter omnes milites clarus, forma uirili decorus, fe-
rus moribus, asper, superbus, contemptor, saepe tamen
3 iustus. Innotescendi sub Seuero imperatore prima haec
4 fuit causa: natali Getae, filii minoris, Seuerus militares
dabat ludos propositis praemiis argenteis, id est armillis,
5 torquibus et balteolis. hic adulescens et semibarbarus et
uix adhuc Latinae linguae, prope Thraecica imperato-
rem publice petit, ut sibi daret licentiam contendendi
6 cum is, qui iam non mediocri loco militarent. magnitudi-
nem corporis Seuerus miratus primum eum cum lixis
conposuit, sed fortissimis quibusque, ne disciplinam mi-
7 litarem conrumperet. tunc Maximinus sedecim lixas uno
sudore deuicit sedecim acceptis praemiis minusculis non
3 militaribus iussusque militare. tertia forte die cum pro-
cessisset Seuerus ad campum, in turba exultantem more
barbarico Maximinum uidit iussitque statim tribuno, ut
2 eum coherceret *et* ad Romanam disciplinam inbueret. tunc
ille, ubi de se intellexit imperatorem locutum, suspicatus
barbarus et notum se esse principi et inter multos con-
3 spicuum, ad pedes imperatoris equitantis accessit. tum

1 aculi *BP exc.* 3 nonnum etiam B^1*P exc.* 4 etiam *om. M* procerto *coni. S* etiam latro, certe *Eyssenhardt* proeliator *Oberdick p. 343* pro corte *uel* pro chorte *Klussmann de Alber. myth. p. 24* in procinctu *Cornelissen p. 61, Maduig p. 640.* protector *Bährens N. Jen. Lit. Z. I p. 48, Wölfflin Herm. XVII p. 175.* pro centurione *Vnger p. 498.* 6 conspius P^1 8 semper tamen *Petschenig p. 10* 10 natale *exc.* timoris *B* 12 balteolis] phaleris *Gemoll p. 10* 13 threica *M* thraecicae *exc.* linguae gnarus, prope Thraecice *Klein p. 285* 15 his *BP* 17 quibus nec *BP exc. M* 19 munusculis *B* 20 non militare *exc.* 23 ac Rom. *BPM* ad Rom. *R* (*Symm.*) et ad *S* 25 in multos *exc.*

Digitized by Google

uolens Seuerus explorare, quantus in currendo esset,
equum admisit multis circuitionibus, et cum senex impe-
rator laborasset, neque ille a currendo per multa spatia
desisset, ait ei: 'Quid uis Thracisce? num quid delectat
luctari post cursum?' tum 'Quantum libet', inquit, 'impe-
rator'. post hoc ex equo Seuerus descendit et recentis- 4
simos quosque ac fortissimos milites ei conparari iussit.
tum ille more solito septem fortissimos uno sudore uicit 5
solusque omnium a Seuero post argentea praemia torque
aureo donatus est iussusque inter stipatores corporis
semper in aula consistere. hinc igitur factus conspicuus 6
inter milites clarus, amari a tribunis, a conmilitionibus
suspici, inpetrare ab imperatore quod uellet, locis etiam
militiae a Seuero adiutus, cum esset peradulescens, lon-
gitudine autem corporis et uastitate et forma atque ocu-
lorum magnitudine et candore inter omnes excelleret.

〈Bibisse autem illum saepe in die uini Capitolinam 4
amforam constat, comedisse et quadraginta libras carnis,
ut autem Cordus dicit, etiam sexaginta. quod satis con- 2
stat, holeribus semper abstinuit, a frigidis prope semper,
nisi cum illi potandi necessitas. sudores saepe suos ex- 3
cipiebat et in calices uel in uasculum mittebat, ita ut duos
uel tres sextarios sui sudoris ostenderet.〉

Hic diu sub Antonino Caracallo ordines duxit centu- 4
riatos et ceteras militares dignitates saepe tractauit. sub
Macrino, quod eum, qui imperatoris sui filium occiderat,
uehementer odisset, a militia desiit et in Thracia in uico,
ubi genitus fuerat, possessiones conparauit ac semper
cum Gothis commercia exercuit. amatus est autem unice
a Getis quasi eorum ciuis. Halani quicumque ad ripam 5
uenerunt, amicum eum donis uicissim recurrentibus ad-

3 spacia *BPM* 4 dedisset *B* eis *B* P^1 (s *eras.*) *exc.*[1] 8 soloto P^1 11 igitus *B* P^1 13 suscipi *BP exc. M* imperare *B* P^1 (*corr.* P^3) *exc. M* 14 admotus *Oberdick p. 740* 21 necessitas esset *M* 22 fasculum *B* 24 centuriatus *M* 27 malitia *B* milita *exc.* thraci *exc.* 28 possessiones *P* 30 ciues *BP exc.*

Digitized by Google

6 probabant. Sed occiso Macrino cum filio suo, ubi Helio-
gabalum quasi Antonini filium imperare conperit, iam
maturae aetatis ad eum uenit petitque, ut quod auus eius
Seuerus iudicii circa se habuerat, et ipse haberet. *sed*
7 apud inpurum hominem ualere nihil potuit. nam dicitur
cum eo iocatus esse Heliogabalus turpissime: 'Diceris,
Maximine, sedecim et uiginti et triginta milites ali-
quando lassasse: potes tricies cum muliere perficere?'
8 tum ille ubi uidit infamem principem sic exorsum, a mi-
9 litia discessit. et tamen retentus est per amicos Helio-
gabali, ne hoc quoque illius famae accederet, quod ui-
rum temporis sui fortissimum et quem alii Herculem,
alii Achillem, Aiacem alii uocabant, a suo exercitu dimo-
5 ueret. fuit igitur sub homine inpurissimo tantum honore
tribunatus, sed numquam ad manum eius accessit, num-
quam illum salutauit, per totum triennium huc atque illuc
2 discurrens; modo agris, modo otio, modo fictis languori-
3 bus occupatus est. Occiso Heliogabalo ubi primum con-
perit Alexandrum principem nominatum, Romam con-
4 tendit. quem Alexander miro cum gaudio, mira cum gra-
tulatione suscepit, ita ut in senatu uerba faceret talia:
'Maximinus, p. c., tribunus, cui ego latum clauum addidi,
ad me confugit, qui sub inpura illa belua militare non po-
tuit, qui apud diuum parentem meum Seuerum tantus
5 fuit, quantum illum fama conperitis.' statim denique illum

2 imperatore *B* imperatorem *P M* imperare *scripsi* 4 sed *om. B P exc. M* 6 dicens *B P M* diceris *Mommsen* (*quam u. M post* milites *add.*) 8 lassasses *exc.*[1] lassassed *exc.*[2] perficire *B* 9 exosum *B P exc. M* malitia *B* 13 alii Aiacem *M* diuomeret *exc.* 14 igitur Maximinus *P*[3] *M*

15 tribunus *Mommsen* 17 fictis laboribus *Cornelissen p. 62* 18 est *del. Gr* ubi primum] *in B et P secuntur uerba uit. Alex. c. 43,7* fecisset et templa reliqua deserenda. *haece pars uitae Maximini usque ad c. 18,2* et omnes qui mecum *interiecta est in uit. Max. et Balb. post u. c. 8,2*: eius homines uulgares. *cf. praef. p. XIIII.* occupatus est. ubi uero Maximinus comperit *M* 21 aut *B P ante ras.* ut *M* ita ut *Kellerbauer p. 634* 23 uelua *B P*[1] 25 fame *B P*

Digitized by Google

tribunum legioni quartae, ex tironibus quam ipse conpo-
suerat, dedit *et* eum in haec uerba prouexit: 'Veteres 6
milites tibi, Maximine mi carissime atque amantissime,
idcirco non credidi, quod ueritus sum, ne uitia eorum sub
aliis inolescentia emendare non posses. habes tirones: 7
ad tuos mores, ad tuam uirtutem, ad tuum laborem eos
fac militiam condiscere, ut mihi multos Maximinos rei p.
optabiles solus efficias.'

Accepta igitur legione statim eam exercere coepit. 6
quinta quaque die iubebat milites decurrere in se, simu- 2
lacra bellorum agere; gladios, loricas, galeas, scuta, tuni-
cas et omnia arma illorum cottidie circumspicere, calcia- 3
menta quin etiam ipse prospiciebat, prorsus autem ut pa-
trem militibus praeberet. sed cum eum quidam tribuni re- 4
prehenderent dicentes: 'Quid tantum laboras, cum eius loci
iam sis, ut ducatum possis accipere?' ille dixisse fertur:
'Ego uero, quo maior fuero, tanto plus laborabo.' exer- 5
cebat cum militibus ipse luctamina, quinos, senos et septe-
nos iam grandaeuus ad terram prosternens. denique in- 6
uidentibus cunctis, cum quidam tribunus superbior,
magni corporis, uirtutis notae atque ideo ferocior, ei
dixisset: 'Non magnam rem facis, si tribunus tuos mili-
tes uincis', ille ait: 'Visne congrediamur?' cumque ad- 7
uersarius adnuisset, uenientem contra se palma in pectus
percussum supinum reiecit et continuo dixit: 'Date alium,
sed tribunum.' ⟦Erat praeterea, ut refert Cordus, magni- 8
tudine tanta, ut octo pedes digitis sex diceretur egressus,
pollice ita uasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo.
iam illa prope in uulgi ore sunt posita, quod amaxas ma- 9

1 legionis *BPM* legioni *scripsi* tyronibus *BPM* quam *om.* *BP*¹ 2 et *om.* *BPM* 5 aleis enolescentia *BP*
7 addiscere *M* rep̄ı *B* rēp *P* 10 decurrere, inter se *Maduig p. 640* decurrere. ipse *Petschenig p. 54.* 12 caltiamenta *P t. Iord.* 13 ut autem *BP* ut se parem *M* autem ut *scripsi* amantem *Petschenig p. 54* 14 repprehendent *B* reprehendunt *P* 16 ille *om.* *M* 19 grandeuos *B* grandaeuos *P* 22 tribunas *B*¹ tribunos *P*¹ 27 digito uideretur *BPM em.* *C cf. 28,8*

nibus adtraheret, raedam onustam solus moueret, equo
si pugnum dedisset, dentes solueret, si calcem, crura
frangeret, lapides toficios friaret, arbores teneriores scin-
deret, alii denique eum Crotoniaten Milonem, alii Hercu-
lem, Antaeum alii uocarent.]

7 His rebus conspicuum uirum Alexander, magnorum
meritorum iudex, in suam perniciem omni exercitui prae-
fecit, gaudentibus cunctis ubique tribunis, ducibus et mili-
2 tibus. denique totum eius exercitum, qui sub Heliogabalo
magna ex parte torpuerat, ad suam militarem disciplinam
3 retraxit. quod Alexandro, ut diximus, optimo quidem
imperatori, sed tamen cuius aetas ab initio contemni po-
4 tuerit, grauissimum fuit. nam cum in Gallia esset et non
longe ab urbe quadam castra posuisset, subito inmissis
militibus, ut quidam dicunt, ab ipso, ut alii, tribunis bar-
baris, Alexander ad matrem fugiens interemptus est Ma-
5 ximino iam imperatore appellato. et causam quidem
Alexandri interimendi alii aliam fuisse dicunt. quidam
enim Mammaeam dicunt auctorem fuisse, ut filius de-
serto bello Germanico orientem peteret, atque ideo mili-
6 tes in seditionem prorupisse. quidam, quod ille nimis
seuerus esset et uoluisset ita in Gallia legiones exaucto-
rare, ut exauctorauerat in oriente.

8 Sed occiso Alexandro Maximinus primum e corpore
militari et nondum senator sine decreto senatus Augustus
ab exercitu appellatus est filio sibimet in participatum
dato; de quo pauca, quae nobis sunt cognita, mox dice-
2 mus. Maximinus autem ea fuit semper astutia, ut milites
non uirtute regeret sed etiam praemiis et lucris sui amantis-
3 simos redderet. numquam ille annonam cuiuspiam tulit.
4 numquam siuit, *ut* quis in exercitu miles faber aut alte-

1 raedam — friaret *P sup. text.* 5 antheum *BP* 10 suum *B* 12 gr potuerit B^1 15 a tribunis *M* 19 mammeam *BPM* 23 horiente B^1 24 maximus BP^1 primus *Vrsinus (sec. Eutr. VIIII 1, Aur. Vict. Caes. 25,1)*

26 participato *B* 31 suit quisine *B* fuit quisine *PM* siuit ut quis in exerc. *scripsi*

Digitized by Google

rius rei, ut plerique sunt, artifex esset, solis uenationi-
bus legiones frequenter exercens. sed inter has uirtutes 5
tam crudelis fuit, ut illum alii Cyclopem, alii Busirem,
alii Scirona, nonnulli Falarem, multi Tyfona uel giganta
uocarent. senatus eum tantum timuit, ut uota in templis 6
publice priuatimque, mulieres etiam cum suis liberis fa-
cerent, ne ille umquam urbem Romam uideret. audie- 7
bant enim alios in crucem sublatos, alios animalibus nu-
per occisis inclusos, alios feris obiectos, alios fustibus
elisos, atque omnia haec sine dilectu dignitatis, cum ui-
deretur disciplinam uelle regere militarem, cuius exemplo
ciuilia etiam corrigere uoluit. quod non conuenit prin- 8
cipi, qui uelit diligi. erat enim ei persuasum nisi crude-
litate imperium non teneri. simul et uerebatur, ne prop- 9
ter humilitatem generis barbarici a nobilitate contemne-
retur. meminerat praeterea se Romae etiam a seruis 10
nobilium contemptum esse, ita ut ne a procuratoribus qui-
dem eorum uideretur. et, ut se habent stultae opiniones, 11
tales eos contra *se* sperabat futuros, cum iam imperator
esset. tantum ualet conscientia degeneris animi. nam 9
ignobilitatis tegendae causa omnes conscios generis sui
interemit, nonnullos etiam amicos, qui ei saepe miseri-
cordiae paupertatis causa pleraque donauerant. neque 2
enim fuit crudelius animal in terris omnia sic in uiribus
suis ponens, quasi non posset occidi. denique cum im- 3
mortalem se prope crederet ob magnitudinem corporis
uirtutisque, mimus quidam in theatro praesente illo di-
citur uersus Graecos dixisse, quorum haec erat Latina

3 busiridem B^2*M* 4 cironam *BP* chironem *M* Scirona *S* Scironam *Petschenig p. 10 an* Cercyona? tyfonam *BP* tiphonem *M em. S* gigantam *BP* gigem *M* Gygam *coniеceram* Gygen *C* Gyen aut Antaeum *Vnger p. 217 sq.* 10 omniaψ *B* delictu *M* 12 corrigeret B^1 15 barbariti a BP^1 barbarica *M* nouitate *BM* noilitate *P em. C ex Reg.* contempneretur *B* 19 contra stabat B^1 contra sperabat B^2PM se *C add. ex Reg.* 20 denegeris *B* 21 scios B^1 misericordia *S (Maduig p. 640)* 23 ac *ante* paupertatis *add.* P^3 27 minus BP^1 munus *M corr.* P^3

Digitized by Google

4 sententia: 'Et qui ab uno non potest occidi, a multis oc-
ciditur. elefans grandis est et occiditur, leo fortis est et
occiditur, tigris fortis est et occiditur: caue multos, si
singulos non times.' et haec imperatore ipso praesente
5 iam dicta sunt. sed cum interrogaret amicos, quid mi-
micus scurra dixisset, dictum est ei, quod antiquos uersus
cantaret contra homines asperos scriptos, et ille, ut erat
6 Thrax et barbarus, credidit. nobilem circa se neminem
passus est, prorsus ut Spartaci aut Athenionis exemplo
7 imperabat. praeterea omnes Alexandri ministros uariis
8 modis interemit. dispositionibus eius inuidit. et dum
suspectos habet amicos ac ministros eius, crudelior
factus est.

10 Cum esset ita moratus, ut ferarum more uiueret, tri-
stior et inmanior factus est factione Magni cuiusdam con-
sularis uiri contra se parata, qui cum multis militibus
et centurionibus ad eum confodiendum consilium inierat,
2 cum in se imperium transferre cuperet. et genus factio-
nis fuit tale: cum ponte iuncto in Germanos transire Ma-
ximinus uellet, placuerat, ut contrarii cum eo transirent,
pons postea solueretur, ille in barbarico circumuentus
3 occideretur, imperium Magnus arriperet. nam omnia bella
coeperat agere, et quidem fortissime, statim ut factus est
imperator, peritus utpote rei militaris, uolens existimatio-
nem de se habitam tenere et ante omnes Alexandri glo-
4 riam, quem ipse occiderat, uincere. quare imperator
etiam in exercitio cottidie milites detinebat eratque in
armis ipse, manu exercitui et corpore multa semper osten-

1 sentia P^1 En qui *Bährens p. 656.* qui ab uno uinci non potest, interdum a multis uincitur *Sedulius spic. Rom. Mai. VIII p. 43* quia BP^1 multos B^1 5 cum maximinus P^3M 6 scrra B^1 scura P^1 8 trhax *BP* 9 spartici *BPM* imperaret *uolg.* (*Bährens p. 656*) 12 susceptos *BP* 16 parat *B* 17 et senatoribus *C addit ex Herod. VII 1, 4* inierant *BPM* 20 coniurati *Gemoll p. 10* (*C*) 21 barbarico solo *M* 22 bella *om. M* 23 est *om. M* 26 occide B^1P^1 occidid B^2 imperatore BP^1 (*ut uid.*) 28 magnus *BPM em. C* ipse magnus, manu exerc. *Kellerbauer p. 639*

Digitized by Google

dens. et istam quidem factionem Maximinus ipse finxisse 5
perhibetur, ut materiam crudelitatis augeret. denique 6
sine iudicio, sine accusatione, sine delatore, sine defen-
sore omnes interemit, omnium bona sustulit et plus quat-
tuor milibus hominum occisis se satiare non potuit. Fuit 11
etiam sub eodem factio desciscentibus sagittariis Osdroenis
ab eodem ob amorem Alexandri et desiderium, quem a
Maximino apud eos occisum esse constabat, nec aliud
persuaderi potuerat. denique etiam ipsi Titum, unum ex 2
suis, sibi ducem atque imperatorem fecerunt, quem Maxi-
minus priuatum iam dimiserat. quem quidem et purpura 3
circumdederunt, regio adparatu ornarunt et quasi sui
milites obsaepserunt, et inuitum quidem. sed hic dor- 4
miens domi suae ab uno ex amicis suis interfectus est,
qui sibi doluit illum esse praepositum, Macedonio no-
mine, qui eum Maximino prodidit quique capud eius ad
imperatorem detulit. sed Maximinus primo ei gratias 5
egit, postea tamen ut proditorem odio habuit et occidit.
his rebus in dies inmanior fiebat, ferarum more, quae 6
uulneratae magis exulcerantur.

Post haec transit in Germaniam cum omni exercitu 7
et Mauris et Osdroenis et Parthis et omnibus, quos secum
Alexander ducebat ad bellum. et ob hoc maxime orien- 8
talia secum trahebat auxilia, quod nulli magis contra Ger-
manos quam expediti sagittarii ualent. mirandum autem 9
adparatum belli Alexander habuit, cui Maximinus multa
dicitur addidisse. Ingressus igitur Germaniam Transre- 12
nanam per triginta uel quadraginta milia barbarici soli

(*at cf. Her. VII 1, 6*). ostens *B* P^1 (*corr.* P^3) 1 quidemt B^1 3 inscio *B* iucio P^1 defensione *M* 5 militibus *P t. Iord.* 7 que max. *B* P^1 9 ticum *BPM em. S* (*cf. XXIIII 32*). *Κυαρτῖνος Herodiani VII 1, 9* 13 obsepierunt B^1*M* obsaepuerunt *P* hic tycus P^3*M* 15 *Μακεδών Herod. VII 1, 10. an* Macedonis? 16 maximo *B* maximino *P* (no P^2 *in ras.*) apud *B* P^1 capud P^2 20 uulneraeta *B in P* tae *in ras.* 21 transiit B^2*PM* 26 cum *BP* 27 trarenanam B^1 trasrenanam B^2 transrenanam *P* 28 trecenta *BPM em. S* quadringenta *PM*

Digitized by Google

uicos *incendit*, greges abegit, praedas sustulit, barbarorum plurimos interemit, militem diuitem reduxit, cepit innumeros, et nisi Germani a campis ad paludes et siluas confugissent, omnem Germaniam in Romanam ditionem
2 redegisset. ipse praeterea manu sua multa faciebat, cum
etiam paludem ingressus circumuentus esset a Germanis,
3 nisi eum sui equo inhaerente liberassent. habuit enim
hoc barbaricae temeritatis, ut putaret imperatorem ma-
4 num etiam suam semper debere. denique quasi nauale
quoddam proelium in palude fecit plurimosque illic in-
5 teremit. ⟦Victa igitur Germania litteras Romam ad sena-
tum et populum misit se dictante conscriptas, quarum
6 sententia haec fuit: 'Non possumus tantum, p. c., loqui
quantum fecimus. per quadraginta *uel* quinquaginta milia Germanorum uicos incendimus, greges abduximus, captiuos abstraximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. peruenissemus ad siluas, nisi altitudo palu-
7 dium nos transire non permisisset.' Aelius Cordus dicit
8 hanc omnino ipsius orationem fuisse: credibile est. quid
9 enim in hac est quod non posset barbarus miles? qui pari
sententia et ad populum scripsit sed maiore reuerentia, idcirco quod senatum oderat, a quo se contemni multum
10 credebat.⟧ Iussit praeterea tabulas pingi ita, ut erat bel-

1 incendit *om.* *BP* 2 coepit *B* cepit innumeros *ante* militem *transponit Kellerbauer p. 639* 3 amnes *BP* per amnes P^3 *M* a campis *scripsi cf. Herod. VII 2, 5: οἱ δὲ Γερμανοὶ ἀπὸ μὲν τῶν πεδίων, καὶ εἴ τινες ἦσαν χῶραι ἄδενδροι, ἀνακεχωρήκεσαν, ἐν δὲ ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο περί τε τὰ ἕλη διέτριβον.* et paludes *M* 4 confugisset BP^1 5 quin etiam *Klein p. 285* 6 est *BPM* 7 cum suo *BPM* eum sui *Oberdick p. 343, Bährens p. 656, Maduig p. 640,* sui cum *Rösinger p. 9* equo] aquae *Oberdick p. 343* inhaerentem *BPM* inhaerente *scripsi* (*cf. Herod. VII 2, 6*) 8 manu etiam sua *BPM em. Bernhardy* uti *post* sua *add. Egnat.* (*Oberdick p. 740, Bährens p. 656*) 9 alue B^1 aule B^2 *PM*

12 et populum *del. Kellerbauer* (*at cf. Herod. VII 2, 8*) dictatae B^1 14 uel *addidi* quinquaginta *om. M, fort. recte, nisi consensus cum p. 11 u. 28 restituendus est* (*Gemoll p. 10*) 17 silua BP^1 (*corr.* P^3) 19 quod cred. P^3 *M*

lum ipsum gestum, et ante curiam proponi, ut facta eius
pictura loqueretur. quas quidem tabulas post mortem 11
eius senatus et deponi iussit et exuri. Fuerunt et alia 13
sub eo bella plurima *ac* proelia, ex quibus semper primus
uictor reuertit et cum ingentibus spoliis atque captiuis.
⸢Extat oratio eiusdem missa ad senatum, cuius hoc exem- 2
plum est: 'Breui tempore, p. c., tot bella gessi quot nemo
ueterum. tantum praedae in Romanum solum attuli, quan-
tum sperari non potuit. tantum captiuorum adduxi, ut
uix sola Romana sufficiant.' reliqua orationis ad hanc
rem *non* necessaria.⸣ Pacata Germania Sirmium uenit, 3
Sarmatis inferre bellum parans atque animo concipiens
usque ad Oceanum septentrionales partes in Romanam
ditionem redigere; quod fecisset, si uixisset, ut Herodia- 4
nus dicit, Graecus scriptor, qui ei, quantum uidemus, in VII 2, 9.
odium Alexandri plurimum fauit.

Sed cum Romani eius crudelitatem ferre non possent, 5
quod delatores euocaret, accusatores inmitteret, crimina
fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes, quicumque
in iudicium uenissent, ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret nec aliunde nisi malo alieno pecuniam quaereret, deinde sine delicto consulares uiros et duces multos interimeret, alios siccis uehelis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil denique praetermitteret, quod ad crudelitatem uideretur operari: contra eum defectionem
pararunt. nec solum Romani, sed, quia et in milites 6

2 loquerentur *Cornelissen p. 254* 3 senatus senatus B^1 iussisset BP^1 (*ut uid.*) 4 ac *addidi* proelia *om. M* ἕτεραι συμβολαὶ *Herod. VII 2, 8* fuerunt et alia sub Eoa bella plurima proelia, ex quibus semper primus proeliator reu. *Vnger p. 498* sub ea belua *Petschenig p. 54* primus] ἀριστεύων *Herod. l. s.* 7 quod *BP* 10 sola] fora *Arntzen ad Aur. Vict. p. 226* orationis uerba non sunt ad rem *M* 11 non *addidi* (*Eyssenh.*) 12 concupiens *BPM em. Maduig p. 641*
17 posset BP^1 18 accusatores *Klein p. 285* accusatorem *BPM* 20 in *om.* P^1 22 sine delectu *S* 23 uehilis *B* uehiculis P^3M citis ueh. *Gr.* sicis uel telis *Cornelissen p. 62* (*non inspecto Herod. VII 3, 4*) 26 pararent P^1

Digitized by Google

saeuiebat, exercitus, qui in Africa erant, subita et ingenti
seditione Gordianum senem, uirum grauissimum, qui erat
pro consule, imperatorem fecerunt. cuius factionis hic
14 ordo fuit: Erat fisci procurator in Libya, qui omnes Maxi-
mini studio spoliauerat; hic per rusticanam plebem, deinde
et quosdam milites interemptus est † per eos, qui rationa-
2 lem in honorem Maximini defendebant. sed cum uide-
rent auctores caedis eius acrioribus remediis sibi subue-
c. 13, 6. niendum esse, Gordianum proconsulem, uirum, ut dixi-
mus, uenerabilem, natu grandiorem, omni uirtutum
genere florentem, ab Alexandro ex senatus consulto in
Africam missum, reclamantem et se terrae adfligentem,
opertum purpura imperare coegerunt, instantes cum gla-
3 diis et cum omni genere telorum. et primo quidem in-
uitus Gordianus purpuram sumpserat, postea uero, cum
uidit neque filio neque familiae suae tutum id esse, uo-
lens suscepit imperium et appellatus est omnibus Afris
4 Augustus cum filio apud oppidum Tysdrum. inde propere
Carthaginem uenit cum pompa regali et protectoribus et
fascibus laureatis, unde Romam ad senatum litteras misit,
quae occiso Vitaliano, duce militum praetorianorum, in
5 odium Maximini gratanter acceptae sunt. appellati etiam
Gordianus senex et Gordianus iuuenis a senatu Augusti.
15 interfecti deinde omnes delatores, omnes accusatores,
omnes amici Maximini. interfectus est Sabinus praefec-
2 tus urbis percussus in populo. Vbi haec gesta sunt, se-

1 quin afr. *B* P^1 *ut uid.* erat *BPM* erant *Kellerbauer p. 639* 6 et quosdam diuites int. est pertaesos quod rationali in honore M. dependebant *Vnger p. 499* per eos *sine dubio corruptum* inter eos *C* propter eos *Gr.* praeter eos *Bährens p. 656* super eos *Petschenig p. 32 an* pulsis? *cf. Herod. VII 3, 4* 8 crioribus *B* P^1 11 consultu *B* 12 missus *B* P^1 17 est omnis *BP* ab omnibus *M* 18 Tusdrus *saepe in inscr. Afric.* per *BPM* propere *scripsi* 20 senatus *BP* 21 ualiano *BP* Valeriano *M em. C* quae a Valeriano occiso Vit. *uel* quae a Valeriano in od. *Kellerbauer p. 639* praeterianorum B^1 22 accepite *B* 25 Maximini occisi sunt P^3 *M* est] et *Gr.* 26 pertussus B^1 in publico *Keller-*

Digitized by Google

natus magis timens Maximinum aperte ac libere hostes
appellat Maximinum et eius filium. litteras deinde mittit 3
ad omnes prouincias, ut communi saluti libertatique sub-
ueniant: quae auditae sunt ab omnibus. denique ubique 4
amici et administratores et duces tribuni et milites Maxi-
mini interfecti sunt; paucae ciuitates fidem hosti publico 5
seruauerunt, quae proditis is, qui missi ad eos fuerant,
ad Maximinum cito per indices detulerunt.

¶ Litterarum senatus exemplum hoc fuit: 'Senatus po- 6
pulusque Romanus per Gordianos principes a tristissima
belua liberari coeptus proconsulibus, praesidibus, legatis,
ducibus, tribunis, magistratibus ac singulis ciuitatibus et
municipiis et oppidis et uicis et castellis salutem, quam
nunc primum recipere coepit, dicit. Dis fauentibus Gor- 7
dianum proconsularem, uirum sanctissimum et grauissimum
senatorem, principem meruimus, Augustum appellauimus,
nec solum illum, sed etiam in subsidium rei p. filium
eius Gordianum, nobilem iuuenem. uestrum nunc est 8
consentire ad salutem rei p. obtinendam et ad scelera de-
fendenda et ad illam beluam atque illius amicos, ubicum-
que fuerint, persequendos. a nobis etiam Maximinus cum 9
filio suo hostis est iudicatus.'

Senatus consultum autem hoc fuit: Cum uentum esset 16
in aedem Castorum die VI kl. Iuliarum, acceptas litteras 991/238
Iunius Silanus consul ex Africa Gordiani imperatoris [pa-
tris patriae] proconsulis recitauit: 'Inuitum me, p. c., 2
iuuenes, quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium
uocarunt. sed intuitu uestri necessitatem libens susti-

bauer p. 639 1 acperte B^1 5 et tribuni B^1 6 ciui-
tatis *BP* 7 his *BPM* 8 cito] *an* acta? cuncta *Ober-
dick p. 740* 9 senatusque B^2 (*in P* que *eras. ut uid.*)
10 populus *P t. Iord.* 15 proconsulerem B^1 procun-
sulem *M* 17 filium — rei p. *om. M* 18 nunc] nun *B*, *in
P* c *in ras.* 20 ueluam $B^1 P^1$ belluam Maximinum *M* ubi-
cum *B* 23 consulti *BPM* consultum *scripsi* fuit exem-
plum *M* 24 castrorum *BPM* di *BP om. M* die *scripsi*
(*Eyssenh.*) 25 Syllanus *M* consul lex *BP* africae *BPM*
patris patriae *del. Gr.* proconsulis *del. Eyssenh.* 26 patrae *B*

Digitized by Google

neo. uestrum est aestimare, quid uelitis. nam ego us-
3 que ad senatus iudicium incertus et uarius fluctuabo.' lec-
tis litteris statim senatus adclamauit: 'Gordiane Auguste,
di te seruent. felix imperes, tu nos liberasti. saluus
imperes, tu nos liberasti. per te salua res p. omnes tibi
4 gratias agimus.' item consul rettulit: 'Patres conscripti,
de Maximinis quid placet?' responsum est: 'Hostes,
5 hostes. qui eos occiderit, praemium merebitur.' item
consul dixit: 'De amicis Maximini quid uidetur?' adcla-
matum est: 'Hostes, hostes. qui eos occiderit, prae-
6 mium merebitur.' item adclamatum est: 'Inimicus se-
natus in crucem tollatur. hostis senatus ubicumque feria-
tur. inimici senatus uiui exurantur. Gordiani Augusti,
di uos seruent. ambo feliciter agatis, ambo feliciter im-
7 peretis. nepoti Gordiani praeturam decernimus, nepoti
Gordiani consulatum spondemus. nepos Gordiani Caesar
appelletur. tertius Gordianus praeturam accipiat.'

17 Vbi hoc senatus consultum Maximinus accepit, homo
natura ferus, sic exarsit, ut non hominem sed beluam
2 putares. iaciebat se in parietes, nonnumquam terrae se
prosternebat, exclamabat incondite, arripiebat gladium,
quasi senatum posset occidere, conscindebat uestem re-
giam, alios uerberibus adficiebat, et nisi de medio reces-
sisset, ut quidam sunt auctores, oculos filio adulescentulo
3 sustulisset. causa autem iracundiae contra filium haec
fuit, quod eum Romam ire iusserat, cum primum impera-
tor factus est, et ille patris nimio amore neglexerat; pu-
tabat autem, quod, si ille Romae fuisset, et nihil ausurus
4 esset *senatus*. ardentem igitur iracundia amici intra cu-

2 et uagus fluct. *Cornelissen p. 254* 4 dii B^2 tu nos liberasti *om.* *B* 9 uideretur *BPM* 11 ita *BPM em. C* 14 dii B^2M agitis *BP* 15 *post* nepoti *quattuor litterae eras. in P* (*fort.* poti) 16 nepos Gord. — accipiat *del. Kellerbauer p. 639* 19 ueluam BP^1 20 iacebat BP^1 23 alios] aulicos *Kellerbauer p. 640* 25 contra *P in ras.* cum *B* 28 et *om.* *M* 29 senatus *om.* *BP an in* et (*ante* nihil) *corruptum?* igitur Maximinum P^3M cubilum P^1

Digitized by Google

biculum receperunt. sed cum furorem suum tenere non 5
posset, ut obliuionem cogitationis acciperet, uino se
primo die obruisse dicitur, eo usque ut, quid actum esset,
ignoraret. alia die admissis amicis, qui eum uidere non 6
poterant sed tacebant et qui factum senatus tacite lauda-
bant, consilium habuit, quid facto opus esset. de consi- 7
lio ad contionem processit, in qua contione multa in
Afros, multa in Gordianum, plura in senatum dixit cohor-
tatusque milites ad communes iniurias uindicandas.

⸢Contio denique omnis militaris fuit, cuius hoc exem- 18
plum est: 'Conmilitones, rem uobis notam proferimus:
Afri fidem fregerunt. nam quando tenuerunt? Gor-
dianus senex debilis et morti uicinus sumpsit imperium.
sanctissimi autem p. c. illi, qui et Romulum et Caesarem 2
occiderunt, me hostem iudicauerunt, cum pro his pu-
gnarem et ipsis uincerem, nec solum me sed etiam uos et
omnes, qui mecum sentiunt, et Gordianos, patrem ac
filium, Augustos uocarunt. ergo si uiri estis, si uires 3
habetis, eamus contra senatum et Afros, quorum omni-
um bona uos habebitis.'⸣

Dato igitur stipendio, et quidem ingenti, Romam uer- 4
sus cum exercitu proficisci coepit.

2 concitationis *Bährens p. 656* 3 eosque *B in P* us *in ras.* aietum $B^1 P^1$ gestum $P^3 M$ est *B P* 4 alias $B P^1$ (*ut uid.*) eum uitare non poterant, consilium — esset, sed tacebant et f. *Oberdick p. 740* eum ludere non poterant et tacebant sed qui *Bährens p. 656, fort.* ei suadere non p. 5 et qui *B P M* atque *Obrecht* non poterant, consilium habuit, quid facto opus esset. sed tacebant et factum *S* 6 sed *B P M* de *em. S*

12 fregit B^1 13 senex/// *P* 14 qui et et *P t. Iord.* 16 pro his p. *Kellerbauer p. 640* 17 qui mecum] *in B et P sequitur:* quam et senatui acceptissimam et q. s. *Max. et Balb. 8,2. interiecta sunt uu.* sentiunt et Gordianos — seueritatem eius homines uulgares (*Max. et Balb. 8, 2*) *in B et P post uu. uit. Alex. 58,1* uario tempore cum etiam de Isauria. *In M haec edita sunt:* qui mecum sunt quos et senatui acceptissimos et sibi aduersissimos esse credebant. quare factum est — (*Max. et Balb. 8, 2*) Caesaris nomine nuncuparent. Vario. tempore cum etiam de Isauria sentiunt et Gordianos patrem et q. s.

18 siue res *B* 21 quidam *B P* 22 exercitum *B*

Digitized by Google

19 Sed Gordianus in Africa primum a Capeliano quodam
agitari coepit, cui Mauros regenti successorem dederat.
2 contra quem filium iuuenem cum misisset, acerrima
pugna interfecto filio ipse laqueo uitam finiit, sciens et in
Maximino multum esse roboris et in Afris nihil uirium,
3 multum quin immo perfidiae. tunc Capelianus uictor pro
Maximino omnes Gordiani metu partium in Africa intere-
mit atque proscripsit nec cuiquam pepercit, prorsus ut
4 ex animo Maximini uideretur haec facere. ciuitates de-
nique subdidit, fana diripuit, donaria militibus diuisit,
5 plebem et principes ciuitatum concidit. ipse praeterea
militum animos sibi conciliabat, proludens ad imperium,
si Maximinus perisset.

20 Haec ubi Romam nuntiata sunt, senatus Maximini et
naturalem et iam necessariam crudelitatem timens mor-
tuis duobus Gordianis Maximum ex praefecto urbi et qui
plurimas dignitates praecipue gessisset, ignobilem genere
sed uirtutibus clarum *et Clodium Balbinum*, moribus de-
2 licatiorem, imperatores creauit. quibus a populo Augustis
appellatis per milites et eundem populum etiam paruulus
3 nepos Gordiani Caesar est dictus. tribus igitur impera-
4 toribus contra Maximinum fulta res p. est. horum tamen
Maximus uita seuerior, prudentia grauior, uirtute con-
5 stantior. denique ipsi contra Maximinum et senatus et
6 Balbinus bellum crediderunt. Profecto igitur ad bellum
Maximo contra Maximinum Balbinus Romae bellis intesti-

1 *post* primum *in P* s *eras.* *Καπελλιανὸς Herod.* *at* Capelianus etiam in C. I. L. VIII 2170. 3 filiam *B* 4 in *om.* *P*[1] 7 Gordianos motu *M* Gordiani motus participes *Oberdick p. 241* metu *del. C* (*Maduig p. 641*) Gordianarum partium *Gemoll p. 10* 9 uidetur *BP* 10 subdit *B* subtit *P*[1] subuertit *P*[3]*M* subdidit *scripsi* 14 nuntiasunt *B in P* ta *in ras. an* nuntiarunt? 16 Maximum Pupienum *P*[3]*M* 18 claruo *B* claros *P t. Iord.* et Clodium Balbinum *om. BP*[1] *add. P*[3]*M*; *sic etiam XX 10,1. 22,1, sed uerum nomen Balbini fuit D. Caelius Caluinus Balbinus, alterius imperatoris M. Clodius Pupienus Maximus* delecatiorem *BP* 23 uitae *B* 24 ipse *BP*

Digitized by Google

nis et domesticis seditionibus urguebatur occisis praeci-
pue ...... per populum Gallicano et Maecenate. qui qui-
dem populus a praetorianis laniatus est, cum Balbinus re-
sistere seditionibus non satis posset. denique magna pars
urbis incensa est.

Et recreatus quidem imperator fuerat Maximinus 7
audita morte Gordiani atque eius filii Capeliani uictoria.
uerum ubi aliud senatus consultum accepit, quo Maximus 8
et Balbinus et Gordianus imperatores appellati sunt, in-
tellexit senatus odia esse perpetua et se uere hostem
omnium iudicio haberi. acrior denique Italiam ingressus 21
est. ubi cum comperisset Maximum contra se missum,
uehementius saeuiens quadrato agmine Hemonam uenit.
sed prouincialium omnium consilium hoc fuit, ut sublatis om- 2
nibus, quae uictum praebere possent, intra ciuitates se reci-
perent, ut Maximinus cum exercitu fame urgueretur. de- 3
nique ubi primum castra in campo posuit neque quic-
quam commeatuum repperit, incensus contra eum exer-
citus suus, quod fame in Italia laboraret, in qua post
Alpes recreari se posse credebat, murmurare primum
coepit, deinde etiam aliqua libere dicere. haec cum 4
uellet uindicare, multum exarsit exercitus set odium taci-
tum in tempus distulit, quod loco suo statim prodidit.
plerique sane dicunt ipsam Hemonam uacuam et deser- 5
tam inuentam esse a Maximino, stulte laetante, quod quasi
sibi ciuitas tota cessisset.

2 *post* praecipue *lacunam significaui.* per *om. B. in exercit. crit. p. 8 haec fere intercidisse suspicatus sum*: Balbinus — urguebatur occisis praecipue [duobus praetorianis a Gallicano et Maecenate et instigantibus contra praetorianos] populum Gallicano et Maecenate. *cf. Gord. 22,6. Herod. VII 11, 3. pro* per populum *Mommsen coni.* praetorianis a maecaenate *BP* 4 par B^2 6 imperator *del. Bährens p. 656* 8 illud sen. *Bährens p. 656* quod *BP*
10 odia — et *in B in ras.* 11 iudicium *B* 13 Emonam *C at uid. C. I. L. V p. 36 n. 331* 18 cum et auum *BP* commeatus *M em. S* reperiret *M* 19 quid P^1 laborasset *M* 22 et *BPM* sed *scripsi* (*post me Bährens p. 656*) 26 sibi *om. M*

6 Post hoc Aquileiam uenit, quae contra eum armatis
circa muros dispositis portas clausit, nec propugnatio
defuit Menofilo et Crispino consularibus uiris auctoribus.
22 cum igitur frustra obsideret Aquileiam Maximinus, le-
gatos in eandem urbem misit. quibus populus paene
consenserat, *nisi* Menofilus cum collega restitisset, dicens
etiam deum Belenum per haruspices respondisse Maxi-
2 minum esse uincendum. unde etiam postea Maximiniani
milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse
debere, nec illam Maximi aut senatus sed deorum fuisse
3 uictoriam. quod quidam idcirco ab his fictum esse
dicunt, quod erubescebant armati sic paene ab iner-
4 mibus uicti. ponte itaque cupis facto Maximinus fluuium
5 transiuit et de proximo Aquileiam opsidere coepit. in-
gens autem oppugnatio et discrimen tunc fuit, cum se
ciues sulfure et flammis ceterisque huius modi propu-
gnaculis a militibus defenderent; quorum alii nudabantur
armis, aliorum uestes incendebantur, aliorum oculi ex-
6 tinguebantur, diruebantur etiam machinamenta. inter
haec Maximinus cum filio adulescente, quem Caesarem
appellauerat, circumire muros, quantum a teli iactu satis
tutus esse posset, nunc suos uerbis, nunc oppidanos ro-
7 gare. uerum nihil profecit. nam multa et in eum cru-
delitatis causa et in filium, qui speciosissimus erat, pro-
23 bra congesta sunt. Quare Maximinus sperans suorum
ignauia bellum trahi duces suos interemit, eo tempore
quo minime oportebat. unde sibi milites etiam iratiores

2 oppugnatio *BPM em. S* Menofilio *BP* (*semper*) Menophilo *M* 4 frusta *BP* 6 nisi *om.* BP^1 (*add.* P^3) Menofilius *BP* Menophilus *M* 7 Belenus *(etiam* Apollo Bel.) *saepe in inscr.* (*uid. C. I. L. V ind.*) pondisse B^1P spopondisse *M* 8 maximiani *BP* Maximini *M em. S* 9 apopllinem B^1 10 maximam *BP t. Iord.* 11 quidem *M* factum *B* 12 armatis *B* (*in P* s *eras.*) sic] *an* scilicet? 14 die proximo *Eyssenh.* 16 sulfur BP^1 20 adulicente B^1 adulecente// P^1 aduliscente B^2P^2 21 cirire P^1 22 posse *B* 23 multae *BP* 24 spurcissimus *Oberdick p. 741* 27 minme P^1 opostebat *P*

Digitized by Google

reddidit. huc accedebat, quod deficiebatur commeatibus, 2
quia senatus ad omnes prouincias et portuum custodes
litteras dederat, ne aliquid commeatuum in Maximini potestatem
ueniret. miserat praeterea per omnes ciuitates 3
praetorios et quaestorios uiros, qui ubique custodias agerent
et omnia contra Maximinum defenderent. effectum 4
denique est, ut obsessi angustias obsidens ipse pateretur.
nuntiabatur inter haec orbem terrarum consensisse in 5
odium Maximini. quare timentes milites, quorum adfectus 6
in Albano monte erant, medio forte die, cum a proelio quiesceretur,
et Maximinum et filium eius in tentorio positos
occiderunt eorumque capita praefixa contis Aquileiensibus
demonstrarunt. in oppido igitur uicino statim 7
Maximini statuae atque imagines depositae sunt, et eius praef. praet. occisus est cum amicis clarioribus. missi etiam Romam capita sunt eorum.

Hic finis Maximinorum fuit, dignus crudelitate patris, 24
indignus bonitate filii. quibus mortuis ingens laetitia
prouincialium, dolor grauissimus barbarorum. sed mili- 2
tes interfectis publicis hostibus recepti sunt ab oppidanis rogantes, et primum ita ut ante imagines Maximi et Balbini et Gordiani adorarent, cum omnes dicerent prio-
res Gordianos in deos relatos. post hoc ingens ex Aqui- 3
leia commeatus in castra, quae laborabant fame, pre*tio* traductus refectisque militibus alia die ad contionem uentum

1 reddit *BP* 3 aliqui *BP* 5 *desiderantur consulares uid. XXI 10,1. Herod. VIII 5,5* 6 maximum *B* 7 est] et *BP* opsessi *B* 8 consessisse *BP* 11 eius quiescentes in *M* posito BP^1 *em.* P^3 sopitos *Cornelissen p. 254*
15 carioribus *C ex Herod. VIII 5,9* 16 eorum sunt B^1
17 crudelitatis *BP* 18 laeticia *BP* 21 ante/// *P* (*fort.* a *eras.*) albini BP^1 24 laborant *BP* p̃ (*i. e.* prae) *BP* praetorii *M* pretio *scripsi* (*coll. Herod. VIII 6,3* προὔθεσαν — ἀγοράν, ὤνιον παρέχοντες — ἀφθονίαν) pertraductus festisque mil. *Petschenig p. 55* 25 fectisque *B* fecistisque *P* fessisque *M* refectisque *scripsi* (*Mommsen*) ada P^1
uentus *BP*

est, et omnes in Maximi et Balbini *et Gordiani* uerba
iurarunt, Gordianos priores diuos appellantes.
4 Dici uix potest, quanta laetitia fuerit, cum Romam per
Italiam caput Maximini fertur, occurrentibus cunctis ad
5 gaudium publicum. Et Maximus quidem, quem multi
Puppienum putant, apud Rauennam bellum parabat per
Germanorum auxilia atque ibi conperit consensisse exer-
citum sibi et collegis suis, occisos autem esse Maximinos.
6 quare statim dimissis Germanorum auxiliis, quae sibi con-
tra hostem parauerat, Romam laureatas litteras misit,
quae in urbem ingentem laetitiam fecerunt, ita ut omnes
per aras et templa et sacella et loca religiosa gratias age-
7 rent. Balbinus autem, homo timidior natura et qui, cum
Maximini nomen audiret, etiam tremeret, hecatomben
fecit iussitque per omnes ciuitates pare sacrificio suppli-
8 cari. deinde Maximus Romam uenit senatumque ingres-
sus actis sibi gratiis contionem habuit, atque inde in
Palatium cum Balbino et Gordiano uictores se rece-
perunt.

25 ¶ Interest scire, quale senatus consultum fuerit uel qui
dies urbis, cum est nuntiatus interemptus Maximinus:
2 Iam primum is, qui ex Aquileiensi Romam missus fuerat,
tanto impetu mutatis animalibus cucurrit, ut quarta die
Romam ueniret, cum apud Rauennam Maximum reliquis-
3 set. et forte dies ludorum erat, cum subito sedente Bal-
bino et Gordiano theatrum nuntius ingressus est, atque,
antequam aliquid indicaretur, omnis populus exclamauit:
4 'Maximinus occisus est.' ita et nuntius praeuentus, et

1 et Gordiani *addidit Kellerbauer p. 640* 3 roma *BP* 4 ferretur *uolg.* 5 quam *B* 6 rabennam *BP* 7 auxilia qui ubi *BPM* auxilia atque ibi *scripsi* 9 quare *om. M* 14 ecatonben *B* ecatomben *P* 15 pares africio *B* pari// sacificio *P* (*prius* ci *in ras.*) supplicari sacrificio *M* 17 attis sibi gratias *BP* 18 cum Balb. et Gordiano *del. Kellerbauer p. 640* 20 fuerint *B*P^1 21 die *BP* urbi cum *Petschenig p. 55* 22 his *BP* is nuntius — ex Aq. urbe P^3*M* 24 rabennam *BP*

Digitized by Google

imperatores, qui aderant, gaudium publicum nutu et con-
sensu indicauerunt. soluto igitur spectaculo omnes sta- 5
tim ad suas religiones conuolarunt, atque inde ad senatum
principes, populus ad contionem cucurrerunt. Senatus 26
consultum hoc fuit: Recitatis in senatu per Balbinum
Augustum litteris adclamauit *senatus*: 'Senatus hostes, 2
populi R. hostes di persecuntur. Iuppiter optime, tibi
gratias. Apollo uenerabilis, tibi gratias. Maxime Auguste,
tibi gratias. Balbine Auguste, tibi gratias. diuis Gordi-
anis templa decernimus. Maximini nomen olim erasum 3
nunc animis eradendum. hostis publici caput in proflu-
entem abiciatur. corpus eius nemo sepeliat. qui senatui
mortem minatus est, ut merebatur, occisus est. qui senatui
uincla minatus est, ut debebat, interemptus est. Sanctis- 4
simi imperatores, gratias uobis agimus. Maxime, Balbine,
Gordiane, di uos seruent. uictores hostium omnes desi-
deramus. praesentiam Maximi omnes desideramus. Bal-
bine Auguste, di te seruent. praesentem annum consules
uos ornetis. in loco Maximini Gordianus sufficiatur.' Post 5
rogatus sententiam Cuspidius Celerinus haec uerba habuit:
'P. c., eraso nomine Maximinorum appellatisque diuis Gor-
dianis uictoriae causa principibus nostris Maximo, Balbino
et Gordiano statuas cum elefantis decernimus, currus tri-
umphales decernimus, statuas equestres decernimus, tro-
phaea decernimus.' Post haec misso senatu supplicationes 6
per totam urbem decretae. uictores principes in Palatium 7
se receperunt, de quorum uita in alio libro deinceps di-
cemus.]

2 iudicauerunt *C desideratur* conprobauerunt *uel tale quid* 4 principem *B P M em. Puteanus* 5 senatis *B* senatu≡ *P* 6 senatus *add. Kellerbauer p. 630* 7 hostes *om. P M* (*add. B t. Kellerb.*) dii *B P M* 8 appello $B P^1$ appollo *P corr.* 10 maximi B^1 nomen (olim?) e monumentis erasum nunc ex animis er. *Kellerbauer p. 640* 13 ut merebatur occisus est *om. M* 14 est *post* interemptus *om. M* 15 maximę balbinę *B* 16 dii $B^2 P^2 M$ 17 praesentem *M* 19 maximi *B* 23 dernimus B^1 triumfales *B P* 24 trophea *B P*

Digitized by Google

MAXIMINVS IVNIOR

27 (1) *De* huius genere superius dictum est, ipse autem pulchritudinis fuit tantae, ut passim amatus sit a procacioribus feminis. nonnullae etiam optauerunt de eo con-
2 cipere. proceritatis uidebatur posse illius esse, ut ad paternam staturam perueniret, si quidem anno uicensimo et primo perit, in ipso flore iuuentutis, ut aliqui autem dicunt, octauo decimo, litteris et Graecis et Latinis inbu-
3 tus ad primam disciplinam. nam usus est magistro Graeco litteratore Fabillo, cuius epigrammata Graeca multa et
4 extant, maxime in imaginibus ipsius pueri. qui uersus Graecos fecit ex illis Latinis Vergilii, cum ipsum puerum describeret:

Verg. Aen. VIII 589 et 591

> Qualis ubi Oceani perfusus lucifer unda
> extulit os sacrum caelo tenebrasque resoluit,
> talis erat iuuenis patrio sub nomine clarus.

5 Grammatico Latino usus est Philemone, iuris perito Modestino, oratore Titiano, filio Titiani senioris, qui prouinciarum libros pulcherrimos scripsit et qui dictus est simia temporis sui, quod cuncta esset imitatus. habuit et
6 Graecum rhetorem Eugamium sui temporis clarum. Desponsa illi erat Iunia Fadilla, proneptis Antonini; quam postea accepit Toxotius, eiusdem familiae senator, qui
7 perit post praeturam, cuius etiam poemata extant. manserunt autem apud eam arrae regiae, quae tales (ut Iunius Cordus loquitur, *ut* harum rerum persecutor est)

1 Maximinus iunior *om.* *BPM* 2 de *om.* *BP* ipse] filius *M* 3 procatioribus *BP* 4 optauerint *P t. Iord.* 5 proceris *P*[1] 9 nam *deleuit et ante* ad pr. *interpunxit Cornelissen p. 62 et 254* 10 fabilla *B*[1] Fabilio *M* et *om.* *M* 12 latini *BPM* 15 o sacr. *B*[2] 16 patrio] primo *M* 17 filemone *BP* Philomone *M* 18 seniore *BPM* 20 imitatus esset *M* 21 rethorem *BP* desponsata *M* 22 Iulia *libri Cas.* antoni *BP* 25 ea *BP* tales fuerunt — loq. ex iis qui harum *M* 26 persecutores *BP* perscrutatores *M* ut — persecutor est *Petschenig p. 32*

Digitized by Google

fuisse dicuntur: monolinum de albis nouem, reticulum *cum* 8
prasinis undecim, dextrocherium cum costula de hyacin-
this quattuor praeter uestes auratas et gemmis ornatas
ceteraque insignia sponsaliorum.

Adulescens autem ipse Maximinus superbiae fuit in- 28 (2)
solentissimae, ita ut etiam, cum pater suus, homo crude-
lissimus, plerisque honoratis adsurgeret, ille resideret,
uitae laetioris, uini parcissimus, cibi auidus, maxime sil- 2
uestris, ita ut nonnisi aprunam, anates, grues et omnia
captiua ederet. infamabant eum ob nimiam pulchritudi- 3
nem amici Maximi et Balbini et Gordiani et maxime se-
natores, qui speciem illam uelut diuinitus lapsam incor-
ruptam esse noluerunt. denique illo tempore, quo cir- 4
cum Aquileiam muros circumiens cum patre deditionem
urbis petebat, nihil aliud ei quam spurcities obiecta est,
quae longe ab illius fuit uita. uestibus tam adcuratus 5
fuit, ut nulla mulier nitidior esset in mundo. amicis pa- 6
ternis inmane quantum obsecutus est, sed ut donaret ac
largiretur. nam in salutationibus superbissimus erat et 7
manum porrigebat et genua sibi osculari patiebatur, non-
numquam etiam pedes; quod numquam passus est senior
Maximinus, qui dicebat: 'Dii prohibeant, ut quisquam in-
genuorum pedibus meis osculum figat.'

Et quoniam ad Maximinum seniorem reuertimur, res 8
iucunda praetereunda non est. nam cum esset Maximinus
pedum, ut diximus, octo et prope semis, calciamentum c. 6, 8.
eius, id est campagum regium, quidam in luco, qui est
inter Aquileiam et Arciam, posuerunt, quod constitit pede

1 monolium *BPM em. C* cum *addidi* de *add. M* 2 copula *C* iachinctis *B* yachinctis *P* 3 et omnes auratas *B* et omnes regias *P* (r *in ras.*) *M* et gemmis ornatas *scripsi* 9 anetes *BP* 11 maximi *B* 12 uel *M* laspam B^1P (*t. Iord.*) 14 muro B^1 circumueniens *M* 15 spurticies *BP* 18 ut] us *B* 23 ingeiniorum *B* 24 maximas *BP* Maximinas *M* Maximinum seniorem *em. S* 25 iucundae praetereundae non sunt *M* praetereundum *BP em. S* 26 proepe B^1P (*prius* e *sup. lin.*) 28 inter *om. BP* constat *M* pedem *BPM*

Digitized by Google

9 maius fuisse hominis uestigio [mensura]. unde etiam uulgo
tractum est, cum de longis et ineptis hominibus dice-
10 retur 'caliga Maximini'. quod idcirco indidi, ne quis *qui*
Cordum legeret, me praetermisisse crederet aliquid, quod
ad patrem pertineret. sed redeam ad filium.
29 (3) De hoc adulescente Alexander Aurelius ad matrem
suam scribit Mamaeam, cupiens ei sororem suam Theocliam
2 dare, in haec uerba: 'Mi mater, si Maximinus senior dux
noster et quidem optimus non aliquid in se barbarum
contineret, iam ego Maximino iuniori Theocliam tuam de-
3 dissem. sed timeo, ne soror mea Graecis munditiis eru-
dita barbarum socerum ferre non possit, quamuis ipse
adulescens et pulcher et scolasticus et ad Graecas mun-
4 ditias eruditus esse uideatur. haec quidem cogito, sed
te tamen consulo, utrum Maximinum, Maximini filium,
generum uelis an Messalam ex familia nobili, oratorem
potentissimum eundemque doctissimum et, nisi fallor, in
5 rebus bellicis, si adplicetur, fortem futurum.' Haec
Alexander de Maximino. de quo nos nihil amplius habe-
mus dicere.
6 ⁋Sane ne quid praetermissum esse uideatur, etiam
epistulam indidi patris Maximini, imperatoris iam facti,
qui dicit idcirco se etiam filium suum appellasse im-
peratorem, ut uideret uel in pictura uel in ueritate,
7 qualis esset iunior Maximinus in purpura. fuit autem
talis epistula: 'Ego cum propter adfectum, quem pater
filio debet, Maximinum meum imperatorem appellari per-
misi, tum etiam, ut populus Romanus et senatus ille an-
tiquus iuraret se numquam pulchriorem imperatorem
8 habuisse.' Vsus autem est idem adulescens et aurea

1 uestigii *S* atque mensura *M* mensura *uncis inclusi* 3 qui *addidi*, si *Petschenig p. 55* 5 rem *BPM em. Kellerbauer p. 640* 7 mameam *BP* theoclitiam *B* theodiam *P t. Iord.* 8 si] sim B^1 13 scolasticum BP^1 scholasticus sit ita ut ad *Krauss p. 17* ad *om.* P^1 20 quod dicere *BP* quod diceremus *M* quod *del. Gr. an* adicere? 21 ne *B sup. lin.* 25 praetura *M in P* pur *in ras.* 26 praeter *BP* 30 autem et *BP* est autem *M* autem est *scripsi*

Digitized by Google

lorica exemplo Ptolomaeorum, usus est et argentea, usus
et clypeo gemmato inaurato et hasta inaurata. fecit et spatas 9
argenteas, fecit etiam aureas et omnino quicquid eius pul-
chritudinem posset iuuare. fecit et galeas gemmatas, fecit et
bucculas.⟧

Haec sunt quae de puero sciri et dici decuit. reli- 10
qua qui uolet nosse de rebus Veneriis et amatoriis, qui-
bus eum Cordus aspergit, eundem legat; nos enim hoc
loco finem libri faciemus, ad alia, ut iubetur uelut pu-
blico iure, properantes.

⟦Omina sane imperii haec fuerunt: serpens dormienti 30(4)
caput circumdedit. posita ab eodem uitis intra annum
ingentes uuas purpureas attulit et mirae magnitudinis
facta est. scutum eius sub sole arsit. lanceola sic fissa 2
est fulmine, ut tota etiam per ferrum finderetur et duas
partes faceret. quando dixerunt haruspices duos impe-
ratores non diuturnos ex una domo isdem nominibus fu-
turos. lorica patris eius non, ut solet, ferrugine sed tota 3
purpureo colore infecta a plurimis uisa est. Filio autem 4
haec fuerunt: cum grammatico daretur, quaedam parens
sua libros Homericos omnes purpureos dedit aureis litte-
ris scriptos. ipse puerulus cum ad cenam ab Alexandro 5
esset rogatus in patris honorem, quod ei deesset uestis
cenatoria, ipsius Alexandri accepit. cum infans esset, 6
subito per publicum ueniente uehiculo Antonini Caracalli,
quod uacuum erat, conscendit et sedit et uix aegreque a
mulionibus carrucariis deturbatus est. nec defuerunt, 7
qui cauendum infantem dicerent Caracallo. tum ille
dixit: 'Longe est, ut mihi iste succedat.' erat enim illo
tempore inter ignobiles et nimis paruus.

ri
1 loca *B* pholomeorum *BP*[1] (*ut uid.*) ptol. *P*[2] usus est et *Kellerbauer p. 634* 4 fecit et galeas — bucculas *Gemoll p. 10 ponit post* h. inaurata 6 didici *BP* 15 scinderetur *M* 21 omericos *BP* 28 carocallo *B* 29 succedat iste *M*

Digitized by Google

31 (5) Mortis omina haec fuerunt: uenienti contra Maximum
et Balbinum Maximino cum filio, mulier quaedam passis
crinibus occurrit lugubri habitu et exclamauit: 'Maximini,
Maximini, Maximini', neque quicquam amplius dixit et mor-
tua est. uidebatur enim dicere uoluisse: 'Succurrite.'
2 canes circa tentorium eius in secunda mansione ultra
duodecim ulularunt et animam quasi flendo posuerunt ac
3 prima luce mortui sunt deprehensi. lupi [urbem] quin-
genti simul ingressi sunt in eam urbem, in qua se Maxi-
minus contulerat; plerique dicunt Hemonam, alii Archi-
meam, certe quae deserta a ciuibus uenienti Maximino
4 patuit. Longum est omnia persequi, quae qui scire desi-
derat, is uelim, ut saepe dixi, legat Cordum, qui haec
omnia usque ad fabellam scripsit.

5 Sepulchra eorum nulla extant. in profluentem enim
cadauera eorum missa sunt, et capita eorum in campo
Martio insultante populo exusta.⸣

32 (6) ⸢Scribit Aelius Sabinus, quod praetermittendum non
fuit, tantam pulchritudinem oris fuisse in filio, ut etiam
caput eius mortui iam nigrum, iam sordens, iam macera-
tum, diffluente tabo, uelut umbra pulchri oris uideretur.
2 denique cum ingens gaudium esset, quod caput Maximini
uideretur, prope par maeror erat, quod et filii pariter
3 portaretur. Addidit Dexippus tantum odium fuisse Ma-
ximini, ut interfectis Gordianis uiginti uiros senatus crea-
uerit, quos opponeret Maximino. in quibus fuerunt Bal-
binus et Maximus, quos contra eum principes fecerunt.
4 Idem addidit in conspectu Maximini iam deserti a mili-
tibus et praefectum praetorio ipsius et filium eius occi-
5 sum. Nec desunt historici, qui dicant ipsum Maximinum,
ubi desertus est et ubi filium interemptum ante oculos

1 omnia *BP* 3 *an* Maximinis? 6 tentoriam *B* 7 ulurarunt P^1 8 urbem *uncis inclusi* (*Eyssenh.*) 12 desideratus B^1 15 profuentem B^1P^1 21 uel umbrae pulchrioris *BPM em. Haupt op. III 422* (*Cornelissen p. 255*) 24 addit *M* 28 conspectum *P* mil. anolinum et P^3M

suos uidit, manu sua se interfecisse, ne quid ei muliebre
contingeret.⸣

⸢Praetereundum ne illud quidem est, quod tanta fide 33(7)
Aquileienses contra Maximinum pro senatu fuerunt, ut
funes de capillis muliebribus facerent, cum deessent
nerui ad sagittas emittendas. quod aliquando Romae 2
dicitur factum, unde in honorem matronarum templum
Veneri Caluae senatus dicauit.⸣

⸢Sane quod nullo in loco tacendum est, cum et Dexip- 3
pus et Arrianus et multi alii Graeci scripserunt Maximum
et Balbinum imperatores contra Maximinum factos, Ma-
ximum autem cum exercitu missum et apud Rauennam
bellum parasse, Aquileiam autem nisi uictorem non ui-
disse: Latini scriptores non Maximum sed Puppienum
contra Maximinum apud Aquileiam pugnasse dixerunt
eundemque uicisse. qui error unde natus sit, scire non 4
possum, nisi forte idem est Puppienus qui Maximus.
quod ideo testatum posui, ne quis me hoc nescisse cre- 5
deret, quod re uera magnum stuporem ac miraculum
crearet.⸣

2 congingeret *P*[1] 5 mulieribus *BP em. Gr.* mulierum *M* 7 matronr̃rū *B*[1] 10 Arrianus] Herodianus *Brocks p. 3, uid. Philol. XXXXIII p. 169 sq.* 11 babinum *B* 12 exercitum *BP* rabennam *BP* 13 aquileia *BP*[1] 14 scriptorores *B*[1] sceptores *P*[1] pupienum *B* dupienum *M* 17 pupienus *B* dupienus *M* 19 manum *B* quod re uera — creat *uncis inclusit Eyssenh.* creat *BPM* crearet *scripsi.* [*uita est in B et P sine subscriptione.*]

Digitized by Google

GORDIANI TRES

IVLI CAPITOLINI

1 Fuerat quidem consilium, uenerabilis Auguste, ut
singulos quosque imperatores exemplo multorum libris
2 singulis ad tuam clementiam destinarem. nam id multos
3 fecisse uel ipse uideram uel lectione conceperam. sed
inprobum uisum est uel pietatem tuam multitudine disti-
nere librorum uel meum laborem plurimis uoluminibus
4 occupare. quare tres Gordianos hoc libro conexui, con-
sulens et meo labori et lectioni tuae, ne cogereris pluri-
mos codices uoluendo unam tamen paene historiam lecti-
5 tare. sed ne ego, qui longitudinem librorum fugi mul-
titudinemque uerborum, in eam incurrisse uidear, quam
me urbane declinare confingo, iam rem adgrediar.

2 Gordiani non, ut quidam inperiti scriptores locuntur,
duo sed tres fuerunt, idque docente Arriano, scriptore
Graecae historiae, docente item Dexippo, Graeco auctore,
potuerunt addiscere, qui etiamsi breuiter, ad fidem tamen
2 omnia persecuti sunt. Horum Gordianus senior, id est
primus, natus est patre Maecio Marullo, matre Vlpia Gor-

1 incipit Gordianus *BP* Iulii Capitolini liber de rebus gestis Gordianorum *M* 5 multo *B* 7 $\overset{\text{i}}{\text{u}}$sum *B* 8 laboriem *B*[1] 9 consuleris *B* (*in P* ns *in ras.*) 11 uolendo *BP*[1] 13 in ean *B* 14 a me *P*[2] urbane *del. C* 16 Herodiano *Brocks p. 3, uid. ad XVIIII 33,3* 17 Dexippo, item Gr. *Kellerbauer p. 640* 18 tam *P*[1] 20 ex patre *M* mecio *BPM*

Digitized by Google

diana, originem paternam ex Gracchorum genere habuit,
maternam ex Traiani imperatoris, patre, auo, proauo con-
sulibus, socero, prosocero et item alio prosocero et duo-
bus absoceris consulibus, ipse consul ditissimus ac po- 3
tentissimus, Romae Pompeianam domum possidens, in
prouinciis tantum terrarum habens quantum nemo priua-
tus. post consulatum, quem egerat cum Alexandro, ad 4
proconsulatum Africae missus est ex senatus consulto.

Sed priusquam de imperio eius loquar, dicam pauca 3
de moribus: adulescens cum esset Gordianus, de quo 2
sermo est, poemata scripsit, quae omnia extant, et qui-
dem cuncta illa quae Cicero, id est Marium et Aratum et
Halcyonas et Vxorium et Nilum. quae quidem ad hoc
scripsit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua uiderentur.
scripsit praeterea, quemadmodum Vergilius Aeneidos et 3
Statius Achilleidos et multi Alexandriados, ita etiam ille
Antoniniados, hoc est Antoninum Pium et Antoninum Mar-
cum, uersibus disertissimis libris triginta uitam illorum
et bella et publice priuatimque gesta perscribens. et 4
haec quidem puerulus. postea uero ubi aduleuit, in
Athenaeo controuersias declamauit, audientibus etiam
imperatoribus suis.

Quaesturam magnificentissimam gessit. aedilitatis suae 5
tempore duodecim populo Romano munera, id est per

1 graecorum *BP* 2 proauo *in marg. B* 4 obsoceris *BP* 7 ipsos consulatum *BP* ipse consulatum *M* ipse post consulatum *scripsi in ed. pr.*, priuatus post cons. *Kellerbauer p. 640* is pos consul. *Petschenig p. 10* 8 misus *B* 9 parca B^1 11 pomata B^1P^1 (*corr.* P^3) 12 et de *BP* ex de *M* edidit *S* id est *scripsi* merio *BPM em. S* arathum *BP* 13 balcyonas *BP*(*M*) Alcyonas *uolg.* Halcyonas *scripsi* Lusorium *Vnger p. 499* et Nilum] et Limona *C* et Linum *Vnger p. 500* et Nisum *Giambelli p. 453* 14 poeta *BP* 15 eineidos *BP* 16 alii elidos BP^1 (yliados P^3 eliados *M*) alii eidos (*uel* iados) *Nieländer Fleckeis. ann. 1877 p. 872* Alexandriados *Vnger p. 500. 218* 20 uero *om.* B^1 21 atheneo *BPM* controuersiis *BPM em. C* 22 sui *BP* 23 magnificentissime *M* 24 populi romani *BPM* mune P^1

Digitized by Google

singulos menses singula de suo exhibuit, ita ut gladia-
torum nonnumquam quingena paria exhiberet, numquam
6 minus centenis quinquagenis. feras Libycas una die cen-
tum exhibuit, ursos una die mille. extat silua eius me-
morabilis, quae picta est in domo rostrata Cn. Pompei,
quae ipsius et patris eius et proaui fuit, quam Philippi
7 temporibus uester fiscus inuasit. in qua pictura etiam
nunc continentur cerui palmati ducenti mixtis Brittannis,
equi feri triginta, oues ferae centum, alces decem, tauri
Cypriaci centum, strutiones Mauri miniati trecenti, onagri
triginta, apri centum quinquaginta, ibices ducenti, dam-
8 mae ducenti. haec autem omnia populo rapienda con-
4 cessit die muneris, quod sextum edebat. Praeturam no-
bilem gessit. post iuris dictionem consulatum primum
iniit cum Antonino Caracallo, secundum cum Alexandro.
2 Filios duos habuit, illum consularem, qui cum ipso Au-
gustus appellatus est, qui iuxta Carthaginem in Africa
bello absumptus est, et filiam Maeciam Faustinam, quae
3 nupta est Iunio Balbo, consulari uiro. In consulatibus
clarior fuit sui temporis consulibus, ita ut ei Antoninus
inuideret, modo praetextas eius, modo latum *clauum*,
4 modo circenses ultra imperatorium mirans modum. pal-
matam tunicam et togam pictam primus Romanorum pri-
uatus suam propriam habuit, cum ante imperatores etiam
5 uel de Capitolio acciperent uel de Palatio. equos Siculos
centum, Cappadoces centum permittentibus imperatoribus
factionibus diuisit. et per haec populo satis carus, qui
6 semper talibus commouetur. Cordus dicit in omnibus
ciuitatibus Campaniae, Etruriae, Vmbriae, Flaminiae, Pi-

1 sua *B* 2 quingenua B^1 3 libicas *BP* 5 $\widetilde{GN}$ *BP* (*in B in ras.*) 8 ducentis m. brittanni *BP* 9 auri *B* 10 cypriani B^1 11 ari BP^1 dammae ducentae *M* 12 sextam P^1 16 unum *M* filium *S* 17 carthaninem P^1 17 maetiam *BPM* 21 clauum *om. BP* 23 proprium B^1 24 eam *inserit Bährens ante* etiam *uel post uel* quam ante *scribit p. 657* 25 uel *om. M* Sic. a centum B^1 (*an* ccc?) 29 ętruria et BP^1 etruriae et P^2 flaminae BP^1

Digitized by Google

ceni de proprio illum per quadriduum ludos scaenicos et
iuuenalia edidisse. ⟨Scripsit et laudes soluta oratione 7
omnium Antoninorum, qui ante eum fuerunt. tantum
autem Antoninos dilexit, ut sibi quoque, ut multi dicunt,
Antonini, ut plerique autem adserunt, Antonii nomen ad-
scripserit. iam illud satis constat, quod filium, Gordi- 8
anum nomine, Antonini signo inlustrauerit, cum apud
praefectum aerarii more Romano professus filium publicis
actis eius nomen insereret.⟩ Post consulatum proconsul 5
Africae factus est adnitentibus cunctis, qui Alexandri im-
perium etiam in Africa clarum per proconsulis dignitatem
haberi atque esse uoluerunt. Extat epistola ipsius Ale- 2
xandri, qua senatui gratias agit, quod Gordianum ad
Africam proconsulem destinauerit. cuius hoc exemplum 3
est: 'Neque gratius mihi quicquam, p. c., neque dulcius
potuistis efficere, quam ut Antoninum Gordianum pro-
consulem ad Africam mitteretis, uirum nobilem, magna-
nimum, disertum, iustum, continentem, bonum' et reliqua.
ex quo adparet, quantus uir eo tempore Gordianus fuerit. 4
amatus est ab Afris ita, ut nemo antea proconsulum, ita 5
ut eum alii Scipionem, Catonem alii, multi Mucium ac
Rutilium aut Laelium dicerent. extat eorum adclamatio, 6
quae a Iunio in litteris relata est. nam cum quadam 7
die factum imperatorium legeret atque a proconsulibus
Scipionibus coepisset, adclamatum est: 'Nouo Scipioni,
uero Scipioni, Gordiano proconsuli.' haec et alia fre-
quenter audiuit.

Et erat quidem longitudine Romana, canitie decora 6
et pompali uultu, ruber magis quam candidus, facie bene
lata, oculis, ore, fronte uerendus, corporis qualitate sub-
crassulus, moribus ita moderatus, ut nihil possis dicere, 2

2 iuuenilia B^1 oratione soluta B^1 7 et signo *M* illustrauit *M* 10 imperatorium *BP* 11 proconsulus B^1 12 episto P^1 17 et magnanimum *M* 21 ut cum aliis *BP* multi// *B* 22 admatio P^1 25 spicio ne *B* spione *P* 26 alia] *fort.* talia 29 facie geniata *Gemoll p. 11*

quod ille aut cupide aut inmodeste aut nimie fecerit.
3 adfectus suos unice dilexit, filium et nepotem ultra
4 morem, filiam et neptem religiose. socero suo An-
nio Seuero tantum detulit, ut in familia eius quasi
filium migrasse se crederet, numquam cum eo lauerit,
numquam illo praesente sederit ante praeturam. con-
5 sul cum esset, aut in domo eius semper mansit aut,
si in Pompeiana domo, ad illum uel mane uel sero pro-
6 cessit. Vini parcus, cibi parcissimus, uestitu nitidus,
lauandi cupidus, ita ut et quarto et quinto in die lauaret
7 aestate, hieme secundo. somni plurimi, ita ut in tricli-
niis, si forte apud amicos ederet, etiam sine pudore dor-
miret. quod uidebatur facere per naturam, non per ebrie-
tatem atque luxuriem.

7 Sed boni mores nihil ei profuerunt. hac enim uita
uenerabilis, cum Platone semper, cum Aristotele, cum
Tullio, cum Vergilio ceterisque ueteribus agens alium
2 quam merebatur exitum passus est. nam cum tempori-
bus Maximini, hominis saeui atque truculenti, pro con-
sule Africam regeret, *filio* iam ex consulibus sibimet legato
a senatu dato, cumque quidam rationalis acrius contra
plurimos Afrorum saeuiret, quam Maximinus ipse patere-
tur, proscribens plurimos, interficiens multos et sibi ultra
procuratorem omnia uindicans, retunsus deinde a pro-
consule atque legato nobilibus et consularibus uiris
ipsis minaretur excidium, Afri tam insolentes iniurias
ferre nequiuerunt et primum ipsum rationalem adiunctis
3 sibi plerisque militibus occiderunt. occiso deinde eo,

1 modeste B^1 3 nepotem B^1 5 ut numquam *M* laberit *BP* 6 ille *B* 8 in] *in B in ras.* 10 labandi BP^2 l//andi P^1 11 eme *P t. Iord.* in hieme *M* 12 amicos eius B^1 15 haec *BP* hic *M em. S* uitae BP^1 18 temporis P^1 20 filio *add. S* eique *add. M* legato *om. M* 21 *post* contra B^1 *add.* maxi 23 ultro procurationem *M* 24 petunsus BP^2 petensus P^1 25 cum nobilibus *M* 26 ipse *M* et iudium *BP* cumque *M em. Puteanus* 27 ferre *om.* P^1 nequirent pr. *M*

Digitized by Google

cum iam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet,
coeperunt cogitare, quemadmodum seditio inter Maximi-
nianos et rusticos uel Afros orta placaretur. tunc qui- 4
dam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, iuxta
Tysdrum nobilissima posthac oratione apud plebem uel
urbanam uel rusticanam in agro suo uelut contionabun-
dus est locutus: 'Gratias dis inmortalibus, ciues, quod 8
occasionem dederunt, et quidem necessariam, prouidendi
nobis contra hominem furiosissimum Maximinum. nos 2
enim, qui procuratorem eius moribus et uitae consimi-
lem occidimus, nisi facto imperatore salui esse non pos-
sumus. quocirca, si placet, quoniam non longe est nobi- 3
lissimus uir pro consule cum filio, consulari legato, quo-
rum utrique mortem pestis illa est minata, sublata de
uexillis purpura imperatores eos dicemus adhibitisque
insignibus Romano iure firmabimus.' tunc adclamatum 4
est: 'Aequum est, iustum est. Gordiane Auguste, di te
seruent. feliciter imperes, cum filio imperes.'

His actis propere uentum est ad oppidum Tysdrum, 5
inuentusque senex uenerabilis post iuris dictionem iacens
in lectulo, qui circumfusus purpura humi se abiecit ac
retrectans eleuatus est. et cum aliud facere nihil posset, 6
euitandi periculi gratia, quod *a* Maximinianis dubie, *a* fau-
toribus necessario imminebat, imperatorem se appel-
lari senex passus est. erat autem iam octogenarius et 9
plurimis prouinciis, ut diximus, ante praefuerat; populo c. 5, 1.
Romano ita commendatus suis actibus erat, ut toto dignus

2 seditio *om. M* 3 uel Afros *del. Eyssenh.* ortae inimicitiae placarentur *M* 4 Mauritius *BPM* deturio *B*[1] iusta *B* 5 tystrum *B* nobilissime *BPM* nobilissimae prosapiae hac oratione *S* post haec *M* 6 contianabundus *B* 7 gratias habeo *M* 8 occansionem *BP*[1] 16 firmamus *BP* 18 fel. imperatores *BPM* fel. imperes *em. S* 21 lecto *M* 22 retractans *M* 23 quod maximinianis necessario fautoribus dubie imminebat *BP* quod a Maximini fautoribus dubie imm. *M* quod *a* Maximinianis dubie, *a* fautoribus necessario imm. *scripsi cf. Herod. VII 5, 5* 25 senex *om. M* octogenarios *P*[1] 27 erat *del. Gr.*

Digitized by Google

2 uideretur imperio. Alii quidem occiso ..... Gordianus ante
nescierat. sed ubi rem conperit, iam mortis uicinus et
filio magis timens, maluit honestas causas habere mo-
riendi quam dedi uinculis et carceri Maximini.
3 Appellato igitur Gordiano imperatore iuuenes, qui
auctores huius facinoris erant, statuas Maximini deiece-
runt, imagines perfregerunt, nomen publicitus èraserunt.
4 ipsum etiam Gordianum Africanum appellauerunt. ad-
dunt quidam Africani cognomentum Gordiano idcirco
inditum, non quod in Africa imperare coepisset, sed quod
5 de Scipionum familia originem traheret. ⟨In plurimis
autem libris inuenio et hunc Gordianum et filium eius
pariter imperatores appellatos et Antoninos cognominatos,
6 *in* aliis uero Antonios.⟩ Post hoc Carthaginem uentum
cum pompa regali et fascibus laureatis, filiusque legatus
patris, exemplo Scipionum, ut Dexippus Graecae histo-
riae *scriptor* auctor est, pari potestate succinctus est.
7 missa deinceps legatio Romam est cum litteris Gordiano-
rum haec, quae gesta fuerant in Africa, indicans, quae per
Valerianum, principem senatus, qui postea imperauit,
8 gratanter accepta est. missae sunt et ad amicos nobiles
litterae, ut homines potentes et rem probarent et ami-
ciores fierent ex amicis.

1 occiso] *lacunam, quam significaui, falso sic explent* P^3 *Vat. M:* iuuene Gordiano filio suo (*etiam* quod *add. M*), *neque quidquam iuuant Casauboni aut Salmasi transpositiones. Herodianum l. s. secutus haece fere in animo habuisse Capitolinum coniecerim:* et illum (*i. e.* rationalem) quidem occisum Gordianus ante nescierat et q. s. *cf. XVIIII 14. sed fortasse plura uerba interciderunt, quibus* 'aliorum' *expositio causarum, cur Gordianus se imperatorem appellari passus esset, adnexa erat.* de rationali quidem occiso Gord. *Bährens p. 657* rationali dicunt eum statim esse Augustum appellatum, quod *addit Rübel p. 6* 4 uinculus est *B* et *in P in ras.* 5 iuuene// *P* 9 africanum B^1 cognomento BP^1 13 et Antoninos — Antonios *del. Gemoll p. 11* 14 alii *BPM* in aliis *scripsi* 17 scriptor *om. BPM add. Eyssenh.* rari *B* erarii P^3 *in ras.* gladii *M* pari *scripsi hist. crit. p. 22* succinetus B^1 19 gesto P^1

Digitized by Google

Sed tanta gratulatione factos contra Maximinum im- 10
peratores senatus accepit, ut non solum gesta haec pro-
barent sed etiam uiginti uiros eligerent, inter quos erat
Maximus siue Puppienus et Clodius Balbinus. qui ambo
imperatores sunt creati, posteaquam Gordiani duo in
Africa interempti sunt. illos sane uiginti senatus ad hoc 2
creauerat, ut diuideret his Italicas regiones contra Maxi-
minum pro Gordianis tuendas. tunc legationes a Maxi- 3
mino Romam uenerunt abolitionem praeteritorum spon-
dentes. sed uicit Gordianorum legatio, quae bona omnia 4
pollicebatur, ita ut eidem crederetur et ingens militibus
stipendium et populo agros atque congiaria promittenti.
usque adeo autem magis Gordianis quam Maximinis est 5
creditum, ut Vitalianus quidam, qui praetorianis militibus
praeerat, per audacissimos quaestorem et milites iussu
senatus occideretur, quod se antea crudeliter egerat, et
tunc eius magis inmanitas timebatur, amica et familiaris
moribus Maximini. de cuius morte haec fabella fertur. 6
fictae sunt litterae Maximini, signatae quasi eiusdem
anulo, et missi cum quaestore milites, qui eas ferrent, ad-
dentes quaedam praeter litteras secreto esse dicenda.
longam igitur porticum petiuerunt, et cum ille ea, quae 7
sibi erant secreto dicenda, perquireret, hortantibus, ut
prius signum inspiceret epistolae, dum considerat, in-
teremptus est. persuasum deinde est militibus iussu 8
Maximini Vitalianum interemptum. peractisque rebus in
castris Gordianorum et litterae et uultus sunt propositi.

Interest, ut senatus consultum, *quo* Gordiani impera- 11

4 maximinus *BP*^{1} (*ut uid.*) puppeienus *BP t. Iord.* Clodius] *uid. ad XVIIII 20,1* albinus *B* 6 africam *B*^{1} (*P t. Iord.*) 8 maximo *B*^{1} 12 et *om. M* promittendi *BPM em. S* 13 quamquam *BP t. Iord.* 15 audacissimas *BP fort.* per audacissimum quaestorem. per quaestorem et audacissimos milites *Bährens p. 657, at cf. Herod. VII 7,5* 16 occiderunt *BPM* 17 ut amici et familiaris *Klein p. 286* 18 fabella// *P* 19 pictę *B* 23 perquaereret *B* 25 iussum *BP* 28 quo *om. BP* cum *add. Petschenig p. 32*

tores appellati sunt et Maximinus hostis, litteris propage-
2 tur: Non legitimo sed indicto senatus die consul iam
domi conuentus cum praetoribus, aedilibus et tribunis
3 plebis uenit in curiam. praefectus urbi, cui nescio quid
redoluerat, et qui publicas litteras non acceperat, a con-
uentu se abstinuit. sed profuit, nam consul ante solitas
adclamationes, priusquam aliquid in Maximinum feliciter
4 diceretur, ait: 'P. c., Gordiani duo, pater et filius, ambo
ex consulibus, unus uester pro consule, alter uester le-
gatus, magno Afrorum consilio imperatores sunt appel-
5 lati. gratias igitur agamus Tysdritanae iuuentuti, gratias
Carthaginiensi populo semper deuoto: ab inmani nos
6 belua, ab illa fera uindicauerunt. quid timide auditis?
quid circumspicitis? quid cunctamini? hoc est quod sem-
7 per optastis. hostis est Maximinus: di facient, ut esse
iam desinat, et Gordiani senis felicitatem atque pruden-
tiam, iuuenis uirtutem atque constantiam laeti experia-
8 mus.' Post haec litteras legit Gordianorum ad sena-
9 tum et ad se missas. tunc *ad*clamauit senatus: 'Di
uobis gratias. liberati ab hostibus sumus: sic penitus li-
beremur. Maximinum hostem omnes iudicamus. Ma-
10 ximinum cum filio dis inferis deuouemus. Gordianos
Augustos appellamus. Gordianos principes agnoscimus.
imperatores de senatu di conseruent, imperatores nobi-
les uictores uideamus, imperatores nostros Roma uideat.
hostes publicos qui occiderit, praemium meretur.'
12 Dicit Iunius Cordus tacitum senatus consultum fuisse.
quod quale sit aut quare sic appellatum, breui exponam:
2 omnino exemplum senatus consulti taciti non aliud est

1 propagentur *BPM* 4 cia *B* 7 addamnationes *B*^{1} 9 consib *B* consubus *P*^{1} (*prius* u *in ras.*) 11 tydritanae *BP*^{1}*M* (*corr.* *P*^{3}) 13 uelua *BP*^{1} sera *B* 15 faciant *M* 16 gordiani s *P*^{1} enis *add.* *P*^{2} feliciter *B*^{1} 17 experiamur *M* 19 clamauit *BPM* adclamauit *scripsi* 20 si *BPM* sic *Mommsen* 22 deuocemus *BP* 26 merebitur *M* 27 istu *B* istutt *P*^{3} *in ras.* istud *M* tacitum *scripsi*, *P*^{3} *inserit* tacitum *post* senatus consultum 28 quales ita ut *B* sit *P*^{3} *in ras.* 29 consultu *B*

Digitized by Google

hodie, quam quo uestra clementia conuocatis ad interiora
maioribus ea disponit, quae non sunt omnibus publicanda.
de quibus adiurare etiam soletis, ne quis ante rem com-
pletam quicquam uel audiat uel intellegat. hunc au- 3
tem morem apud ueteres necessitates publicae reppere-
runt, ut, si forte aliqua uis ab hostibus immineret, quae
cogeret uel humilia captare consilia uel aliqua constituere,
quae non prius oporteret dici quam effici, uel si nollent
ad amicos aliqua permanare, senatus consultum tacitum
fieret, ita ut non scribae, non serui publici, non censuales
illis actibus interessent, senatores exciperent, senatores
omnium officia censualium scribarumque conplerent, ne
quid forte proderetur. Factum est ergo senatus consul- 4
tum tacitum, ne res ad Maximinum perueniret. Sed 13
statim illa, ut se habent hominum mentes, eorum dum-
taxat qui erubescunt per se ea non agnosci, quae sciunt,
et qui humiles se putant, si commissa non prodant,
omnia conperit Maximinus, ita ut exemplum senatus
consulti taciti acciperet, quod numquam antea fuerat fac-
titatum. Extat denique eius epistula ad praefectum urbi 2
talis: 'Senatus consultum tacitum nostrorum illorum
principum legi, quod tu, praefectus urbi, factum esse
fortasse non nosti, nam nec interfuisti. cuius exemplum
ad te misi, ut scires, quomodo Romanam rem p. regeres.'
⟨Enarrari autem non potest, quae commotio fuerit Ma- 3
ximini, cum audiuit contra se Africam desciuisse. nam 4
senatus auctoritate percepta incurrere in parietes, ue-
stem scindere, gladium arripere, quasi omnes posset oc-
cidere, prorsus furere uidebatur.⟩ Praefectus urbi accep- 5

1 quod *BPM em. S* 2 maioribus] *an sanum?* (clarioribus?) 6 quem *BP* 7 uel cogeret *M* 9 permanere *B* 13 quit *B* 14 citum BP^1 (*corr.* P^3) 15 ille *BPM em. Eyssenh.* haberent B^1 16 fiunt *E. Müller in Ersch u. Gruber Encykl. I. LXXIIII p. 313* 18 maximus B^2

27 parientes B^1P^1 28 omnes] senatores *Kellerbauer p. 640* 29 prorsus f. uidebatur *del. Bährens p. 657, post* uidebatur *lacunam statuit et pro* acrioribus *scribit* a Gordianis *uel* ab imperatoribus *Kellerbauer p. 641*

Digitized by Google

tis litteris acrioribus populum et milites adlocutus est,
6 dicens Maximinum iam occisum. ex quo gaudium maius
fuit, statimque deiectae sunt statuae atque imagines
7 eius, qui hostis fuerat iudicatus. ⸢Vsus est sane sena-
tus pendente bello potestate, qua debuit. nam delato-
res, calumniatores, procuratores et omnem illam faecem
8 Maximinianae tyrannidis occidi iussit. atque parum fuit
quod senatus iudicauerat, illud populi iudicium fuit, quod
9 occisi tracti sunt et in cloacam missi. tunc et praefectus
urbi Sabinus, consularis uir, fuste iam percussus occisus
et in publico derelictus est.⸣

14 Haec ubi comperit Maximinus, statim cohortatus est
milites hoc genere contionis: 'Sacrati conmilitones,
immo etiam mi consecranei et quorum mecum plerique
uere militatis, dum nos a Germania Romanam defendi-
mus maiestatem, dum nos Illyricum a barbaris uindica-
2 mus, Afri fidem Punicam praestiterunt. nam duos nobis
Gordianos, quorum alter senio ita fractus est, ut non pos-
sit adsurgere, alter ita luxurie perditus, ut debilitatem
3 habeat pro senectute, imperatores fecerunt. et ne hoc
parum esset, factum Afrorum nobilis ille senatus agno-
uit, et pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos
uiginti uiros statuerunt et omnes uelut contra hostes sen-
4 tentias protulerunt. quin immo agite, ut uiros decet:
properandum est ad urbem. nam et uiginti uiri consula-
res contra nos lecti sunt, quibus resistendum est nobis
5 fortiter agentibus, uobis feliciter dimicantibus.' Lentas
militum mentes et non alacres animos hac contione et

2 magis *BP* m. f. gaudium *M* 6 facem *BPM* faecem *scripsi* (*Eyssenh.*) 7 Maximianae t. o. senatus *M*
8 illud] aliud *Oberdick p. 741* 9 doacam B^1 10 iam *om. M* 14 mei *M* 15 militastis *Klein p. 286* in Germania *uolg.* 18 affectus *M* 20 prae B^1 21 parum est sed fact. *BPM em. C* 22 hic *BPM* 23 ut *om.* B^1
26 quibusque *BP* 27 lenitas B^1P linitas B^2 28 nos *BP* suorum minus *M em. S* hanc contionem *BP* hic concione *M* et *om. M*

Maximinus ipse cognouit. denique statim ad filium 6
scripsit, qui longe post sequebatur, ut adceleraret, ne
quid contra eum se absente milites cogitarent. littera- 7
rum exemplum tale Iunius Cordus edidit: 'Refert ad te
stipator meus Tynchanius, quae gesta cognoui uel in
Africa uel Romae, refert, quae sint militum mentes.
quaeso, quantum potes, properes, ne quid, ut solet, mili- 8
taris turba plus faciat. quid uerear, ex eo audies, quem
ad te misi.'‖

Dum haec aguntur, in Africa contra duos Gordianos 15
Capelianus quidam, Gordiano et in priuata uita semper
aduersus et ab ipso imperatore iam, cum Mauros Maxi-
mini iussu regeret ueteranus, dimissus, conlectis Mauris
et tumultuaria manu accepto a Gordiano successore Car-
thaginem petit, ad quem omnis fide Punica Carthaginien-
sium populus inclinauit. Gordianus tamen fortunam belli 2
experiri cupiens filium suum iam natu grandiorem, qua-
draginta et sex annos agentem, quem tunc legati loco, ut
diximus, habuerat, contra Capelianum et Maximinianos c. 9, 6.
misit, uirum de cuius moribus suo loco dicemus. sed 3
cum in re militari et Capelianus esset audacior et Gor-
dianus iunior non tam exercitatus, quippe qui nobilitatis
deliciis tardabatur, pugna commissa uincitur et in eodem
bello interficitur. fertur autem tanta multitudo Gordiani 16
partium in bello cecidisse, ut, cum diu quaesitum sit
corpus Gordiani iunioris, non potuerit inueniri. ⟨fuit 2
praeterea ingens, quae raro in Africa est, tempestas, quae
Gordiani exercitum ante bellum ita dissipauit, ut minus
idonei milites proelio fierent, atque ita facilis esset Cape-
liani uictoria.⟩ haec ubi comperit senior Gordianus, cum 3
in Africa nihil praesidii, et a Maximino multum timoris

1 spe *BP* saepe *M* ipse *em. Obrecht* 4 dicit *M* 5 thyncanius *BP* Tycanius *M em. S* 6 roma *BP* 13 ueteranus *B*[1] 14 accepto a G. successore *post* dimissus *transponit S*, *delet Mommsen* a *om. M* 15 atque omnes *BPM em. S* 20 dicamus *BP*[1] 22 exercitus *M* 23 tardatur *BP* 31 in Afris nihil pr. esset et in Max. *Kellerbauer p. 641*

Digitized by Google

et fides Punica perurgueret, et acerrime Capelianus instaret, luctus deinde mentem atque animum fatigaret, laqueo uitam finiuit.

4 Hic exitus duorum Gordianorum fuit, quos ambos senatus Augustos appellauit et postea inter diuos rettulit.

GORDIANVS IVNIOR

17 Hic Gordiani senis, proconsulis Africae, filius, qui cum patre et ab Afris et a senatu Augustus appellatus est, litteris et moribus clarus fuit praeter nobilitatem. [ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniis duxit.]
2 si quidem argumento ad probandam generis qualitatem alii hoc esse disserant, quod Africanus Gordianus senior appellatus est cognomine Scipionum, quod domum Pompeianam in urbe habuit, qnod Antoninorum cognomine semper est nuncupatus, quod Antonium filium suum ipse significari uoluit in senatu: quae singula uidentur fami-
3 lias designare. sed ego Iunium Cordum sequor, qui dicit ex omnibus his familiis Gordianorum coaluisse nobi-
4 litatem. Idem igitur natus patri primus ex Fabia Orestilla, Antonini pronepte, unde Caesarum quoque familiam
5 contingere uidebatur. et primis diebus sui natalis Antoninus est appellatus, mox in senatu Antoni nomen est editum, uulgo deinde Gordianus haberi coeptus.

18 In studiis grauissimae opinionis fuit, forma conspi-

anno uno
5 *post* rettulit P^3 *add.* imperauerunt mensibus sex; *eadem uerba add. M Vat. 1899* (*om. B*P^1 *Vat. 1898*) imp. autem uno mense, diebus sex *B. Schulz Ztschr. f. Gymnw. XVIIII p. 935* 6 Gordianus iunior *in* B^1 *et P atramento nigro pictum neque quidquam spatii uacuum relictum* 7 hoc *B*P^1 (*ut uid.*) 9 ut nonnulli — duxit *uncis inclusi cf. c. 4,7. 9,5.* quam ut nonnulli *M* 12 desiderant *BP* dixerunt *M* edisserant *S* disserant *scripsi* 15 Antoninum *uolg.* 16 significauit B^1 19 fauia *BP* 20 antoniae *BP* Antonii *M em. C* 21 post suum natalem *Huebner de actis s. p. R. p. 58* 22 antonini *BPM em. Vrsinus* es *BP*

Digitized by Google

cuus, memoriae singularis, bonitatis insignis, adeo ut
semper in scolis, si quis puerorum uerberaretur, ille la-
crimas non teneret. Sereno Sammonico, qui patris eius 2
amicissimus, sibi autem praeceptor fuit, nimis acceptus
et carus, usque adeo ut omnes libros Sereni Sammonici
patris sui, qui censebantur ad sexaginta et duo milia,
Gordiano minori moriens ille relinqueret. quod eum ad 3
caelum tulit, si quidem tantae bibliothecae copia et splen-
dore donatus in famam hominum litterarum decore per-
uenit.

Quaesturam Heliogabalo auctore promeruit, idcirco 4
quod luxurioso imperatori lasciuia iuuenis, non tamen
luxuriosa neque infamis, praedicata est. praeturam Ale- 5
xandro auctore urbanam tenuit, in qua tantus iuris dic-
tionis gratia fuit, ut statim consulatum, quem pater
sero acceperat, mereretur. Maximini seu eiusdem Ale- 6
xandri temporibus ad proconsulatum patris missus lega-
tus est ab senatu, atque illic ea, quae superius dicta c. 7 sqq.
sunt, contigerunt.

Fuit uini cupidior, semper tamen undecumque con- 19
diti, nunc rosa, nunc mastice, nunc absentio ceterisque
rebus, quibus gula maxime delectatur. cibi parcus, ita 2
ut intra punctum temporis uel prandium, si pranderet,
uel cenam finiret. mulierum cupidissimus; habuisse 3
enim decretas sibi concubinas uiginti et duas fertur, ex
quibus omnibus ternos et quaternos filios dereliquid.
appellatusque est sui temporis Priamus, quem uulgo io- 4
cantes, quod esset natura propensior, Priapum, non
Priamum, saepe uocitarunt. uixit in deliciis, in hortis, 5

1 ut *in B s. l.* 2 conlissici *B* scolis P^3 *in ras.* sici P^1 siquis P^3 lacimas P^1 3 sammanico *B* 7 qui gordiano *BPM* 8 et copia spl. *BPM* 9 litterarum P^1

12 luxurioso *B* 18 est obsecutus atque *BPM em. Maduig p. 641* 21 rose n. masticae n. absentii (absinthii *M*) *BPM*

23 si pranderet *del. Gemoll p. 4* 26 reliquit *M* 28 esset ei n. *Klein p. 286* prosperior *M* 29 mortis *B* in ortis *P*

Digitized by Google

in balneis, in amoenissimis nemoribus, nec pater asper-
natus est, saepissime dicens illum quandoque in summa
6 claritate cito esse moriturum. † uita sua nec tamen for-
titudinem bonis umquam degenerauit, semperque inter
inlustrissimos fuit ciues nec rei p. ad consultationem de-
7 fuit. denique etiam senatus libentissime illum Augustum
appellauit atque in eo spem publicam posuit. uestitu
8 cultissimus, seruis et omnibus suis carus. Cordus dicit
9 uxorem eum numquam habere uoluisse. contra Dexippus
putat eius filium esse Gordianum tertium, qui post hoc
cum Balbino et Puppieno siue Maximo puerulus est ad-
eptus imperium.

20 Cum senior Gordianus mathematicum aliquando con-
suleret de genitura huius, respondisse ille dicitur hunc
et filium imperatoris et patrem *et* ipsum imperatorem
2 futurum. et cum senior Gordianus rideret, ostendisse
constellationem mathematicum ferunt et de libris ueteri-
3 bus dictasse, ita ut probaret se uera dixisse. qui quidem
et seni et iuueni et diem et genus mortis et loca, qui-
bus essent perituri, opstinata constantia e ueritate prae-
4 dixit. quae omnia postea Gordianus senior in Africa,
iam imperator et quando nihil timebat, narrasse perhibe-
tur, de morte quin etiam sua filiique et de genere mortis
5 dixisse. cantabat praeterea uersus senex, cum Gordianum
filium uidisset, hos saepissime:

Verg. Aen. VI 869–71.

'Ostendent terris hunc tantum fata neque ultra
esse sinent. nimium uobis Romana propago
uisa potens, superi, propria haec si dona fuissent.'

1 amoenissimi//s *P* 3 uita sua hac tamen fortitudine a bonis numquam deg. *S* uitam suam *cum antec. coniungens Obrecht*, uita sua nec tamen fortitudini nec bonis *Oberdick p. 741* fortitudini in bonis *uel* a fortitudine in b. *Bährens p. 657* 4 fortitudinem bonis *BP* fortitudine a bonis *M* fortunae bonis *Egnat. fort.* fortitudinem eius 5 cibes BP^1 ciuibus *M* consulationem BP^1 (*corr.* P^3) consolationem *M* 10 post hos *Oberdick p. 741* post hac *Bährens p. 657* 15 patrem *om. M* et *add. S* 16 filium B^1 futurum B^2 20 constantiae ueritate *BPM em. Bährens p. 657* 25 hoc *BP* 26 tan-

Digitized by Google

⸢Extant dicta et soluta oratione et uersibus Gordiani 6
iunioris, quae hodie ab eius adfinibus frequentantur, non
magna, non minima sed media et quae appareat hominis
esse ingeniosi sed luxuriantis et suum deserentis inge-
nium.⸣ ⸢Pomorum et olerum auidissimus fuit, *ut*, in re- 21
liquo ciborum genere parcissimus, semper pomorum ali-
quid recentium deuoraret. frigidarum percupidus nec fa- 2
cile per aestatem nisi frigidas et quam plurimas bibit. et
erat corporis uasti, quare magis ad frigidas urguebatur.⸣
Haec de Gordiano iuniore digna memoratus comperi- 3
mus: non enim nobis talia dicenda sunt, quae Iunius Cor-
dus ridicule ac stulte composuit de uoluptatibus dome-
sticis ceterisque infimis rebus. quae qui uelit scire, 4
ipsum legat Cordum, qui dicit, et quos seruos habuerit unusquisque principum et quos amicos et quot paenulas quotue clamydes, quorum etiam scientia nulli rei prodest, si quidem ea debeant in historia poni ab historiografis, quae aut fugienda sint aut sequenda.

⸢Sane quod praetermittendum esse non censui, quia 5
mirabile uisum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui et ipse historiam sui temporis scripsit, in litteras misi Gordianum seniorem Augusti uultum sic repraesentasse, ut et uocem et morem et staturam eiusdem ostentare uideretur, filium uero Pompeio simillimum uisum, quamuis Pompeius obesi corporis fuisse denegetur, nepotem autem, cuius etiam nunc imagines uidemus, Scipi-

tum hunc *BP* 3 esse hominis *M* 4 sed] nec P^3 5 ut *add. Oberdick p. 742 Kellerbauer p. 641* adeo ut *add. uolg. ante* semper. *Oberdick* in rel. — parcissimus *ponit post* deuoraret. 8 quem *BP* quam plurimum *M* bibit] edit *S* 10 memoratu *M* (*in P* s *eras.*) 11 dicentes uncque *B* dicentes unoque *P* nos t. dicere uoluimus *M em. S* 16 quod uel cl. *BP*. clamides *B* quorum tamen *Bährens p. 657* rei *om. M* 17 deant P^1 hystoria *B* storiografis B^1 19 sane quidem [*sic uolg.*] — [scripsit] in litteras misit *Mommsen* 21 iste B^1 ibse B^2 hystoriam *B* 22 misit P^3M sic] sibi *BP* 23 morem] os *S* motum *Draeger Phil. XX p. 524* colorem *Kellerbauer p. 641* 25 obhaesi *BP* denegatur *M*

Digitized by Google

onis Asiatici faciem rettulisse. quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi.⌉

GORDIANVS TERTIVS

22 Post mortem duorum Gordianorum senatus trepidus
et Maximinum uehementius timens ex uiginti uiris, quos
ad rem p. tuendam delegerat, Puppienum siue Maximum
et Clodium Balbinum Augustos appellauit, ambos ex con-
2 sulibus. tunc populus et milites Gordianum paruulum,
annos agentem, ut plerique adserunt, undecim, ut nonnulli,
tredecim, ut Iunius Cordus dicit, sedecim, (nam uicensimo
et secundo anno eum perisse adserit) petiuerunt, ut Cae-
3 sar appellaretur; raptusque ad senatum atque inde in
contione positus indumento imperatorio tectus Caesar est
4 nuncupatus. Hic natus est, ut plures adserunt, ex filia
Gordiani, ut unus aut duo (nam amplius inuenire non
5 potui), ex filio, qui in Africa perit. Gordianus scilicet
Caesar factus apud matrem educatus est et, cum extinctis
Maximinis Maximus etiam et Balbinus militari seditione
interempti essent, qui biennio imperauerant, Gordia-
nus adulescens, qui Caesar eatenus fuerat, et a mili-
tibus et populo et a senatu et ab omnibus gentibus ingenti
amore, ingenti studio et gratia Augustus est appellatus.
6 amabatur autem merito aui et auunculi siue patris, qui
ambo pro senatu et pro p. R. contra Maximinum arma
sumpserunt et militaris uel morte uel necessitate perie-
7 runt. post hoc ueterani ad curiam uenerunt, ut disce-
8 rent, quid actum esset. ex quibus duo ingressi Capito-
lium, cum illic senatus ageretur, ante ipsam aram a
Gallicano ex consulibus et Maecenate ex ducibus inter-

1 administrasne *BP* administratione *M* 3 Gordianus tertius *in BP atramento nigro tenore non interrupto pictum* 5 et B^1 6 diligerat B^1P^1 7 Clodium] *uid. ad XVIIII 20,1* 10 nar *P* 12 inde *deest in P t. Iord.* 14 appellatus *M* 16 scilet *B fort.* sic, *an* licet? *cf. Mommsen Staatsr. II p. 1084 n. 5* 23 auunculis BP^1 25 militari *M* 29 metena *BP* Mecoena *M*

Digitized by Google

empti sunt, atque bellum intestinum ortum est, cum 9
essent armati etiam senatores, ignorantibus ueteranis,
quod Gordianus adulescens solus teneret imperium. [De- 23
xippus quidem adseuerat ex filio Gordiani tertium Gor-
dianum esse natum.] at posteaquam constitit apud uete-
ranos quoque solum Gordianum imperare, inter populum
et milites ac ueteranos pax roborata est, et hic finis belli
intestini fuit, cum esset delatus Gordiano puero consula-
tus. sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, 2
quod eclipsis solis facta est, ut nox crederetur, neque
sine luminibus accensis quicquam agi posset. post haec 3
tamen uoluptatibus et deliciis populus Romanus uacauit,
ut ea, quae fuerant aspere gesta, mitigaret.

Venusto et Sabino conss. inita est factio in Africa 4 a. $\frac{993}{240}$
contra Gordianum tertium duce Sabiniano; quem Gor-
dianus per praesidem Mauretaniae obsessum a coniuratis
ita oppressit, ut ad eum tradendum Carthaginem omnes
uenirent et crimina confitentes et ueniam sceleribus postu-
lantes. Finita igitur sollicitudine in Africa Gordiano iam 5 a. $\frac{994}{241}$
iterum et Pompeiano conss. bellum Persicum natum est.
quando et adulescens Gordianus, priusquam ad bellum 6
proficisceretur, et duxit uxorem filiam Misithei, doctissimi
uiri, quem causa eloquentiae dignum parentela sua putauit
et praefectum statim fecit. post quod non puerile iam et 7
contemptibile uidebatur imperium, si quidem et optimi
soceri consiliis adiuuaretur, et ipse pro parte aliquantu-

3 Dexippus — natum *del. Becker obseru. in script. hist. A. p. 20. cf. c. 19,9. an satis est angulis* ⟨ ⟩ *haec circumscripsisse?* 5 et *BPM* at *C* 9 fuit hoc B^1 10 quid B^1 egly^{n}psis B^1P^1 eclypsis B^2P^2 12 uocauit *B* 13 fuerat *B* apere P^1 15 tercium *P* 16 obsessio *BP fort.* omissum, *cf. Zosim. I 17,1* 17 Carthagine *Reitemeier ad Zosim. l. s.* 18 confitentis *BP* 22 et *om. M* mysithei *BP* Timisithei *fuit uerum nomen, cf. O. Hirschfeld, G. d. Verw. I p. 236 sq.* 26 ut iuuaretur B^1 proprietate B^1 pro pietate B^2PM pro aetate *S* pro parte *scripsi*

Digitized by Google

lum saperet nec per spadones ac ministros aulicos matris
uel ignorantia uel coniuentia uenderetur.
24 ||Extat denique et soceri eius ad eum epistula et ipsius
Gordiani ad socerum, qua intellegitur eius saeculum emen-
datius ac diligentius socero adiuuante perfectum. quarum
exemplum hoc est:
2 'Domino filio et Augusto Misitheus socer et praefec-
tus. Euasisse nos grauem temporum maculam, qua per
spadones et per illos, qui amici tibi uidebantur (erant
autem uehementes inimici), omnia uendebantur, uoluptati
est eo magis, quo tibi gratior emendatio est, ut, si qua
uitia fuerunt, tua non fuisse satis constet, mi fili uenera-
3 bilis. neque enim quisquam ferre potuit datas eunuchis
suffragantibus militum praeposituras, negatum laboribus
praemium, aut interemptos aut liberatos pro libidine atque
mercede, quos non decebat, uacuatum aerarium, per eos,
qui cottidie insidiosissime frequentabant, initas factiones,
ut tu decipereris, cum inter se de bonis pessimi quique
haberent ante consilia tibimet suggerenda, bonos pelle-
rent, detestandos insinuarent, omnes postremo tuas fabu-
4 las uenderent. dis igitur gratias, quod uolente temet ipso
5 emendata res est. delectat sane boni esse principis soce-
rum et eius, qui omnia requirat et omnia uelit scire et
qui pepulerit homines, per quos antea uelut in auctione
positus nundinatus est.'
25 Item Gordiani ad ipsum:
'Imperator Gordianus Augustus Misitheo patri et prae-
fecto. Nisi di omnipotentes Romanum tuerentur imperium,
etiam nunc per emptos spadones uelut in hasta positi
2 uenderemur. denique nunc demum intellego neque Feli-

2 uel *ante* con. *del.* B^2 *om.* *P* conibentia *BP* ignorantiae contuberina *M* uideretur *BP*(*M*) 7 misytheus *B* mysitheus *P* 9 tibi *om.* *B* 10 uehementer *Petschenig p. 27* uendebatur BP^1 11 et eo *BPM* est eo *scripsi* quod *BPM* 15 libine B^1P^1 17 te *post* cottidie *add.* *S* 21 uolente in te *BP* *em.* *Bährens p. 657* 22 resp. *M* 29 asta *BP* ueluti hasta *Cornelissen p. 63* 30 feliciores *M* Feli-

Digitized by Google

ciones praetorianis cohortibus praeponi debuisse, neque Serapammoni quartam legionem credendam fuisse, et, ut omnia dinumerare mittam, non fuisse facienda quae feci; sed diis gratias, quod te insinuante, qui nihil uendis, didici ea, quae inclusus scire non poteram. quid enim facerem, 3
quod † Admau nos uenderet et consilio cum Gaudiano et Reuerendo et Montano habito uel laudaret aliquos uel uituperaret, et illorum consensu quasi testium, quod dixerat, adprobarem? mi pater, uerum audias uelim: miser 4
est imperator, apud quem uera reticentur, qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est, ut audiat et uel audita uel a plurimis roborata confirmet.' His epistolis 5
intellectum est adulescentem soceri consiliis emendatum atque correctum. Et Misithei quidem epistolam Graecam 6
quidam fuisse dicunt, sed in hanc sententiam. Tantum 7
autem ualuit eius grauitas et sanctimonia, ut ex obscurissimo praeter nobilitatem gestis etiam Gordianum clarum principem fecerit. ||

Fuit terrae motus eo usque grauis imperante Gordiano, 26
ut ciuitatis etiam terrae hiatu cum populis deperirent. ob quae sacrificia per totam urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata sunt. et Cordus quidem dicit in- 2
spectis libris Sibyllinis celebratisque omnibus, quae illic iussa uidebantur, mundanum malum esse sedatum.

Sedato terrae motu Praetextato et Attico conss. Gor- 3 a. 995/242
dianus aperto Iano gemino, quod signum erat indicti belli, profectus est contra Persas cum exercitu ingenti et tanto auro, ut uel auxiliis uel militibus facile Persas euinceret. fecit iter in Moesiam atque in ipso procinctu, quicquid 4

cionem *S* (*Kellerbauer p. 641*) 1 cohostibus P^1 3 dinumerarem multa non esse *BP* dinumerare mittam, non fuisse (*sic etiam C et Kellerbauer p. 641*) f. *Haupt op. III 463*
6 ad mauros *BPM* † Admau nos *scripsi* quoad nos mater uend. *Eyssenh.* quoad mater nos uend. *Bährens p. 657* 9 *mihi* adprobaret *Gordianus scripsisse uidetur* audiam, uel *Klein p. 287* 25 praetex^{t}ato *B* 28 euincere *BP* uincere posset *M* euinceret *scripsi* 29 inter moesiam *BP* iter per

Digitized by Google

hostium in Thraciis fuit, deleuit, fugauit, expulit atque sum-
5 mouit. inde per Syriam Antiochiam uenit, quae a Persis
iam tenebatur. illic frequentibus proeliis pugnauit et uicit
6 Sapore Persarum rege summoto. et post Artaxansen et
Antiochiam recepit et Carras et Nisibin, quae omnia sub
27 Persarum imperio erant. rex sane Persarum tantum Gor-
dianum principem timuit, ut, cum instructus esset et suis
copiis et nostris, tamen ciuitatibus ipse praesidia sponte
deduceret easque integras suis ciuibus redderet, ita ut
2 nihil, quod ad eorum fortunas pertinet, adtaminaret. sed
haec omnia per Misitheum, socerum Gordiani eundemque
3 praefectum, gesta sunt. effectum denique est, ut Persae,
qui iam in Italia timebantur, in regnum suum pugnante
Gordiano redirent, totumque orientem Romana res p. de-
tineret.

4 ‖ Extat oratio Gordiani ad senatum, qua de rebus ge-
stis suis scribens Misitheo praefecto suo et socero ingentes
gratias agit. cuius partem indidi, ut ex eo uera cogno-
5 sceres: 'Post haec, p. c., quae, dum iter agimus, gesta
sunt quaeque ubique singulis triumphis digna sunt acti-
tata, etiam Persas, ut breui multa conectam, ab Antio-
chensium ceruicibus, quas iam nexas Persico ferro gere-
6 bant, et reges Persarum et leges amouimus. Carras deinde
ceterasque urbes imperio Romano reddidimus. Nisibin
usque peruenimus et, si dii fauerint, Ctesifonta usque
7 ueniemus. ualeat tantum Misitheus praefectus et parens
noster, cuius ductu et dispositione et haec transegimus et
8 reliqua transigemus. uestrum est igitur supplicationes

M. *Kellerbauer p. 641* 2 anthiociam *BP* in Ant. *M* 4 aesapore *BP*[1] a se Sapore *Petschenig p. 50* Artaxerxem *M* Artaxatam *S* 5 anthiociam *P* nitibi *BP*[1] nitibin *M* 7 et *del. C* 8 et] e *Gr.* copies *BP*[1] cum instructus esset summis copiis, e nostris *Gr.* ciuitatibus *BPM* ciuibus *uolg.* 10 pertineret *M* 16 gestis *om. P t. Iord.* suis *om. M* 20 quae *M* 21 Persas *del. Mommsen* anthiocensium *BP* (*paene semper*) 22 gerebant et regem P. amou. *S* 24 reddimus *P*[1] nitibin *BP*[1]*M* 25 dil *B*[1] tesifonta *BP*(*M*)

Digitized by Google

decernere, nos diis commendare, Misitheo gratias agere.'
His in senatu lectis quadrigae elefantorum Gordiano de- 9
cretae sunt, utpote qui Persas uicisset, ut triumpho Per-
sico triumpharet, Misitheo autem quadriga sex equorum
et triumphalis currus et titulus huiusmodi: 'Misitheo 10
eminenti uiro, parenti principum, prae*fecto prae*torii, *tu-
tori* totius orbis, tutori rei p. senatus populusque Ro-
manus uicem reddidit.'

Sed ista felicitas longior esse non potuit. nam Misi- 28
theus, quantum plerique dicunt, artibus Philippi, qui post
eum praefectus praetorii est factus, ut alii, morbo extinc-
tus est herede Romana re p., ut quicquid eius fuerat,
uectigalibus urbis accederet. cuius uiri tanta in re p. dispo- 2
sitio fuit, ut nulla esset umquam ciuitas limitanea potior
et quae posset exercitum p. R. ac principem ferre, quae
totius anni in aceto, frumento et larido atque hordeo et pa-
leis condita non haberet, minores uero urbes aliae tri-
ginta dierum, aliae quadraginta, nonnullae duum men-
sium, quae minimum, quindecim dierum. idem cum esset 3
praefectus, arma militum semper inspexit. nullum senem
militare passus est, nullum puerum annonas accipere.
castra omnia et fossata eorum circumibat, noctibus etiam
plerumque uigilias frequentabat. amabaturque ab omni- 4
bus, quod sic et rem p. amaret et principem. tribuni eum
et duces usque adeo timuerunt et amarunt, ut neque uel-
lent peccare neque ulla ex parte peccarent. ⟨Philippus 5
eum propter pleraque uehementer timuisse fertur atque
ob hoc per medicos insidias eius uitae parasse, et quidem
hoc genere: cum effusione alui Misitheus laboraret atque 6

1 dies *BP* 4 exq. *B*[1] exeq. *B*[2] ex eq. *PM em. Vrsinus* 6 praetototius urbis *BP*[1] praetori totius urbis *P*[3]*M* tutori *addidi.* orbis *C* totius urbis tutori, salua re p. *Bährens p. 658* parenti principum, praetorii, totius orbis, restitutori rei p. *Hirschfeld röm. Verw. I p. 237* totius urbis *del. S* tutoris *BP*[1] 7 rep. *BP*[1] 14 uitas *BP*[1] militanea *BPM* 16 e hordeo *B*[1] 18 duorum *M* mensuum *BP* 20 armae *B* semen *P*[1] (*ut uid.*) 22 et fossatorum *BP* fossato *M em. S* 25 atque *B*[1] usque *B*[2] 29 generam *BP*[1] nam cum *Bährens*

a medicis sistendi uentris gratia poculum iuberetur accipere, mutatis, quae fuerant parata, id fertur datum, quo magis solueretur. atque ita exanimatus est.〉

a. 996/243 29 Quo mortuo Arriano et Papo conss. in eius locum
praefectus praetorii factus est Philippus Arabs, humili
genere natus *sed* superbus, qui se in nouitate atque inor-
mitate fortunae non tenuit, ita ut statim Gordiano, qui
eum in locum parentis adsciuerat, insidias per milites fa-
2 ceret, quae tales fuerunt: Misitheus tantum ubique, quan-
tum diximus, habuerat conditorum, ut uacillare dispositio
Romana non posset; uerum artibus Philippi primum na-
ues frumentariae sunt auersae, deinde in ea loca deducti
3 sunt milites, in quibus annonari non posset. hinc Gordiano
infestos milites statim reddidit, non intellegentes artibus
4 Philippi iuuenem esse deceptum. sed Philippus etiam hoc
addidit, ut rumorem per milites spargeret adulescentem
esse Gordianum, imperium non posse regere, melius esse
illum imperare, qui militem gubernare, qui rem publicam
5 sciret. corrupit praeterea etiam principes, effectumque,
6 ut paſam Philippus ad imperium posceretur. amici Gor-
diani primo uehementissime resistebant, sed cum mi-
lites fame uincerentur, imperium Philippo mandatum est,
iussumque a militibus, ut quasi tutor eius Philippus cum
eodem Gordiano pariter imperaret.

30 Suscepto igitur imperio, cum et Philippus se contra Gordianum superbissime ageret, et ille se imperatorem atque imperatorum prolem et uirum nobilissimae familiae recognosceret nec ferre posset inprobitatem hominis ignobilis, apud duces et milites adstante praefecto Maecio Gordiano, adfini suo, in tribunali conquestus est, sperans

p. 658 1 gatia $B^1 P^1$ poculorum *BP* 3 examinatus *B* 4 apriano *BPM em. S* pappo *BPM* 6 sed *om. BP* 9 ubique *om. M* 10 ut] et $B^1 P$ (*t. Iord.*) 13 annona haberi *M* 15 hoc *om. M* 18 gubernaret *BPM em. C* 24 pater BP^1 28 recognesceret *B* 30 coces (· ·oces *P teste Zangemeister*) ut esset BP^1 concessit ut esset *M* et *ante* ut *add.* P^2 *corr. in marg.* P^3

Digitized by Google

posse imperium Philippo abrogari. sed hac conquestione 2
nihil egit, cum illum incusasset, quod immemor bene-
ficiorum eius sibi minus gratus exsisteret. et cum milites 3
rogasset, cum aperte duces ambisset, factione Philippi
minor apud omnes fuit. denique cum se uideret minorem 4
haberi, petit, ut aequale saltem inter eos esset imperium,
nec impetrauit. dehinc petit, ut loco Caesaris haberetur, 5
neque id optinuit. petit etiam, ut praefecti loco esset Phi- 6
lippo, quod et ipsum negatum est. ultimae preces fue- 7
runt, ut eum Philippus pro duce haberet et pateretur ui-
uere. ad quod quidem paene consenserat Philippus, ipse
tacitus sed omnia per amicos agens nutibus atque con-
siliis. uerum cum secum ipse cogitaret amore populi R. 8
et senatus circa Gordianum et totius Africae ac Syriae
totiusque orbis Romani, cum et nobilis esset et nepos ac
filius imperatorum et bellis grauibus totam rem p. libe-
rasset, posse fieri, ut flexa quandocumque militum uo-
luntate Gordiano redderetur imperium, re recenti cum in
Gordianum irae militum famis causa uehementes essent,
clamantem e conspectu duci iussit ac dispoliari et occidi.
quod cum primo dilatum esset, post, ut iussit, impletum 9
est. ita Philippus impie non iure optinuit imperium.
Imperauit Gordianus annis sex. ⟨Atque dum haec age- 31
rentur, Argunt Scytharum rex finitimorum regna uasta-
bat, maxime quod conpererat Misitheum perisse, cuius
consilio res p. fuerat gubernata.⟩ Philippus autem, ne a 2

1 hanc B^1P^1 6 aequales alter BP^1 10 pro duce phil. *B* 11 conserat B^1 13 amorem *BPM corr. Petschenig p. 56* 15 romane P^1 16 rem l. *BP* liberasse B^1P 17 ficta *BP* factione quandoque m. G. *M* flexa *scripsi* infida *Petschenig p. 56* 18 rerecenti B^1 *(quod defendit Petschenig p. 56)* recenti B^2 ////recenti *P* recens *M forsitan praestet* in recenti 20 clamantem////// *P* ante conspectum d. i. ac spol. *M* 23 asne B^1P ne B^2 et *M* atque *scripsi* asne *ut ex dittographia u.* annis sex *om. Bährens p. 658* Asiae *Petschenig p. 56* hac *B* 24 Argunthis *M* Argaithus *Iord. Get. 16,91 (cf. Müllenhoff in Momms. ind. p. 146)* scythrarum BP^2 scyram P^1

Digitized by Google

crudelitate nancisci uideretur imperium, Romam litteras
misit, quibus scripsit Gordianum morbo perisse, seque a
cunctis militibus electum. nec defuit, ut senatus de his
3 rebus, quas non nouerat, falleretur. appellato igitur prin-
cipe Philippo et Augusto nuncupato Gordianum adule-
scentem inter deos rettulit.

4 Fuit iuuenis laetus, pulcher, amabilis, gratus omnibus,
in uita iocundus, in litteris nobilis, prorsus ut nihil prae-
5 ter aetatem deesset imperio. amatus est a populo et se-
natu et militibus ante Philippi factionem ita ut nemo prin-
6 cipum. Cordus dicit omnes milites eum filium appellasse,
ab omni senatu filium dictum, omnem populum delicias
7 suas Gordianum dixisse. denique Philippus, cum eum in-
terfecisset, neque imagines eius tollere neque statuas
deponere neque nomen abradere, sed diuum semper ap-
pellans etiam apud ipsos milites, cum quibus factionem
fecerat, serio animo et peregrina calliditate ueneratus est.

32 Domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iste Gor-
2 dianus pulcherrime exornauit. est uilla eorum uia Prae-
nestina ducentas columnas in tetrastylo habens, quarum
quinquaginta Carysteae, *quinquaginta* Claudianae, quin-
quaginta Synnades, quinquaginta Numidicae pari men-
3 sura sunt. in qua basilicae centenariae tres, cetera huic
operi conuenientia et thermae, quales praeter urbem ut-
cunque nusquam in orbe terrarum.

4 Familiae Gordiani hoc senatus decreuit, ut a tutelis
atque a legationibus et a publicis necessitatibus, nisi si
uellent, posteri eius semper uacarent.

5 Opera Gordiani Romae nulla extant, praeter quaedam
nymfia et balneas. sed balneae priuatis hominibus fue-

5 aduliscentem *BP* 6 eos *B* 17 secreto an. *Klein p. 287* seruili an. *Cornelissen p. 255 fort.* uel per. 19 et uilla *M* 20 intrastylo *BP* uno stilo *M em. S* quartum *B* 21 christeae *BPM em. S* quinquaginta *om. BP* 23 bissci-licae *BP* 24 ut tunc *BPM* uisuntur *Iordan ap. Brocks p. 8* utcunque *scripsi* 26 attutelis *B* 27 e leg. *B* a *om. M* 29 quadam *BP*

Digitized by Google

runt et ab eo in usum priuatum exornatae sunt. in- 6
stituerat porticum in campo Martio sub colle pedum
mille, ita ut ab altera parte aequa mille pedum porticus
fieret, atque inter eas pariter *pater*et spatium pedum
quingentorum; cuius spatii hinc atque inde uirdiaria es-
sent, lauro, myrto et buxo frequentata, medium uero litho-
strotum breuibus columnis altrinsecus positis et sigillis
per pedes mille, quod esset deambulatorium, ita ut in
capite basilica esset pedum quingentorum. cogitauerat 7
praeterea cum Misitheo, ut post basilicam thermas aesti-
uas sui nominis faceret, ita ut hiemales in principio por-
ticuum poneret, intus essent uel uirdiaria uel porticus.
sed haec omnia nunc priuatorum et possessionibus et 8
hortis et aedificiis occupata sunt. Fuerunt sub Gordiano 33
Romae elefanti triginta et duo, quorum ipse duodecim
miserat, Alexander decem, alces decem, tigres decem, le-
ones mansueti sexaginta, leopardi mansueti triginta, belbi,
id est yaenae, decem, gladiatorum fiscalium paria mille,
hippopotami sex, rinoceros unus, arcoleontes decem, ca-
melopardali decem, onagri uiginti, equi feri quadraginta
et cetera huius modi animalia innumera et diuersa. [quae
omnia Philippus ludis saecularibus uel dedit uel occidit.]
has autem omnes feras mansuetas et praeterea efferatas 2
parabat ad triumphum Persicum. quod uotum publicum 3
nihil ualuit. nam omnia haec Philippus exhibuit saecu-
laribus ludis et muneribus atque circensibus, cum mille-
simum annum in consulatu suo et filii sui celebrauit.

Quod de C. Caesare memoriae traditum est, hoc etiam 4

2 marcio *BP* 3 qua *BPM* aequa *em. S* 4 pariter et *BPM* pariter pateret *scripsi* par interesset *Kellerbauer p. 641* spacium *BP* (*bis*) 5 uirdiarii *BP*(*M*) 6 lithostratum *BP*(*M*) 11 porticum BP^2M cum P^1 *em. S* 12 sine usu *BP* suo usui *M* ne sine usu *S* intus *Maduig p. 642* 14 hostis *BP* 15 duodecim] XXII *C* 19 hippopotamis exrenocere *BPM* (et r. *M*) hippopotami sex rin. *scripsi* agrioleontes *Scaliger* argoleontes *S* c a m i l opardali *BPM* 21 quae — occidit *uncis inclusi* 24 sed uotum *M* 27 consulato *BP* 28 C. *del.* B^2M

de Gordiano Cordus euenisse perscribit. nam omnes, quicumque illum gladio adpetiuerunt (qui nouem fuisse dicuntur), postea interemptis a Philippis sua manu suisque gladiis et isdem, quibus illum percusserant, interisse dicuntur.

34 Trium igitur Gordianorum haec fuit uita, qui omnes
Augusti appellati sunt [duobus in Africa interemptis,
2 Persidis finibus].

Gordiano sepulchrum milites apud Circesium castrum
fecerunt in finibus Persidis, titulum huius modi addentes
et Graecis et Latinis et Persicis et Iudaicis et Aegyptiacis
3 litteris, ut ab omnibus legeretur: 'Diuo Gordiano uictori
Persarum, uictori Gothorum, uictori Sarmatarum, depulsori Romanarum seditionum, uictori Germanorum, sed
4 non uictori Philipporum.' quod ideo uidebatur additum,
quia in campis Philippis ab Alanis tumultuario proelio
uictus abscesserat, simul etiam quod a Philippis uide-
5 batur occisus. quem titulum euertisse Licinius dicitur
eo tempore, quo est nanctus imperium, cum se uellet
6 uideri a Philippis originem trahere. Quae omnia, Con-
stantine maxime, idcirco sum persecutus, ne quid tuae
cognitioni deesset, quod dignum scientia uideretur.

3 interempti sunt a Ph. aut se sua m. *Maduig p. 642* 4 hisdem *BP* interemisse *BPM* (se *ante* sua *add. S*) interisse *uolg.* 7 duobus — finibus *uncis inclusi. forsitan etiam* Trium igitur — appellati sunt *a Capitolino aliena sint, cf. 16,4.* tertio in Persidis finibus. Tertio Gordiano '*uetus codex' Vrsini* 9 gorgiano *BP* circeium *BPM* Circesium *uel* Circessum (*sic Eutrop. VIIII 2,3*) *C* 12 legetur *BP* gordiani *BP* 14 romanorum *B* 15 adeo *BP* 18 lucinius *BP*[1] 21 secutus *BP* 22 gordianus tertius expl. *BP*

Digitized by Google

MAXIMVS ET BALBINVS

IVLI CAPITOLINI

Interemptis in Africa Gordiano seniore cum filio, cum 1
Maximinus ad urbem furens ueniret, ut, quod Gordiani
Augusti appellati fuerant, uindicaret, senatus praetrepidus
in aedem Concordiae VII idus Iulias concurrit, ludis Apol-
linaribus, remedium contra furorem hominis inprobissimi
requirens. cum igitur duo consulares, et eminentes qui- 2
dem uiri, Maximus et Balbinus (quorum Maximus a ple-
risque in historia reticetur et loco eius Puppieni nomen
infertur, cum et Dexippus et Arrianus Maximum et Balbi-
num dicant electos contra Maximinum post Gordianos),
quorum alter bonitate, uirtute alter ac seueritate clari
habebantur, ingressi essent curiam ac praecipue timorem
Maximini aduentu fronte ostenderent, referente consule
de aliis rebus, qui primam sententiam erat dicturus, sic
exorsus est: 'Minora uos sollicitant, et prope aniles res 3
feruentissimo tempore tractamus in curia. quid enim opus 4

1 incipit. maximus *BP* Maximus eiusdem Iulii Capitolini *M* 5 pertrepidus *M* 6 eadem $B^1 P^1$ Kalendas Iunias *M* iunias *BP* Iulias *scripsi* (*cf. XVIIII 16,1*) apollonaribus $B^1 P^1$ 8 consulare sed B^1 consulares sed B^2 *in P* s et *in ras.* 11 arpianus *BPM* Arrianus *S* Herodianus *Brocks p. 3, uid. XVIIII 33,3* 13 bonitate] *mihi aut* nobilitate *aut* bonitate et nobilitate *Capitolinus scripsisse uidetur* ac sanctitate *add. Kellerbauer p. 641* 14 praecepue B^1 15 aduentus *C* (*Bährens p. 658*) ostenderet *BPM* 17 orsus *M* sollicitante pr. *B in P* et *in ras.* 18 feruentissime B^1 sunt *BPM* opus est *M*

Digitized by Google

de restitutione templorum, de basilicae ornatu, de ther-
mis Titianis, de exaedificatione amphitheatri agere, cum
inmineat Maximinus, quem hostem mecum ante dixistis,
Gordiani duo, in quibus praesidium fuerat, interempti
sint, neque in praesenti ullum sit auxilium, quo respirare
5 possimus? agite igitur, p. c., principes dicite. quid mora-
mini? ne, dum singulatim pertimescitis, in timore potius
2 quam in uirtute opprimamini.' Post haec tacentibus cunc-
tis, cum Maximus, qui et natu grandior erat et meritis
et uirtute ac seueritate clarior, dicere sententiam coepis-
set, quae ostenderet duos principes esse faciendos, Vec-
tius Sabinus ex familia Vlpiorum rogato consule, ut sibi
2 dicere atque interfari liceret, sic exorsus est: 'Scio, p. c.,
hanc rebus nouis inesse oportere constantiam, ut rapienda
sint consilia, non quaerenda, uerbis quin etiam plurimis
abstinendum sit atque sententiis, ubi res perurguent.
3 ceruices suas quisque respiciat, uxorem ac liberos cogi-
tet, auitas patriasque fortunas: quibus omnibus inminet
Maximinus, natura furiosus, truculentus, inmanis, causa
4 uero, ut sibi uidetur, satis iusta truculentior. ille qua-
drato agmine castris ubique positis ad urbem tendit, uos
5 sedendo et consultando diem teritis. longa oratione opus
non est: faciendus est imperator, immo faciendi sunt
principes, unus qui res domesticas, alter qui bellicas cu-
ret, unus qui in urbe resideat, alter qui obuiam cum exer-
6 citu latronibus pergat. ego principes dico, uos firmate, si
7 placet, sin minus, meliores ostendite: Maximum igitur
atque Balbinum, quorum unus in re militari tantus est, ut
nobilitatem generis splendore uirtutis † ei lexerit, alter

5 illum *B* 6 pincipes BP^1 (*corr.* P^3) 7 singulati BP^1 permescitis BP^1 *corr.* P^3 *fort.* singuli pertimescitis 11 qua *M* 13 orsus *M* 21 ubicunque *Gemoll p. 11* 22 consultado B^1 23 immo duo fac. *Kellerbauer p. 641* 25 quin ob. BP^1 (*ut uid.*) exercito B^1P^1 (*t. Iord.*) 29 generi *C* allexerit *M* ut ignobilitatem generis spl. uirtutis texerit *Lipsius ep. cent. II misc. 18* (*sic etiam Kellerbauer p. 641 qui* eius *ante* texerit *addit*), obtexerit *Wölfflin Herm. XVII*

Digitized by Google

ita clarus nobilitate est, ut et morum lenitate rei p. est
necessarius et uitae sanctimonia, quam a prima aetate in
studiis semper ac litteris tenuit. habetis sententiam, p. c., 8
mihi fortasse periculosiorem quam uobis, sed nec uobis
satis tutam, si non aut alios aut hos principes feceritis.'
Post haec adclamatum est uno consensu: 'Aequum est, 9
iustum est. sententiae Sabini omnes consentimus. Maxime 10
et Balbine Augusti, di uos seruent. di uos principes fece-
runt, di uos conseruent. uos senatum a latronibus uindi-
cate, uobis bellum contra latrones mandamus. hostis 11
publicus Maximinus cum filio pereat, hostem publicum
uos persequimini. felices uos iudicio senatus, felicem
rem p. uestro imperio. quod uobis senatus detulit, fortiter 12
agite; quod uobis senatus detulit, libenter accipite.' His 3
atque aliis adclamationibus imperatores facti sunt Maxi-
mus atque Balbinus.

Egressi igitur e senatu primum Capitolium escende- 2
runt ac rem diuinam fecerunt. deinde ad rostra populum 3
conuocarunt. ubi cum orationem de senatus sententia et
de sua electione habuissent, p. R. cum militibus, qui forte
conuenerant, adclamauit: 'Gordianum Caesarem omnes
rogamus.' hic nepos erat Gordiani ex filia [qui est in 4
Africa occisus], annum agens quartum decimum, ut ple-
rique dicunt. qui statim raptus est et nouo genere sena- 5
tus consulti, cum eadem die senatus consultum factum
esset, inductus in curiam Caesar est appellatus.

Prima igitur relatio principum fuit, ut duo Gordiani 4
diui appellarentur. aliqui autem unum putant appellatum, 2
seniorem uidelicet, sed ego libris, quos Iunius Cordus

p. 175 nobilitatem — eliserit *Vnger p. 500* ut uilitatem — euexerit *Haupt op. III 463 ipse sic locum constituerim* ut nobilitatem generi (*sic C*) splendor uirtutis inuexerit 1 rep̄i sit *BP* reip. sit *M* rei p. est *scripsi* sit *del. Haupt l. s.* fit *Vnger p. 218* 8 dii *BP* dii B^2 17 ascenderunt P^3M 22 qui est in Africa occisus *uncis inclusi cf. XX 22,4;* ut quidam uel ut alii ex filio *add. Egnatius post* filia. filio qui est P^3 27 primum *BP*

affatim scripsit, legisse memini ambos in deos relatos,
3 si quidem senior laqueo uitam finiuit, iunior autem in bello
consumptus est, qui utique maiorem meretur reueren-
4 tiam, quod eum bellum rapuit. post has igitur relationes
praefectura urbi in Sabinum conlata est, uirum grauem
et Maximi moribus congruentem, praetoriana in Pinarium
Valentem.

5 Sed priusquam de actibus eorum loquar, placet aliqua
dici de moribus atque genere, non eo modo quo Iunius
Cordus est persecutus omnia, sed illo quo Suetonius
Tranquillus et Valerius Marcellinus, quamuis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, pauca
contigerit, Cordus uero tam multa, ut etiam pleraque et
minus honesta perscripserit.

5 Maximo pater fuit Maximus, unus e plebe, ut nonnulli
dicunt faber ferrarius, ut alii raedarius uehicularius fabri-
2 cator. hunc suscepit ex uxore Prima nomine. cui fratres
quattuor pueri fuerunt, quattuor puellae, qui omnes intra
3 pubertatem interierunt. Nato Maximo carnem bubulam,
et quidem multam, aquila in cella eorum proiecisse fertur, quae angusto patebat inpluuio, eandemque, cum iaceret neque quisquam adtingere auderet religionis timore,
iterum sustulisse et in proximum sacellum, quod erat
4 Iouis Praestitis, detulisse. id eo tempore nihil uisum est
ominis habere, sed non sine causa factum probauit impe-
5 rium. Pueritiam omnem in domo parentis Pinarii fecit,
quem statim ad praefecturam praetorii subuexit, ubi factus

3 ueretur *BP* 4 bella *BPM* bellum *scripsi* Bellona *Kellerbauer p. 642* rapuere P^3M 5 conlocata *BP* 6 maximum BP^1 (*ut uid.*) Maximo in mor. *Petschenig p. 57*
8 seu BP^1 10 prosecutus *BPM* persecutus *scripsi* 11 Marcellus *M* 16 rae clarius B^1 uehicularius fabricator *del. Cornelissen p. 63 et 255* 17 prima neari *R an* Pinaria? *cf. u. 26* 18 uiri *BPM* pueri *em. S* in pubertatem *M*
20 cellam *M* 21 eandenque *P* eam denique *M* 23 sustulisset in *BP* 24 praestiti *BPM* uisus P^1 25 omnis BP^1 probabit *BP* 26 patris *BPM* parentis *scripsi* pr//narii *P t. Iord.* fecit] egit *Kellerbauer p. 642*

Digitized by Google

est imperator. operam grammatico *ac* rhetori non mul- 6
tam dedit, si quidem semper uirtuti militari et seueritati
studuit. ac tamen militaris tribunus fuit et multos egit 7
numeros et postea praeturam, sumptu Pescenniae Mar-
cellinae, *quae* illum loco filii suscepit et aluit. inde procon- 8
sulatum Bithyniae egit et deinceps Graeciae ac tertio
Narbonae. missus praeterea legatus Sarmatas in Illyrico 9
contudit atque inde translatus ad Rhenum rem contra
Germanos satis feliciter gessit. post haec praefectus urbi 10
prudentissimus, ingeniosissimus et seuerissimus adproba-
tus est. quare † ueluti senatus ei, homini, quod non lice- 11
bat, nouae familiae, imperium tamen detulit, confessis
omnibus eo tempore in senatu aptiorem non esse, qui
deberet principis nomen accipere. Et quoniam etiam 6
minora plerique desiderant, fuit cibi auidus, uini parcis-
simus, ad rem Veneriam nimis rarus, domi forisque sem-
per seuerus, ita ut et tristis cognomen acciperet. uultu 2
grauissimus et retorridus, statura procerus, corporis quali-
tate sanissimus, moribus aspernabilis ac tamen iustus
neque umquam usque ad exitum negotiorum uel inhuma-
nus uel inclemens. rogatus semper ignouit nec iratus 3
est, nisi ubi eum irasci decuit. factionibus se numquam 4
praebuit, iudicii tenax fuit neque aliis potius quam sibi
credidit. quare et a senatu multum dilectus est et a 5

1 ac *addidi* rethori *BP* multum P^1 2 mitari B^1P^1 mitari B^2 et militari seu. *M* 3 adtaen *B* acta P^1 ac tamen P^2*M* 4 Pescenninae *M* 5 quae *om.* *BPM* 6 bythiniae *B* grecae *BP* 7 missis *B* 8 renum *B*

9 gessit *om.* B^1 10 in ingenios. *BP* ingeniosissimus *scripsi* (*Eyssenh.*) *om.* *M* ui ingenii uigentissimus *Vnger p. 218 an* item grauissimus? 11 quare renuenti s. ei q. n. l. homini nouae *Bährens neue Jen. Liter. I p. 48* quare uitanti senatus ei omne *Maduig p. 642* quare uel iure *Petschenig p. 57* quare uelut luci urbis sen. *Vnger p. 218* quare uel cunctus *in ed. pr. conieceram; fort. etiam* qua re enitenti (*cf. XXVI 16,1. XXVIII 10,1*) 19 moribus asper et inamabilis *Oberdick p. 742* asper inhabilis *Cornelissen p. 255* asperioribus *Gemoll p. 11* 20 exitus *B* 23 iudii B^1 *in* *P* iuditii, *sed* tii *a* P^3 *in ras.* 24 dilectum B^1

Digitized by Google

populo timori habitus, si quidem sciebat populus eius
censoriam praefecturam, quam uidebat posse in imperio
uehementius conualescere.
7 Balbinus nobilissimus et iterum consul, rector pro-
2 uinciarum infinitarum. nam et Asiam et Africam et Bi-
thyniam et Galatiam et Pontum et Thracias et Gallias
ciuilibus administrationibus rexerat, ducto nonnumquam
exercitu, sed rebus bellicis minor fuerat quam in ciuili-
bus; attamen bonitate, nimia sanctitate ac uerecundia
3 ingentem sibi amorem conciliauerat. familiae uetustis-
simae, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theofane origi-
nem ducens, qui per Gnaeum Pompeium ciuitatem me-
ruerat, cum esset suae patriae nobilissimus idemque
4 historiae scriptor. Statura aeque procerus, corporis qua-
litate conspicuus, in uoluptatibus nimius. quem quidem
adiuuabat diuitiarum habundantia, nam erat et a maiori-
bus diues et multa hereditatibus per se ipse collegerat.
5 eloquentia clarus, poeta inter sui temporis poetas prae-
6 cipuus. uini, cibi, Veneriae auidus, uestitu cultus, nec
quicquam defuit, quod illum populo non commendabilem
redderet. amabilis etiam senatui fuit.
7 Haec de utriusque uita conperimus. Denique non-
nulli, quemadmodum Catonem et Caesarem Sallustius con-
parat, ita hos quoque conparandos putarunt, ut alterum
seuerum, clementem alterum, bonum illum, istum con-
stantem, illum nihil largientem, hunc affluentem copiis
8 omnibus dicerent. Haec de moribus atque genere.

5 bithiniam *BPM* 6 trachias *BP* 8 in *om. M Cornelissen p. 255* 9 tamen *B* adtamen B^2 *P* nimia] uitae *Kellerbauer p. 642* ad uer. *B* 10 conlocauerat *BP(M)* 11 cornilio *BP* 12 igneum *B* P^1 (i *eras.*) ciuitatum mer. B^1 15 quaem *B* quam *P* 16 et *om. PM* 18 poẹnata B^1 (poetenata *Vat.*) poemata B^2 *PM* poeta *scripsi* praecipi usu *B* P^1 praecipiti usu P^3 *M* praecipuus *em. S*; *post* poetas P^3 *M add.* plurima fecit 19 rei ueneriae *M* 20 defuit *om.* B^1 *P t. Iord.* fuit *Cornelissen p. 255* non] Romano *Kellerbauer p. 642* 24 hunc q. conparandum *BPM em. C* 25 adterum P^1 26 hanc B^1 afluentem *B*

Decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atque
insignibus, percepta tribunicia potestate, iure proconsu-
lari, pontificatu maximo, patris etiam patriae nomine
inierunt imperium. sed dum in Capitolio rem diuinam 2
faciunt, populus R. imperio Maximi contradixit. time-
bant enim seueritatem eius homines uulgares, quam et
senatui acceptissimam et sibi aduersissimam esse crede-
bant. quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adu- 3
lescentulum principem peterent, qui statim factus est. c. 3, 3.
nec prius permissi sunt ad Palatium stipati armatis ire,
quam nepotem Gordiani Caesaris nomine nuncuparunt.
his gestis celebratisque sacris, datis ludis scaenicis ludis- 4
que circensibus, gladiatorio etiam munere Maximus sus-
ceptis uotis in Capitolio ad bellum contra Maximinum
missus est cum exercitu ingenti, praetorianis Romae ma-
nentibus. Vnde autem mos tractus sit, ut proficiscentes 5
ad bellum imperatores munus gladiatorium et uenatus
darent, breuiter dicendum est. multi dicunt apud ueteres 6
hanc deuotionem contra hostes factam, ut ciuium san-
guine litato specie pugnarum se Nemesis, id est uis quae-
dam Fortunae, satiaret. alii hoc litteris tradunt, quod 7
ueri similius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse
pugnas uidere et uulnera et ferrum et nudos inter se
coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent aut uulnera
et sanguinem perhorrescerent.

Et Maximo quidem ad bellum profecto Romae prae- 9
toriani remanserunt. inter quos et populum tanta seditio 2
fuit, ut ad bellum intestinum ueniretur, urbis Romae pars
maxima incenderetur, templa foedarentur, omnes plateae

3 pontificatum *BP* 4 meruerunt *M* 5 condixit BP^1 *corr.* P^3M 6 *post* uulgares *in BP seq.* comperit alexandrum (*XVIIII 5,3*) — (*c. 18,2*) et omnes qui mecum. *in M* quam et senatui — nuncuparunt *desunt, uid. praef. p. XIIII* 9 tenerent B^1 13 maximinus BP^1 (*ut uid.*) 15 exercitui B^1 remanentibus *Kellerbauer p. 642* 20 litate B^1 nemescis B^1P *t. Iord.* id est uis q. Fortunae *eicit C* quidam *BPM* 24 coeciuntes B^1P nec in *BPM em. S* 26 praetoriam *B* 27 eo populi *BP* 29 platteae *B*

Digitized by Google

cruore polluerentur, cum Balbinus, homo lenior, seditio-
3 nem sedare non posset. nam et in publicum processit,
manus singulis quibusque tetendit et paene ictum lapidis
4 passus est, *ut* alii dicunt, etiam fuste percussus est. ne-
que sedasset tumultum, nisi infantem Gordianum pur-
puratum ad populum longissimi hominis collo superpo-
situm produxisset. quo uiso populus et milites usque adeo
placati sunt, ut amore illius in concordiam redirent.
5 neque umquam quisquam in illa aetate sic amatus est
merito aui et auunculi, qui pro p. R. contra Maximinum
in Africa uitam finiuerant. tantum apud Romanos memo-
10 ria bonarum rerum ualet. Maximo igitur ad bellum pro-
fecto senatus per omnes regiones consulares, praetorios,
quaestorios, aedilicios, tribunicios etiam uiros misit, ita ut
unaquaeque ciuitas frumentum arma et propugnacula et
muros pararet, ut per singulas urbes Maximinus fatigare-
2 tur. iussum tunc tamen, ut omnia ex agris in ciuitates
3 colligerentur, ne quid hostis publicus inueniret. scriptum
est praeterea ad omnes prouincias missis frumentariis
iussumque, ut, quicumque Maximinum iuuisset, in hostium
4 numero duceretur. Inter haec Romae iterum seditiones
5 inter populum et milites ortae sunt. et cum mille edicta
Balbinus proponeret nec audiretur, ueterani se in castra
praetoria contulerunt cum ipsis praetorianis, quos coepit
6 populus obsidere. nec umquam ad amicitiam essent red-
7 acti, nisi fistulas aquarias populus incidisset. in urbe
autem, priusquam dictum esset milites pacatos uenire, et
tegulae de tectis iactae sunt et omnia, *quae* in domibus
8 erant, uasa proiecta. atque ideo maior pars ciuitatis perit

1 albinus *BPM* senior *M* 2 nam] quamquam *Kellerbauer p. 642* cum processit *Maduig p. 642* 3 tenuit *BPM em. Maduig p. 642 Cornelissen p. 63 Kellerbauer p. 642* 4 ut *add. S* percussum esse *M* 8 conconcordiam B^1 14 quaetorios $B^1 P^1$ *corr.* P^3 19 missi B^1 21 ducetur *B* 22 cum *om.* P^1 23 albinus *BPM* ueteranis in BP^1 (*corr.* P^3) 26 fistulis *BP* 28 iectis *B* quae *om. BPM* 29 ciuitates B^1

Digitized by Google

et multorum diuitiae. nam latrones se militibus miscu-
erunt ad uastanda ea, quae norant ubi repperirent.

Cum haec Romae geruntur, Maximus siue Puppienus 11
apud Rauennam bellum parabat ingenti adparatu, timens
uehementissime Maximinum, de quo saepissime dicebat
se non contra hominem sed contra Cyclopem bellum ge-
rere. et Maximinus quidem apud Aquileiam ita uictus 2
est, ut a suis occideretur, caputque eius et filii perlatum
est Rauennam, quod a Maximo Romam transmissum est.
⟨Non tacenda hoc loco deuotio est Aquileiensium pro Ro- 3
manis, qui etiam crinibus mulierum pro neruis ad sagittas
emittendas *usi es*se dicuntur.⟩ Tantum sane laetitiae fuit 4
in Balbino, qui plus timebat, ut hecatomben faceret, statim
ut Maximini caput adlatum est. hecatombe autem tale 5
sacrificium est: centum arae uno in loco caespiticiae ex-
truuntur, et ad eas centum sues, centum oues mactantur.
iam, si imperatorium sacrificium sit, centum leones, cen- 6
tum aquilae et cetera huius modi animalia centena feriun-
tur. quod quidem etiam Graeci quondam fecisse dicuntur, 7
cum pestilentia laborarent, et a multis imperatoribus id
celebratum constat.

His igitur peractis Balbinus cum summa gratulatione 12
Maximum redeuntem e Rauennati cum exercitu integro
et copiis exspectabat, si quidem Maximinus ab oppidanis 2
Aquileiensibus et paucis, qui illic erant, militibus ac Cri-
spino ac Menofilo consularibus, qui a senatu missi fue-
rant, uictus est. ipse autem Maximus Aquileiam id- 3

3 Dum *Kellerbauer p. 642* 4 rabennam *BP* (*et. u. 9*) parabant BP^1 11 crines *BPM* crinibus *scripsi* 12 emitendasse *B* emittendasse P^1 (se *postea eras.*) emitendas *M* totondisse P^3M usi esse *scripsi* (crine usi *Gr.*) 13 ecatonben *B* ecatomben *P* 14 ut *om. BPM* est] et *BP om. M* ecatonbe *BP* tales *B* 15 cespicitiae *B* 16 *post* oues *Gemoll p. 11 inserit* centum boues mantantur B^1 mattantur P^1 17 nam *M* 18 feriunt *BPM* 19 quidem quidem P^1 22 gratulatio P^1 23 rabennati BP^1 rabenna P^2 ingro P^1 24 expectabat *P* 25 a crisp. *BPM* 26 melofilio *BPM* 27 maximinus *BP*

circo accesserat, ut omnia tuta et integra usque ad Alpes
relinqueret ac, si quae essent barbarorum, qui Maximino
4 fauerant, reliquiae, compesceret. missi sunt denique ad
eum legati senatores uiginti, quorum nomina sunt apud
Cordum, (in his consulares quattuor, praetorii octo, *octo*
quaestorii) cum coronis et senatus consulto, in quo ei
5 statuae auratae equestres decernebantur. ex quo quidem
Balbinus subiratus est, dicens Maximum minus quam se
laborasse, cum ipse domi tanta bella compressisset, ille
6 autem otiosus apud Rauennam resedisset. sed tantum
ualuit uelle, ut Maximo, quia profectus est contra Maximinum, etiam uictoria decerneretur, quam impletam
7 ille nesciuit. exercitu igitur suscepto Maximini ad urbem
cum ingenti pompa et multitudine Maximus uenit, maerentibus militibus, quod eum imperatorem, quem ipsi delegerant, perdiderant et eos habebant, quos senatus legerat.
8 nec dissimulari poterat maeror, qui apparebat in frontibus singulorum; et iam quidem nec uerbis abstinebatur,
quamuis Maximus et apud milites saepe dixisset obliuionem praeteritorum esse debere et stipendia magna donasset et auxilia in ea loca, quae delegerant, dimisisset.
9 sed animi militum semel inbuti odio refrenari nequeunt.
denique cum audissent senatus adclamationes, quae milites tangerent, acriores contra Maximum et Balbinum extiterunt, secum cotidie cogitantes, quos imperatores facere deberent.

13 Senatus consulti autem, quo moti sunt, haec forma est: Cum ingredienti urbem Maximo Balbinus et Gordianus et senatus et populus Romanus obuiam processis-

2 relinquerent B^1 3 fauerent *Eyssenh.* 5 octoso *B* octo// *P* octo *M* octo, octo *scripsi* 6 senatusconsultum *BP* 8 minus] quidem *B* 9 elaborasse *BP* eum elab. P^3 *M* *em. Gr.* 10 rabennam *BP* resedisset *M* sedisset *B* (redisset *initio scr. teste Kellerbauer.*) *P* 11 ualet belle *BP* 12 crederetur *C* 13 illic resciuit *Petschenig p. 57* exercitui *BP* 14 maximinus BP^1 20 deberet BP^1 (*ut uid.*) 23 audisset *BPM* 27 firma BP^1 29 iam *B* obuiam P^3 *in ras. M*

sent, adclamationes primum publicae fuerunt, quae mili-
tes *non* contingerent. inde in senatum itum est, ubi post 2
illa, quae communia solent esse festa, dictum est: 'Sapi-
enter electi principes sic agunt, per inperitos electi prin-
cipes sic pereunt,' cum constaret a militibus factum
Maximinum, Balbinum autem et Maximum a senatoribus.
his auditis milites grauius saeuire coeperunt, in senatum 3
praecipue, qui sibi triumphare de militibus uidebatur.

Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna 4
moderatione gaudente senatu et p. R. regebant; senatui
plurimum deferebatur; leges optimas condebant, mode-
rate causas audiebant, res bellicas pulcherrime dispone-
bant. et cum iam paratum esset, ut contra Parthos Maxi- 5
mus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer
autem Gordianus Romae remaneret, milites occasionem
quaerentes occidendorum principum, cum primo inuenire
uix possent, quia Germani stipabant Maximum atque
Balbinum, cotidie ingrauescebant. et erant quidem dis- 14
cordiae inter Balbinum et Maximum, sed tacitae et quae
intellegerentur potius quam uiderentur, cum Balbinus
Maximum quasi ignobilem contemneret, Maximus Balbi-
num quasi debilem calcaret. qua re occasio militibus 2
data est intellegentibus facile discordes imperatores
posse interfici. ludis denique scaenicis, cum multi et
milites et aulici occupati essent, et in Palatio soli cum
Germanis principes remansissent, inpetum in eos fece-
runt. turbantibus igitur militibus, cum primum nuntia- 3
tum esset Maximo turbam illam tempestatemque uix
euadi posse, nisi ad Germanos mitteretur, et forte in alia
parte Palati Germani cum Balbino essent, mittit ad Bal-
binum Maximus petens, ut ei praesidium mitteret. sed 4

1 publice *BP* 2 non tangerent *Madwig p. 643,* non *inserui* 3 fausta *C* (*Bährens p. 658*) 5 factum esse *M* 7 seueri *B* seuere P^1 10 moderationes BP^1 (*ut uid.*) senatui] senatu B^1 11 deferebant *Kellerbauer p. 642* 13 maximinus B^1 17 autque B^1 26 inpetu *BP* facerent *BPM* 30 palatii B^2 *om. M*

Digitized by Google

ille suspicatus, quod contra se eos peteret, quem postula-
*re puta*bat monarchiam, primum frustratus est, deinde
5 usque ad litem peruentum est. in hac tamen seditione
illis contendentibus milites superuenerunt atque ambos
eos nudatos uestibus regalibus de Palatio cum iniuriis
produxerunt et per mediam ciuitatem ad castra raptare
6 uoluerunt magna ex parte laniatos. sed ubi conpere-
runt Germanos ad defensionem illorum superuenire, am-
7 bos occiderunt et in itinere medio reliquerunt. inter
haec Gordianus Caesar sublatus a militibus imperator est
appellatus [id est Augustus], quia non erat alius in prae-
senti, insultantibus militibus senatui et populo, qui se
8 statim in castra receperunt. Germani sane, ne sine
causa pugnarent occisis iam imperatoribus suis, extra
urbem, ubi suos habebant, se contulerunt

15 Hunc finem habuerunt boni imperatores, indignum
uita et moribus suis: nam neque Maximo siue Puppieno
fortius neque Balbino benignius fuit quicquam, quod in re
ipsa intellegi potest. neque enim, cum esset potestas, ma-
2 los senatus eligeret. huc accedit quod multis honoribus ac
potestatibus explorati sunt, cum alter bis consul et praefec-
tus, alter consul et praefectus ad imperium longaeui perue-
nissent, amabiles senatui et populo etiam, qui Maximum
iam leuiter pertimescebant.

3 **H**aec sunt, quae de Maximo ex Herodiano, Graeco
4 scriptore, magna ex parte collegimus. Sed multi non a
Maximo, uerum a Puppieno imperatore uictum apud
Aquileiam Maximinum esse dixerunt, et ipsum cum Bal-
bino esse occisum, ita ut Maximi nomen praetereant.

1 se *om.* P^1 quem postulabat monarchiam *BPM* q. putabat m. uelle *uolg.* quem postulare putabat *scripsi* 3 contradentibus B^1 5 iniuris BP^1 7 conperierunt *BP* 8 superueneri BP^1 9 relinquerunt *BP* 11 id est Augustus *uncis inclusit Eyssenh.* 14 occisi *P* 15 suos] statiua sua *Böhme de Dexipp. p. 56* 18 in *om. M* 19 malas B^1

20 accidit *B* 22 longa eul B^1 longae//ul *P* 23 amabilem *BP* Maximinum *M* 26 colligemus BP^1 27 puppiano BP^1

Digitized by Google

tanta est autem historicorum inter se certantium inperitia 5
uel usurpatio, ut multi eundem Maximum quem Puppie-
num uelint dici, cum Herodianus, uitae suae temporum
scriptor, Maximum dicat, non Puppienum, cum et Dexip-
pus, Graecorum scriptor, Maximum et Balbinum impera-
tores dicat factos contra Maximinum post Gordianos duos
et a Maximo uictum Maximinum, non a Puppieno. His 6
accedit scriptorum inperitia, qua praef. praet. fuisse Gor-
dianum paruolum dicunt, ignorantibus multis collo saepe
uectum, ut militibus ostenderetur.

Imperarunt autem Maximus et Balbinus anno uno, 7
cum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt,
per triennium, ut alii per biennium.

Domus Balbini etiam nunc Romae ostenditur in Cari- 16
nis, magna et potens et ab eius familia huc usque pos-
sessa. Maximus, quem Puppienum plerique putant, sum- 2
mae tenuitatis sed uirtutis amplissimae fuit. ⟨Sub his 3
pugnatum est a Carpis contra Moesos. fuit et Scythici
belli principium, fuit et Histriae excidium eo tempore, ut
autem Dexippus dicit, Histricae ciuitatis.⟩ Dexippus 4
Balbinum satis laudat et dicit forti animo militibus oc-

1 aut P^1 storicorum BP^1 ystoricorum P^3 errantium *BPM em. C ex libris suis* 2 turbatio *Cornelissen p. 63* insipientia *idem p. 256* 4 dixippis B^1 dixippus B^2P 5 imperatorem dicant *B* 7 non puppienum *BP* 8 quae *BP* qui *M* qua *scripsi* praesunt *B* 9 *an* ignorantium? nullis *Gr.* 13 *Volgo* (*iam in edit. Venet. a. 1489*) *post* biennium *haec adduntur:* Nec reticendum est, quod Maximus, cum et sibi et Balbino deferretur iudicio senatus imperium, Balbino dixisse fertur, ut Herodianus dicit: 'Quid tu, Balbine, et ego merebimur, cum hanc tam immanem belluam exitio dederimus?' cumque Balbinus dixisset 'Senatus populique Romani feruentissimum amorem et orbis terrarum' dixisse fertur Maximus: 'Vereor, ne militum odium sentiamus et mortem.' *desunt etiam in R; Herodiani quidem auctoritas ficta est* 14 balbinus BP^1 (*ut uid.*) 16 summa et ten. *B* summe ex' ten. *P* (e ex *in ras.*) summe ex ten. *M* 17 sub his — Moesos fuit *om. M* 18 moesor *B* moeso *P t. Iord.* scytici *BP* fuit *om. M* 19 principum *B*

Digitized by Google

currisse atque interfectum, ut mortem non timeret, quem omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximum uero negat eius modi uirum fuisse, qualem Graeci pleri-
5 que dixerunt. ⟨addit praeterea, *tantum* contra Maximinum Aquileiensium odium fuisse, ut de crinibus mulierum suarum arcubus neruos facerent atque ita sagittas emitterent.⟩

6 ‖Dexippus et Herodianus, qui hanc principum historiam persecuti sunt, Maximum et Balbinum fuisse principes dicunt, delectos a senatu contra Maximinum post interitum duorum in Africa Gordianorum, cum quibus
7 etiam puer tertius Gordianus electus est. sed apud Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non inuenio et cum Balbino Puppienum imperatorem repperio, usque adeo ut idem Puppienus cum Maximino apud Aquileiam pugnasse dicatur, cum memoratis historicis adserentibus ne Maximus quidem contra Maximinum pugnasse doceatur, sed resedisse apud Rauennam atque illic patratam audisse uictoriam: ut mihi uideatur idem esse Puppienus qui Maximus dicitur.

17 Quare etiam gratulatoriam epistolam subdidi, quae scripta est a consule sui temporis de Puppieno et Balbino, in qua laetatur redditam ab his post latrones improbos esse rem p.:

2 ‘Puppieno et Balbino Augustis Claudius Iulianus. Cum primum Iouis Op. M. et deorum inmortalium senatusque iudicio et consensu generis humani suscepisse uos rem p. a nefarii latronis scelere seruandam regen-

2 in omnibus *M* dici BP^1 *corr.* P^3M maximinum *B* 4 addidit *M* tantum *om.* *BPM* *ante* Aquileiensium *ponit Kellerbauer p. 642* 5 aquileiodium *BP* 6 suorum *BP* arcubos B^1 8 dixippus *B* horum *M* 9 principe P^1 11 Gordianorum in Africa P^1M 12 Gordianos electos B^1 cum BP^1 apud *M* 13 maximini *B* inuento B^1P^1 (*t. Iord.*) 14 albino *BP* 16 serentibus BP^1 *corr.* P^3M 18 residisse *BP* apud *om.* *B* rabennam *BP* 25 augustus claudium *BP* 27 humani generis *B* suscipe *B* 28 rempī *BP* latrones B^1P^1 redden-

Digitized by Google

damque Romanis legibus, domini sanctissimi et inuictis-
simi Augusti, quamquam nondum ex diuinis litteris, sed
tamen ex s. c., quod ad me u. c. Celsus Aelianus collega
transmiserat, conperissem: gratulatus sum urbi Romae,
cuius ad salutem estis electi, gratulatus senatui, cuius
pro iudicio, quod in uos habuit, reddidistis pristinam di-
gnitatem, gratulatus Italiae, quam cum maxime ab hostium
uastatione defenditis, gratulatus prouinciis, quas inex-
plebili auaritia tyrannorum laceratas ad spem salutis *re-
ducitis,* denique legionibus ipsis et auxiliis, quae ubique
terrarum iam uultus uestros adorant, quod deposito de-
decore pristino nunc in uestro nomine dignam Romani
principatus speciem receperunt. quocirca nulla uox *tam* 3
fortis, nulla oratio tam felix, nullum ingenium tam fecun-
dum umquam fuerit, quod possit publicam felicitatem
digne exprimere. quae quanta et cuius modi sint, iam in 4
ipso exordio principatus uestri cognoscere potuimus, qui
leges Romanas aequitatemque abolitam et clementiam, quae
iam nulla erat, et uitam et mores et libertatem et spem
successionum atque heredum reduxistis. haec enume- 5
rare difficile est, nedum prosequi consentanea dicendi
dignitate. nam quod nobis uita per uos reddita est, 6
quam dimissis passim per prouincias carnificibus scele-
ratus latro sic petit, ut se ordini profiteretur iratum, quo-
modo dicam aut prosequar? praesertim cum mediocritas 7
mea non modo publicam felicitatem, sed ne peculiare

damque *M* 1 romania *BP* 2 modum *BP* diuinis *BP* uestris *M* 3 spc *BP* 4 urbis B^1 5 cui *C* 7 maxima *BPM em. C* hostibus *BPM em. S* 8 defendistis *M* quasi *B* inexplibilis *BPM* 9 laceratas *BP*(*M*) inexplibilis au. t. lacerata est, *Bernhardy p. 13* reducitis] reduxistis *M om. BP* erigitis *uel* adducitis *Bährens p. 658*
10 gratulatus *ante* denique *add. Kellerbauer p. 630* de legionibus *BP* 11 quid *M* 13 quodcirca *BP* tam *add. Gr.* 14 quam *B* 15 numquam *BP* 16 eiusmodi BP^2 23 cornificibus *BP t. Iord.* sicelatus *BPM* sceleratus *scripsi* 24 sic retit *BP* sciret id *M em. S* proficeretur *B*

Digitized by Google

quidem gaudium animi mei possit exprimere, cum eos
Augustos et principes generis humani uideam, quorum
antehac perpetuo cultu mores et modestiam meam tam-
quam ueteribus censoribus meis cuperem probata et
† haec esse confidam in priorum principum testimoniis,
8 uestris tamen ut grauioribus iudiciis gloriarer. di prae-
stent praestabuntque hanc orbi Romano felicitatem. nam
cum ad uos respicio, nihil aliud optare possum, quam
quod apud deos dicitur uictor Carthaginis precatus, ut
scilicet in eo statu rem p. seruarent, in quo tunc esset,
9 quod nullus melior inueniretur. ita ego precor, ut in eo
statu uobis rem p. seruent, in quo eam uos adhuc nutan-
tem collocaritis.'

18 Haec epistola probat Puppienum eundem esse, qui
2 a plerisque Maximus dicitur. si quidem per haec tempora
apud Graecos non facile Puppienus, apud Latinos non
facile Maximus inueniatur, et ea, quae gesta sunt contra
Maximinum, modo a Puppieno modo a Maximo acta di-
cantur. ||

3 anthac *P*[1] 4 probatam *M* et etiamsi *uolg.* et haec etsi confirmata esse *Bährens p. 658* 6 dii *B*[2] 7 praestabunque *P*[1] haec *BP* ordi *B*[1] 9 eos *BPM* 10 seruaret *BPM* 12 natantem *BP* 13 collocaretis *M* 19 maximus siue puppienus et balbinus iuli [iulii *P*[1] *ut uid.*] capitolini expl. incipit eiusdem ualeriani duo *BP*. *Post uitam Maximi et Balbini interciderunt eorum uitae, qui a Gordiano usque ad Valerianos imperatores fuere. etiam uitae Valeriani maioris prior pars periit. Volgo in fine haec addita sunt:* Sed Fortunatiano credamus, qui dicit Pupienum dictum nomine suo, cognomine uero paterno Maximum, ut omnium stupore legentibus aboliti uideantur. *etiam haec in R desunt.*

Digitized by Google

TREBELLII POLLIONIS

VALERIANI DVO

. . . .

. . . Sapori rex regum † Velsolus: 'Si scirem posse ali- 1 (4)
quando Romanos penitus uinci, gauderem tibi de uictoria,
quam praefers. sed quia uel fato uel uirtute gens illa plu- 2
rimum potest, uide, ne, quod senem imperatorem cepisti,
et id quidem fraude, male tibi cedat *et* posteris tuis. co- 3
gita, quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, a
quibus saepe uicti sunt. audiuimus certe, quod Galli eos 4
uicerint et ingentem illam ciuitatem incenderint: certe
Romanis seruiunt. quid Afri? eos non uicerunt? certe
seruiunt Romanis. de longioribus exemplis et fortasse 5
inferioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Asiam
tenuit: certe uictus est, certe Asia Romanorum est. si 6
meum consilium requiris, utere occassione pacis et Vale-
rianum suis redde. ego gratulor felicitati tuae, si tamen
illa uti scias.'

Velenus rex Cadusiorum sic scripsit: 'Remissa mihi 2 (5)
auxilia integra et incolumia gratanter accepi. at captum

1 *In uolg. turbato capitum ordine et interpolatione haec fragmenta uitae Valerianorum in integrae uitae speciem conglutinata erant* 4 Saporis *BP* Sapor *M* Sapori *uolg.* regi regum uel solo *S* *in* Velsolus *et in* Velenus *nomen Belis inesse putat Kellerbauer p. 642* 6 praeferes *BP* proferres *M* facto *BP* 8 et *addidi* atque *Kellerbauer p. 642* 10 mepe B^1 se *sprscr. m. sec.* //nepe P^1 nempe P^3M 12 nonne *M* 14 interioribus *BPM em. Obrecht* miridates B^1 mitridates B^2P 16 occasione *P* 20 et *BPM* at *scripsi*

Valerianum principem principum non satis gratulor, ma-
gis gratuler, si redderetur. Romani enim grauiores tunc
2 sunt, quando uincuntur. age igitur ut prudentem decet,
nec fortuna te inflammet, quae multos decepit. Valerianus
et filium imperatorem habet et nepotem Caesarem, et
quid ad omnem orbem Romanum, qui contra te totus in-
3 surget? redde igitur Valerianum et fac cum Romanis pa-
cem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam.'

3 (6) Artabasdes rex Armeniorum talem ad Saporem episto-
lam misit: 'In partem gloriae uenio, sed uereor, ne non
2 tam uiceris quam bella seueris. Valerianum et filius re-
petit et nepos et duces Romani et omnis Gallia et omnis
Africa et omnis Hispania et omnis Italia et omnes gentes,
quae sunt in Illyrico atque in oriente et in Ponto, quae
3 cum Romanis consentiunt aut Romanorum sunt. unum
ergo senem cepisti et omnes gentes orbis terrarum in-
festissimas tibi fecisti, fortassis et nobis, qui auxilia mi-
simus, qui uicini sumus, qui semper uobis inter uos pu-
gnantibus laboramus.'

4 (7) Bactrani et Hiberi et Albani et Tauroscythae Saporis
litteras non receperunt sed ad Romanos duces scripse-
runt auxilia pollicentes ad Valerianum de captiuitate libe-
randum.

2 Sed Valeriano apud Persas consenescente Odenatus
Palmyrenus collecto exercitu rem Romanam prope in pri-
3 stinum statum reddidit. cepit regis thesauros, cepit etiam,
quas thesauris cariores habent reges Parthici, concubinas.
4 quare magis reformidans Romanos duces Sapor timore
Ballistae atque Odenati in regnum suum ocius se recepit.
atque hic interim finis belli fuit Persici.

1 principum] populi Romani *Hirschfeld p. 232* 2 reddetur *M* 7 romanus B^1 8 Ponticas] *in B* c *in ras.* 9 arcabasdes B^1 10 ueroor B^1 12 sed duces *BPM* 16 cepistis *B*P^1 (*ut uid.*) 19 liberamus B^1 20 albini *B*P^1 taurosscythae *B* 22 deliberandum B^1 24 consenecente *P* odeonatus *B* 26 coepit *B* 27 chariores *BP* regis *BPM* 29 Ballista *apud Graecos Κάλλιστος* otius B^1

Digitized by Google

Haec sunt digna cognitu de Valeriano, cuius per an- 5 (1)
nos septuaginta uita laudabilis in eam conscenderat glo-
riam, ut post omnes honores et magistratus insigniter gestos
imperator fieret, non, ut solet, tumultuario populi con-
cursu, non militum strepitu, sed iure meritorum et quasi
ex totius orbis una sententia. denique si data esset omni- 2
bus potestas promendi arbitrii, quem imperatorem uel-
lent, alter non esset electus.

Et ut scias, quanta uis in Valeriano meritorum fuerit 3
publicorum, ponam senatus consulta, quibus aduertant
omnes, quid de illo semper amplissimus ordo iudicauerit.

Duobus Deciis conss. sexto kal. Nouembrium die, cum 4 a. 1004/251
ob imperatorias litteras in aede Castorum senatus habe-
retur, ireturque per sententias singulorum, cui deberet
censura deferri (nam id Decii posuerant in senatus am-
plissimi potestate), ubi primum praetor edixit: 'Quid uobis
uidetur, p. c., de censore deligendo?' atque eum, qui erat
princeps tunc senatus, sententiam rogasset absente Vale-
riano (nam ille in procinctu cum Decio tunc agebat), om-
nes una uoce dixerunt interrupto more dicendae senten-
tiae: 'Valeriani uita censura est. ille de omnibus iudicet, 5
qui est omnibus melior. ille de senatu iudicet, qui nullum
habet crimen. ille de uita nostra sententiam ferat, cui
nihil potest obici. Valerianus a prima pueritia fuit censor. 6
Valerianus in tota uita sua fuit censor. prudens senator,
modestus senator, grauis senator. amicus bonorum, ini-
micus tyrannorum, hostis criminum, hostis uitiorum.
hunc censorem omnes accipimus, hunc imitari omnes 7
uolumus. primus genere, nobilis sanguine, emendatus

1 *In uolg. hoc est initium operis:* Valerianus imperator nobilis genere, patre Valerio, censor antea et per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cuius *et q. s.* 9 fuit *BPM* 11 quide *B* 12 non *B de die dubitat Schiller röm. Kaiserz. I p. 807* 13 castrorum *BP* 17 delegendo *BP*[1] 19 iam *BP* 23 cum *B*[1] 27 *post* tyrannorum *fr. Cusan. addit* in consiliis uehemens 28 huic *B*[1]

Digitized by Google

uita, doctrina clarus, moribus singularis, exemplum anti-
8 quitatis.' Quae cum essent saepius dicta, addiderunt:
'Omnes', atque ita discessum est.

6 (2) Hoc senatus consultum ubi Decius accepit, omnes au-
licos conuocauit, ipsum etiam Valerianum praecipit ro-
gari, atque in conuentu summorum uirorum recitato se-
2 natus consulto: 'Felicem te', inquit, 'Valerianum, totius
senatus sententia, immo animis atque pectoribus totius
orbis humani. suscipe censuram, quam tibi detulit Ro-
mana res publica, quam solus mereris, iudicaturus de mo-
3 ribus omnium, iudicaturus de moribus nostris. tu aesti-
mabis, qui manere in curia debeant, tu equestrem ordi-
nem in antiquum statum rediges, tu censibus modum
pones, tu uectigalia firmabis, diuides, tu res publicas re-
4 censebis; tibi legum scribendarum auctoritas dabitur, tibi
5 de ordinibus militum iudicandum est; tu arma respicies,
6 tu de nostro Palatio, tu de iudicibus, tu de praefectis
eminentissimis iudicabis, excepto denique praefecto urbis
Romae, exceptis consulibus ordinariis et sacrorum rege
ac maxima uirgine Vestalium (si tamen incorrupta perma-
nebit) de omnibus sententias feres. laborabunt autem
etiam illi, ut tibi placeant, de quibus non potes iudicare.'
7 Haec Decius. sed Valeriano sententia huiusmodi fuit: 'Ne,
quaeso, sanctissime imperator, ad hanc me necessitatem
alliges, ut ego iudicem de populo, de militibus, de senatu,
de omni penitus orbe iudicibus et tribunis ac ducibus.
8 haec sunt, *propter* quae Augustum nomen tenetis; apud
uos censura desedit, non potest hoc implere priuatus.
9 ueniam igitur eius honoris peto, cui uita inpar est, inpar

1 exemplo *BP* 5 praecepit *M* 6 conuentus BP^1 (*ut uid.*) tato *BP* tanto *M an* lecto? senatos consultu B^1 8 peccatoribus B^1P^1 10 iudicaturus d. m. omnium *om. M* 11 tua *B* 13 antquum BP^1 14 statu BP^1 statum P^3M tu *scripsi* firmabis, diuitem rem publicam recensebis *Eyssenh.* statum rei p. *Oberdick p. 742* firmabis, debita rei p. *Maduig p. 643* diuitias statues, res *Hertz p. 261* 16 est] erit *Kellerbauer p. 643* 21 laborabant BP^1 (*t. Iord.*) 23 Valeriani *Kellerbauer p. 643* 27 propter *om. BP*

Digitized by Google

est confidentia, cui tempora sic repugnant, ut censuram hominum natura non quaerat.'

Poteram multa alia et senatus consulta et iudicia prin- 7 (3)
cipum de Valeriano proferre, nisi et uobis pleraque nota essent, et puderet altius uirum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est. Nunc ad Valerianum minorem reuertar.

Valerianus iunior, alia quam Gallienus matre geni- 8
tus, forma conspicuus, uerecundia probabilis, eruditione pro aetate clarus, moribus periucundus atque a fratris dissolutione seiunctus, a patre absente Caesar est appellatus, a fratre, ut Caelestinus dicit, Augustus. nihil habet 2
praedicabile in uita, nisi quod est nobiliter natus, educatus optime et miserabiliter interemptus.

Et quoniam scio errare plerosque, qui Valeriani im- 3
peratoris titulum in sepulchro legentes illius Valeriani redditum putant corpus, qui a Persis est captus, ne ullus error obrepat, mittendum in litteras censui hunc Valerianum circa Mediolanium sepultum addito titulo Claudii iussu: 'Valerianus imperator'.

Non puto plus aliquid uel de maiore Valeriano uel de 4

2 quaerat] ferat *misc. obseru. IIII p. 240* 3 consulte iud. *BP* consulti *M* 4 de] seu *BPM* plerique *BP* plerisque *M* pleraque *C ex Reg.* 5 ut *BPM em. C* 6 *post* superatus est *in uolg. haec addita sunt:* Victus est enim a Sapore rege Persarum, dum ductu cuiusdam sui ducis, cui summam omnium bellicarum rerum agendarum commiserat, seu fraude seu aduersa fortuna in ea esset loca deductus, ubi nec uigor nec disciplina militaris, quin caperetur, quicquam ualere potuit. captus igitur in ditionem Saporis peruenit: quem cum gloriosae uictoriae successu minus honorifice quam deceret, superbo et elato animo detineret atque cum Romanorum rege ut uili et abiecto mancipio loqueretur, litteras ab amicis regibus, qui et ei contra Valerianum fauerant, plerasque missas accepit quarum seriem Iulius refert. *cf. Philol. XXXXIII p. 184 sq.* 9 conspicius *BP*[1] 14 misetrabiliter *B* 16 titulo *BPM* 17 a *om. B*[1] 19 Mediolanum *M*

iuniore requirendum. et quoniam uereor, ne modum uoluminis transeam, si Gallienum, Valeriani filium, de quo iam mult*us* .... nobis fuit se*rmo* .... *uel* Saloninum fi*lium etiam* Gallieni, qui e*t* .... *Gal*lienus est dic*tus in* .... libro adiun*cto* .... ad aliud uolumen transeam ..... semper enim me uobis dedidi .. et famae, cui negare nihil possum.

3 mul $P^1 B^1$ multa B^2 multus P^2. *numerum litterarum deletarum supra cod. B secutus numero punctorum notaui, quocum consentire P existumandum est, si nullam ex eo discrepantiam in adnotatione attuli. neglexi tamen discrimen unius uel duarum litterarum. quae litteris inclinatis descripta sunt, addita sunt a secunda manu in P. in M omnia nullo spatio uacuo relicto ex arbitrio Boni Accursi consarcinata sunt, quam ob rem et his et eis Gallienorum uit. locis, ubi in B et P lacunae sunt, eius scripturas addere superuacaneum duxi.* se BP^1 sermo P^2 de quo iam multus sermo fuit uel nobis fuit se — *spat. 27 litterarum uacat* — saloninum *Vat.* uel *om.* BP^1 *add.* P^2 4 fi .... *B* fi .... P^1 filium etiam P^2 (*Vat.*, *in quo et hic et in seqq. spatium uacuum fere duplo maius est*) quie *B* quiet gallienus — *sp. 15 litt. uac.* — lienus est *Vat.* lienus BP^1 gal. *add.* P^2 5 dic BP^1 dictus in P^2 dictus in libro aduinctus *Vat.* adiu B^1 aduinc B^2P^1 aduincto P^2 7 possumus *B* *Exempli causa lacunas ita expleuimus:* Et quoniam uereor, ne modum uoluminis transeam, si Gallienum Valerianum, de quo iam multus *et fortasse nimius* nobis fuit sermo *in illius uita*, uel Saloninum filium etiam Gallieni, qui et *Saloninus et* Gallienus est dictus in *historia sui temporis*, *huic* libro adiunctos *edam, nunc* ad aliud uolumen transeam*us*, *ut iubetur*. semper enim me uobis dedidi et famae, cui negare nihil possum. *aut mutato* me *pronomine in* nos: semper enim nos uobis dedim*us* et famae, cui negare nihil possumus.

TREBELLII POLLIONIS

GALLIENI DVO

Capto Valeriano, (enimuero unde incipienda est Gallieni uita, nisi ab eo praecipue malo, quo eius uita depressa est?) nutante re p., cum Odenatus iam orientis cepisset imperium, Gallienus comperta patris captiuitate gauderet, uagabantur . . . exercitus, mur*murabant* . . . . duces, erat *omnium* . . . . . . maeror, quod . . . . imperator . . . . Romani in Perside ser*uiliter* teneretur . . . . ior omnium . . . . quod Gallienus na . . . . pater facto sic . . . . moribus re p. . . . . perdiderat. Gallieno igitur et Volusiano conss. Macrinus 2 a. 1014/261

1 incipit eiusdem gallieni duo *BP* 7 uocabantur BP^1 mus *B* mu P^1 murmurabant P^2 *Vat.* 8 omnium *om.* BP^1 *add.* P^2 quod *om. B* 9 imperator romanus — *sp. 9 litt. uac.* — ////// in persida *P* in *om. B Vat.* persida *BP Vat.* . . . . sertenetur . . . . *B*, P^1 *inter* persida *et* ior omnium *spatium 16 litterarum uacuum reliquit,* P^2 *haec initio lacunae addidit:* seruiliter teneretur. *seq. 16 litt. spat.;* seruiliter — *18 litt.* — serteneretur — *23 litt.* — *Vat.*
10 ior omnium *in B a sec. manu ut uid. additum* *post* na *spat. 22 litt. in P uac.* *in M omnia cohaerent* *Sententia Trebellii haec fere fuisse uidetur:* uagabantur *ubique* exercitus, murmurabant *omnibus in prouinciis* duces, erat omnium *ingens* maeror, quod *Valerianus* imperator Romanus in Perside seruiliter teneretur. *sed erat etiam ma*ior omnium *maestitia* quod Gallienus na*nctus imperium ut* pater fato sic *ipse* moribus re*m* p*ublicam* perdiderat. *in ultimis lacunis explendis secutus sum Obrechtium* 12 macrianus P^3*M*. *Macrinus tamen dicitur etiam § 3 et 2,1. XXIIII 11,2. 18,3, quam formam cum etiam Zonar. XII 24 et anon. contin. Dion. V p. 219 exhi-*

et Ballista in unum coeunt, exercitus reliquias conuocant
et, cum Romanum in oriente nutaret imperium, quem fa-
cerent imperatorem, requirunt, Gallieno tam neglegenter
se agente, ut eius ne mentio quidem apud exercitum fie-
3 ret. placuit denique, ut Macrinum cum filiis suis imperatores
dicerent ac rem p. de*fendendam* .. capesserent ....
..... sic igitur ... *delatum est* ... imperium ....
4 .... Macrino .... causae Macri*no* ....
imperandi cum filiis haec fuerunt: primum, quod nemo eo
tempore sapientior ducum habebatur, nemo ad res regen-
das aptior; deinde ditissimus et qui priuatis posset fortu-
5 nis publica explere dispendia. huc accedebat quod liberi
eius, fortissimi iuuenes, tota mente in bellum ruebant,
ut essent legionibus exemplo ad omnia .... *mili-*
*t*aria.

2 Ergo Ma*crinus* .... undique *auxilia* .... petit occu-
pa*tis* a *se* .... partibus, quas ipse .... posuerat ita *ut* ....
..... imperium .... *hoc* bellum .. instruxit ....
cum par esset omni*bus* .... quae contra eum poterant
2 cogitari. idem Macrianus Pisonem, unum ex nobilibus et
principibus senatus, ad Achaiam destinauit ob hoc, ut Va-

beant, nolui eius uestigia apud Trebellium omnino delere 6 de *B*P^1 defendendam P^2 defensandam *Vat.* capesserunt *B*P^1 *Vat.* 7 sit *BP Vat.* *inter* igitur *et* imperium *in B sp. 14 litt. uacuum relictum.* delatum est P^2 *addidit*, *post* imperium *Vat. ponit.* *post* imperium *in P lac. 12 litt.* 8 macriano et *Vat.* macri *B*P^1 macrino P^2 macrianum *Vat.*
10 sapienter *B*P^1 gerendas *M* 14 aria *B*P^1 .... militaria P^2 omnia militaria — *sp. 11 litt.* — aria *Vat.* 16 ma *B*P^1 macrinus P^2 .... macrianus — *sp. 14 litt.* — und. *Vat.* auxilia *om.* *B*P^1 auxilia .... P^2 auxilia petit — *sp. 16 litt.* — petito occupatis *Vat.* occupa — *sp. 10 litt.* — partibus *B* occupa . . . a. . . . . P^1 occupatis a se . . . P^2 (*Vat.*) 17 ipse *om.* *B* ıp̃e *P* *post* ita *etiam in M lacuna*
ut *om.* *B*P^1 *add.* P^2 18 imperum *B* hoc *om.* *B*P^1 *add.* P^2 *Vat.* bellum inst. *continuat P* instuxit *B* instũxit *P* 19 cum par *om.* *B*P^1 *add.* P^2 omni *B*P^1 omnibus P^2 *Vat.* cum par esset omnibus copiis, quae c. e. p. concitari *Bährens p. 659* 20 a principibus *BP* a *om.* *M* et princ. *scripsi* ac pr. *Kellerbauer p. 643* 21 ab hoc *B*

Digitized by Google

lentem, qui illic proconsulari imperio rem p. gubernabat,
opprimeret. sed Valens comperto, quod Piso contra se 3
ueniret, sumpsit imperium. Piso igitur in Thessaliam se
recepit. ubi missis a Valente militibus cum plurimis inter- 4
fectus est, ipse quoque imperator appellatus cognomento
Thessalicus. Et Macrianus retento in oriente uno ex filiis, 5
pacatis iam rebus Asiam primum uenit *et* Illyricum
petit. in Illyrico cum Aureoli imperatoris, qui contra Gal- 6
lienum imperium sumpserat, duce, Domitiano nomine,
manum conseruit, unum ex filiis secum habens et triginta
milia militum ducens. sed uictus est Macrianus cum filio 7
Macriano nomine deditusque omnis exercitus Aureolo im-
peratori.

Turbata interim re p. toto penitus orbe terrarum, 3
ubi Odenatus comperit Macrianum cum filio interemptum,
regnare Aureolum, Gallienum remissius rem gerere, festi-
nauit ad alterum filium Macriani, cum exercitu, si hoc
daret fortuna, capiendum. sed i, qui erant cum filio Ma- 2
criani, Quieto nomine, consentientis Odenato auctore prae-
fecto Macriani Balista iuuenem occiderunt missoque per
murum corpore Odenato se omnes affatim dediderunt.
totius prope igitur orientis factus est Odenatus imperator, 3
cum Illyricum teneret Aureolus, Romam Gallienus. idem 4
Balista multos Emisenos, ad quos confugerant Macriani
milites, cum Quieto et thesaurorum custode interfecit, ita
ut ciuitas paene deleretur. Odenatus inter haec, quasi 5
Gallieni partes ageret, cuncta eidem nuntiari ex ueritate
faciebat.

Sed Gallienus cognito, quod Macrianus cum suis liberis 6

1 gubernaret *P*[1] 4 compluribus *M* 6 thessalatis *BP* haec macrianus *BPM* et Macr. *scripsi* retento] *an* relicto? 7 tam *BP* tamen *M* iam *S* deinde Illyricum *M* et *add. Petschenig p. 32* 8 Aureolo imperatore *M* 9 domiciano *BM* 11 uinctus *B* 14 totoque *uolg.* 16 ingerere *BPM* rem gerere *S* 17 exercitus hoc *BPM em. C* 18 hi *BPM* 20 macrini *P*[1] 21 affatim] confestim *C* statim *Eyssenh.* 23 idem] id est *BPM* 24 emissenos *B* emisoenos *M* confugerent *BPM* 25 custodem *BP*

Digitized by Google

esset occisus, quasi securus rerum ac patre iam recepto,
7 libidini et uoluptati se dedidit. ludos circenses ludosque scaenicos, ludos gymnicos, ludiariam etiam uenationem et ludos gladiatorios dedit populumque quasi uictoriali-
8 bus diebus ad festiuitatem ac plausum uocauit. et cum plerique patris eius captiuitatem maererent, ille specie decoris, quod pater eius uirtutis studio deceptus uideretur,
9 supra modum laetatus est. constabat autem, censuram parentis cum ferre non potuisset, uotiuum illi fuisse, quod inminentem ceruicibus suis grauitatem patriam non haberet.

4 Per idem tempus Aemilianus apud Aegyptum sumpsit imperium occupatisque horreis multa oppida malo famis
2 pressit. sed hunc dux Gallieni Theodotus conflictu habito cepit atque imperatori .... u uiuum transmisit. Aegypt*us enim* .... data est ... *Aemiliano* ... a .... strangy*thebitinos* milites .... uitum est .... ribus.

3 Cum Gallienus in luxuria et inprobitate persisteret cumque ludibriis et helluationi uacaret neque aliter rem p. gereret, quam cum pueri fingunt per ludibria potestates, Galli, quibus insitum est leues ac degenerantes a uirtute Romana et luxuriosos principes ferre non posse, Postu-

2 libidinis *B* 3 senicos B^1 4 gladiatorias *B* 6 mererent *BP* decoris] doloris *Eyssenh.* 9 eum f. non potuisse *BPM* cum f. n. potuisset *scripsi* uotiuumque *M*
13 occupatis *PM* 15 *de re uid. XXIIII 22,8, ex quo loco Obrecht haec supplementa petiit:* atque imperatoriis *ornamentis exutum Gallieno* uiuum transmisit. Aegyp*tus post haec Theodoto* data est; *Aemilianus in carcere* strang*ulatus; in Thebaitanos* milites *quoque sae*uitum est *interfectis conplu*ribus.
16 uiuum *P* aegypt BP^1 aegyptus enim — *sp. 11 litt.* — P^2 (*Vat.*) 17 est *om. Vat.* emiliano *om.* BP^1 *add.* P^2 *Vat.* strangy BP^1 strangythebithinos ... P^2 18 *post* milites *sp. 15 litt. uac. in P* a ptñst ythebitinos data est — *15* — a — *20* — strangy — *25* — milites *Vat.* 19 rebus *Vat.* *hic etiam in M spatia conplura uacua* 20 gallienis B^1 23 est esse *M* degerantes BP^1 24 postunium *B*

Digitized by Google

mum ad imperium uocarunt, exercitibus *quo*que consen-
tientibus, quod occupatum imperatorem libidinibus que-
rebantur. contra hunc *Theodorus* 4
exercitum *duxit, cum* .... que urbem, *in qua in-*
erat .... Postumus, *obsidere* .... re coepisset,
decernentibus .... dentibus Gallis, Gallienus muros
circumiens sagitta ictus est. nam per annos septem Postu- 5
mus imperauit et Gallias ab omnibus circumfluentibus
barbaris ualidissime uindicauit. his coactus malis Gallie- 6
nus pacem cum Aureolo facit oppugnandi Postumi studio
longeque bello tracto per diuersas obsidiones ac proelia
rem modo feliciter modo infeliciter gerit. accesserat prae- 7
terea his malis, quod Scythae Bithyniam inuaserant ciui-
tatesque deleuerant. denique † contum, quae Nicomedia 8
postea dicta est, incensam grauiter uastauerunt. Denique 9
quasi coniuratione totius mundi concussis orbis partibus
etiam in Siciliam quasi quoddam seruile bellum extitit
latronibus euagantibus, qui uix oppressi sunt.

Et haec omnia Gallieni contemptu fiebant. neque 5

1 qui *BP* quo *M* quoque *scripsi* 2 quo *BPM* quod *scripsi* querebatur *BPM* 3 theodorus *om.* BP^1 *add.* P^2 *Vat.; in P post* Theodorus *spat. 8 litt.* Theodotus *uolg.* 4 duxit cum *om.* BP^1 *add.* P^2 *Vat., quibus uocabulis expletum est spatium in P* in qua inerat *om.* BP^1 in quam iuerat *add.* P^2 in qua inerat *Vat.; in P post* iuerat *sp. 5 litt.* 5 obsidere *om.* BP^1 *add.* P^2 *Vat.* 6 decernentibus *om.* BP^1 *add.* P^2 *Vat.* dentibus *om. Vat.* — *in M omnia cohaerent* 7 circumgens B^1P^1; *S lacunas ita expleuit:* contra hunc *ipse Gallienus* exercitum *duxit cumque* urbem, *in qua erat* Postumus, *obsidere* coepisset, *acriter eam defen*dentibus Gallis Gallienus muros circumiens sagitta ictus est. *cf. XXIIII 3* iam *Hudemann Philol. VIIII p. 191* § 5 *delet Böhme de Dexipp. fr. p. 66* 9 uincauit P^1 coactis *BP* 10 aureoliolo *B* aureliolo *P* 11 longoque *BPM* longeque *scripsi* 13 magis *BP* sythae *B* bityniam *BP* 14 Corinthum *M* Astacum *uolg.* postea e Nic. *M* denique cothonem, qui Nicomediae postea dictus est, inscensuri nauigia grau. *Vnger p. 507* 15 dictus *B* dictam *M* incensuram BP^1 uastauerant *Wietersheim Gesch. d. Völkerw. II p. 331* 16 concus P^1 17 seruire *B*

Digitized by Google

enim quicquam est ad audaciam malis, ad spem bonorum
bonis promtius, quam cum malus timetur uel dissolutus
contemnitur imperator.
a. 1015/262 2 Gallieno et Faustiniano conss. inter tot bellicas clades
etiam terrae motus grauissimus fuit et tenebrae per mul-
3 tos *dies;* auditum praeterea tonitruum terra mugiente,
non Ioue tonante, quo motu ipsae multae fabricae deuo-
ratae sunt cum habitatoribus, multi terrore emortui; quod
4 quidem malum tristius in Asiae urbibus fuit. mota est et
Roma, mota et Libya. hiatus terrae plurimis in locis fue-
runt, cum aqua salsa in fossis appareret. maria etiam
5 multas urbes occuparunt. pax igitur deum quaesita in-
spectis Sibyllae libris, factumque Ioui Salutari, ut prae-
ceptum fuerat, sacrificium. nam et pestilentia tanta exti-
terat uel Romae uel in Achaicis urbibus, ut uno die quin-
que milia hominum pari morbo perirent.

6 Saeuiente fortuna, cum hinc terrae motus, inde hiatus
soli, ex diuersis partibus pestilentia orbem Romanam ua-
staret, capto Valeriano, Gallis parte maxima obsessis, cum
bellum Odenatus inferret, cum Aureolus perurgueret.......
cum Aemilianus Aegyptum occupasset, Gothori *clodius,*
.... a quo dictum est superius, Gothis inditum est,
occupatis Thraciis Macedoniam uastauerunt, Thessalonicam
obsederunt, neque usquam spes mediocriter salutem osten-
7 tare *uisa* est. quae omnia contemptu, ut saepius dixi-
mus, Gallieni fiebant, hominis luxuriosissimi et, si esset

1 audiciam *B* 2 uel malus timetur diss. *BPM* malus timetur uel diss. *scripsi* 4 Faustino *M* 6 dies *om. BP* 8 mortui *M* 10 mota lybia *B* 13 factoque *BP* 20 *post* perurgueret *in P spat. 3 litt.* Illyricum *add. uolg.* 21 clodius *om. BP*[1] *add. P*[2] ea quod *add. Vat. in M nulla lacuna;* a quo, ut dictum est superius, nomen Gothis inditum est *A. de Gutschmid ap. Wietersheim Gesch. d. Völkerw. II p. 321, in anteced. ipsum nomen, fort.* duce filio Ostrogothae *intercidisse suspicatus* 23 traciis *BP* 24 quies *BP* 25 uisa *add. M* spes m. salutis ostentata est *S* m. saltem ost. *Bährens p. 658* ne qua usquam — ostentaret *Petschenig p. 57* 25 saepius] superius *Kellerbauer p. 643*

Digitized by Google

securus, ad omne dedecus paratissimi. Pugnatum est in 6
Achaia Marciano duce contra eosdem Gothos, unde uicti
per Achaeos recesserunt. Scythae autem, hoc est pars 2
Gothorum, Asiam uastabant. etiam templum Lunae Ephe-
siae dispoliatum et incensum est, cuius opes fama satis
notae *per* populos. Pudet prodere, inter haec tempora, 3
cum ista gererentur, quae saepe Gallienus malo generis
humani quasi per iocum dixerit. nam cum ei nuntiatum 4
esset Aegyptum desciuisse, dixisse fertur: 'Quid? sine
lino Aegyptio esse non possumus?' cum autem uastatam 5
Asiam et elementorum concussionibus et Scytharum in-
cursionibus comperisset: 'Quid', inquit, 'sine afronitris
esse non possumus?' perdita Gallia risisse ac dixisse 6
perhibetur: 'Num atrabaticis sagis tuta res p. est?' sic 7
denique de omnibus partibus mundi, cum eas amitteret,
quasi detrimentis uilium ministeriorum uideretur affici,
iocabatur. Ac ne quid mali deesset Gallieni temporibus, 8
Byzantiorum ciuitas, clara naualibus bellis, claustrum
Ponticum, per eiusdem Gallieni milites ita omnis uastata
est, ut prorsus nemo superesset. denique nulla uetus 9
familia apud Byzantios inuenitur, nisi si aliquis pere-
grinatione uel militia occupatus euasit, qui antiquitatem
generis nobilitatemque repraesentet. Contra Postumum 7
igitur Gallienus cum Aureolo et Claudio duce, qui postea
imperium optinuit, principe generis Constanti Caesaris
nostri, bellum iniit, et cum multis auxiliis Postumus iu-

2 achia *B* mariano *BP* Macriano *M* *em. C ex Zosimo I 40* 4 lanae *M* 5 ope *BP* opus est *M* satis nota populos *BP* in populos satis nota *M* satis notae *uolg.* in pop. *uolg.* per pop. *scripsi* apud pop. *Bährens p. 658* perdere *BP* numerare *M* *em. Gr.* 7 cum ista gererentur *del. Cornelissen p. 63* gallienis *B* generes P^1 11 concurrisionibus *BP* concursionibus *M* concussionibus *libri C* 12 cumperisset *P* afonitris B^1 13 possum BP^1 resisse BP^1 arrisisse *M* 14 non atr. BP^1 *em. Gr.* non sine P^3M atrabiticis B^1 trabeatis *M* 15 mitteret *BP* emitteret *M* *em. C* 17 iocaebatur BP^1 18 bizantiorum *B* 25 principem *BPM* Constantini *M* 26 incitet cum *BPM*

uaretur Celticis atque Francicis, in bellum cum Victorino
processit, cum quo imperium participauerat. uictrix Gal-
lieni pars fuit pluribus proeliis euentuum uariatione de-
2 cursis. erat in Gallieno subitae uirtutis audacia, nam
aliquando iniuriis grauiter mouebatur. denique ad uin-
dictam Byzantiorum processit et, cum non putaret recipi
se posse muris, receptus alia die omnes milites inermes
armatorum corona circumdatos interemit fracto foedere,
3 quod promiserat. per eadem tempora etiam Scythae in
Asia Romanorum ducum uirtute ac ductu uastati ad pro-
pria recesserunt.

4 Interfectis sane militibus apud Byzantium Gallienus,
quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido
conuolauit conuocatisque patribus decennia celebrauit
nouo genere ludorum, noua specie pomparum, exquisito
8 genere uoluptatum: iam primum inter togatos patres
et equestrem ordinem albato milite et omni populo
praeeunte, seruis etiam prope omnium et mulieribus cum
cereis facibus et lampadis praecedentibus Capitolium pe-
2 tit. praecesserunt etiam altrinsecus centeni albi boues
cornuis auro iugatis et dorsualibus sericis discoloribus
3 praefulgentes; agnae candentes ab utraque parte ducentae
praecesserunt et decem elefanti, qui tunc erant Romae,
mille ducenti gladiatores pompabiliter ornati cum auratis
uestibus matronarum, mansuetae ferae diuersi generis
ducentae ornatu quam maximo affectae, carpenta cum
mimis et omni genere histrionum, pugilles flacculis non
ueritate pugillantes. Cyclopea etiam luserunt omnes ape-
narii, ita ut miranda quaedam et stupenda monstrarent.
4 omnes uiae ludis strepituque et plausibus personabant.

em. Gr. 2 uictris *BP* 3 ratione *BPM em. C* euentuum ratione diuersis *Eyssenh.* 4 erat enim *M* 8 facto *B*P^1*M em.* P^3 16 iam] *an* nam? rogatos *B*P^2*M* rogatus P^1 17 albatos milites *BPM em. Bährens p. 658* 18 omnium *BPM fort.* omnibus 20 process. *M* altrimsecus *BP* 21 cornibus P^3*M* 22 acne *B* 28 apinarii *S* 29 monstraret *BPM* 30 ludis *om.* B^1

ipse medius cum picta toga et tunica palmata inter patres, 5
ut diximus, omnibus sacerdotibus praetextatis Capitolium
petit. hastae auratae altrinsecus quingenae, uexilla cen- 6
tena praeter ea, quae collegiorum erant, dracones et signa
templorum omniumque legionum ibant. ibant praeterea 7
gentes simulatae, ut Gothi, Sarmatae, Franci, Persae,
ita ut non minus quam duceni globis singulis ducerentur.
Hac pompa homo ineptus eludere se credidit populum 9
Romanum, sed, ut sunt Romanorum facetiae, alius Po-
stumo fauebat, alius Regiliano, alius Aureolo aut Aemi-
liano, alius Saturnino, nam et ipse iam imperare dice-
batur. inter haec ingens querella de patre, quem inultum 2
filius liquerat, et quem externi utcumque uindicauerant.
nec tamen Gallienus ad talia mouebatur obstupefacto uo- 3
luptatibus corde, sed ab is, qui circum eum erant, requi-
rebat: 'Ecquid habemus in prandio? ecquae uoluptates
paratae sunt? et qualis cras erit scaena qualesque cir-
censes?' Sic confecto itinere celebratisque hecatombis ad 4
domum regiam redit conuiuiisque et epulis depulsis alios
dies uoluptatibus publicis deputabat. Praetereundum non 5
est haud ignobile facetiarum genus. nam cum grex Per-
sarum quasi captiuorum per pompam (rem ridiculam)
duceretur, quidam scurrae miscuerunt se Persis, diligen-
tissime scrutantes omnia atque unius cuiusque uultum
mira inhiatione mirantes. a quibus cum quaereretur, 6
quidnam ageret illa solertia, illi responderunt: 'Patrem
principis quaerimus.' quod cum ad Gallienum peruenis- 7
set, non pudore, non maerore, non pietate commotus est
scurrasque iussit uiuos exuri. quod populus factum tri- 8
stius, quam quisquam aestimat, tulit, milites uero ita do-
luerunt, ut non multo post uicem redderent.

4 digna P^1 5 templorum] manipulorum *Rösinger p. 9* 10 fouebat BP^1 fauebat *P a rec. man.* (*t. Iord.*) Regaliano *S cf. XXIIII 10* 13 aeterni *B* eterni P^1 15 his *BPM* 16 et quid — et quae *M* 17 caena quales circ. *M* 18 ecatonbiis B^1P ecatorbiis B^2 21 haut BP^1 rex *BPM em. C* 22 rediculem B^1 26 agerent *M* in-

Digitized by Google

a. 1017/264 10 Gallieno et Saturnino conss. Odenatus rex Palmyrenorum optinuit totius orientis imperium, idcirco praecipue, quod se fortibus factis dignum tantae maiestatis infulis declarauit, Gallieno aut nullas aut luxuriosas aut
2 ineptas et ridiculas res agente. denique statim bellum Persis in uindictam Valeriani, quam eius filius neglegebat,
3 indixit. Nisibin et Carras statim occupat tradentibus sese
4 Nisibenis atque Carrenis et increpantibus Gallienum. nec defuit tamen reuerentia Odenati circa Gallienum. nam captos satrapas insultandi prope gratia et ostentandi sui
5 ad eum misit. qui cum Romam deducti essent, uincente Odenato triumphauit Gallienus nulla mentione patris facta, quem ne inter deos quidem nisi coactus rettulit, cum mortuum audisset, sed adhuc uiuentem, nam de illius
6 morte falso compererat. Odenatus autem ad Ctesifontem Parthorum multitudinem obsedit uastatisque circum om-
7 nibus locis innumeros homines interemit. sed cum satrapae omnes ex omnibus regionibus illuc defensionis communis gratia conuolassent, fuerunt longa et uaria
8 proelia, longior tamen Romana uictoria. et cum nihil aliud ageret, nisi ut Valerianum Odenatus liberaret, instabat cottidie, at locorum difficultatibus in alieno solo im-
11 perator optimus laborabat. Dum haec apud Persas geruntur, Scythae in Cappadociam peruaserunt. illic captis ciuitatibus bello etiam uario diu acto se ad Bithyniam
2 contulerunt. quare milites iterum de nouo imperatore faciendo cogitarunt. quos omnes Gallienus more suo, cum placare atque ad gratiam suam reducere non posset, occidit.

3 Cum tamen sibi milites dignum principem quaererent,

solentia *Cornelissen p. 64* 4 infulsis P^1 luxuriosas B^1 5 inneptas P^1 ///st ridiculas *P* 7 nitibin P^1 charras BP^2 carra P^1 8 nisibinis *B* nitibenis P^1 charrenis BP^2 10 gratia prope B^1 13 nec P^2M 15 tesifontem $BP^1(M)$ 22 ac *BPM em. C* colorum P^1 23 imperatur B^1 reguntur P^1 24 scythice B^1 25 actos B^1PM acto B^2 acto se *S* 26 contulerint *B*

Gallienus apud Athenas archon erat, id est summus magi-
stratus, uanitate illa, qua et ciuis adscribi desiderabat et
sacris omnibus interesse. quod neque Hadrianus *nisi* in 4
summa felicitate neque Antoninus nisi adulta fecerat
pace, cum tanto studio Graecarum ducti sint littera-
rum, ut raro aliquibus doctissimis magnorum arbitrio ces-
serint uirorum. Areopagitarum praeterea cupiebat ingeri 5
numero contempta prope re p. fuit enim Gallienus, quod 6
negari non potest, oratione poemate atque omnibus arti-
bus clarus. huius illud est epithalamion, quod inter cen- 7
tum poetas praecipuum fuit. nam cum fratrum suorum
filios iungeret, *et* omnes poetae Graeci Latinique epitha-
lamia dixissent, idque per dies plurimos, ille, cum manus
sponsorum teneret, ut quidam dicunt, *σκωπτικῶς* ita di-
xisse fertur:

'Ite, agite, o pueri, pariter sudate medullis 8
omnibus inter uos, non murmura uestra columbae,
brachia non hederae, non uincant oscula conchae.'

longum est eius uersus orationesque conectere, quibus 9
suo tempore tam inter poetas quam inter rhetores emi-
cuit. sed aliud in imperatore quaeritur, aliud in oratore
uel poeta flagitatur.

Laudatur sane eius optimum factum. nam consulatu 12
Valeriani fratris sui et Lucilli propinqui ubi comperit a. 1018/265
ab Odenato Persas uastatos, redactam Nisibin et Carras

1 id est s. mag. *del. Petschenig p. 37* 2 *an* ciuibus? 3 nisi *addidit S* 4 in *BPM* nisi *Bährens p. 659; S ante* in *inseruerat* 5 docti *BPM em. Bährens p. 659* sint i litt. *P*[2] fuerint *uolg.* 6 cesserit *P*[1] 7 inseri *Cornelissen p. 256* 9 ratione *BP*[1] 10 est illud *M* epistulamiono *B* epistolamiono *PM em. S* 11 fractum *BP*[1] 12 et *om. BPM* episthalamia *BP* 14 sceptus *BP* septus *M* exceptus *S* ex tempore *uel* subito *in ed. priore conieceram*, silentium adeptus *Rösinger p. 10. αὐτοσχεδίως Peiper p. 525* exertius *Vnger p. 508 em. Oberdick p. 10* 16 ait *BPM* agite *anthol. n. 711 II p. 160 Riese* 20 in poetas *BPM* interethores *BP*[1] in rhetores *M* 23 consulta *BPM em. Czwalina p. 47* 25 uastatus *B*[1]

Digitized by Google

in potestatem Romanam, omnem Mesopotamiam nostram,
denique Ctesifontem esse peruentum, fugisse regem,
captos satrapas, plurimos Persarum occisos, Odenatum
participato imperio Augustum uocauit eiusque monetam,
qua Persas captos traheret, cudi iussit. quod et senatus
2 et urbs et omnis aetas gratanter accepit. ⟨Fuit praeterea
idem ingeniosissimus, cuius ostendentia acumen, in nugis
3 scilicet, pauca libet ponere: nam cum taurum ingentem
in harenam misisset, exissetque ad eum feriendum uenator neque productum decies potuisset occidere, coronam
4 uenatori misit, mussantibusque cunctis, quid rei esset,
quod homo ineptissimus coronaretur, ille per curionem
5 dici iussit: 'Taurum totiens non ferire difficile est.' idem,
cum quidam gemmas uitreas pro ueris uendidisset eius
uxori, atque illa re prodita uindicari uellet, subripi quasi
ad leonem uenditorem iussit, deinde e cauea caponem
emitti, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam per curionem dici iussit: 'Inposturam fecit et passus est.'
deinde negotiatorem dimisit.⟩

6 Occupato tamen Odenato bello Persico, Gallieno rebus ineptissimis, ut solebat, incubante Scythae nauibus
factis Heracleam peruenerunt atque inde cum praeda in
solum proprium reuerterunt, quamuis multi naufragio
perierint. [nauali bello superati sint.]

13 Per idem tempus Odenatus insidiis consobrini sui interemptus est cum filio Herode, quem et ipsum impera-
2 torem appellauerat. tum Zenobia, uxor eius, quod paruuli

nitibin B^1P^1 charras *B* 2 sifontem BP^1 tesifontem P^3(*M*) 5 cudi] cuius BP^1 *ut uid.* 6 accerit B^1P^1 acceperit B^2 7 ostendentia cum in his scilicet *BPM* ostendentia acumen *Egn.* ostendentia acuminis scilicet *S* ostendentia acumen in nugis scilicet *scripsi* cuius ostendendi acuminis sc. causa pauca *Maduig p. 643* 9 mississet *B* uector *BP* confector *C* 10 perductum *BPM em. C* mussanctibusque *B* mussacnctibus P^1 14 ueras pro uitreis *BPM* uendisset *BP* 17 emittit *M* 21 incumbente *M* 22 heradeam *B* 24 nauali bello superati sint *uncis inclusi cf. exerc. crit. p. 19* aut nauali *Petschenig p. 32* sint *om. M* 27 cum

Digitized by Google

essent filii eius, qui supererant, Herennianus et Timolaus,
ipsa suscepit imperium diuque rexit, non muliebriter ne-
que more femineo, sed non solum Gallieno, quo *quae*que 3
uirgo melius imperare potuisset, uerum etiam multis im-
peratoribus fortius atque solertius. Gallienus sane, ubi ei 4
nuntiatum Odenatum interemptum, bellum Persis ad seram
nimis uindictam patris parauit collectisque per Heraclia-
num ducem militibus solertis principis rem gerebat. qui 5
tamen Heraclianus, cum contra Persas profectus esset, a
Palmyrenis uictus omnes, quos parauerat, milites perdidit,
Zenobia Palmyrenis et orientalibus plerisque uiriliter im-
perante. Inter haec Scythae per Euxinum nauigantes 6
Histrum ingressi multa grauia in solo Romano fecerunt.
quibus compertis Gallienus Cleodamum et Athenaeum By-
zantios instaurandis urbibus muniendisque praefecit, pu-
gnatumque est circa Pontum, et a Byzantiis ducibus uicti
sunt barbari. Veneriano item duce nauali bello Gothi su- 7
perati sunt, cum ipse Venerianus militari perit morte.
atque inde Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem 8
uastauerunt et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore
horum temporum, uicti sunt. unde pulsi per Epirum, Ma-
cedoniam, Boeotiam peruagati sunt. Gallienus interea uix 9
excitatus publicis malis Gothis uagantibus per Illyricum

BPM 1 therennianus *BPM em. S* timelaus *BP*[1] 2 m nulliebriter *B*[1] nulliebriter *P*[1] 3 femineo more *B*[1] G. quo una quaeque uirgo — fortius atque sollertius principis rem gerebat. Gallienus sane, ubi ei nuntiatum (est?) —, collectis per H. d. militibus. qui tamen *Maduig p. 643; ipse puncto ante* sed *in comma mutato pro* quoque (*sic BPM*) *scripsi* quo quaeque. quo quaeuis *Bährens N. Jen. Litterat. I p. 48* uirago *M* potuisset imp. *B* multum *B*[1] 5 fortibus atque solertibus *S* gallienos *B* gallieno *PM* Gallienus *scripsi* (*Eyssenh.*) ubi enuntiatum *P*[1] ei *om. M* Gallieno s. ubi est nunt. *Petschenig p. 58* 7 patres *B in P* is *in ras.* heradianum *B utroque loco* 10 quos] que *BP*[1] 12 eupinum *B* euxinum *P*[2] *sed* x *in ras.* 14 cumpertis *BP* cleodanum et atheneum *BP* Cleochanum et Athenum *M* 17 gothesperati *B*[1] su *superscr. B*[2] *in P* u *in ras.* 18 militaris *BP* 21 achenoniam boetiam *BPM em. Egn.* Acarnaniam *uolg.*

occurrit et fortuito plurimos interemit. quo comperto Scy-
thae facta carragine per montem Gessacem fugere sunt
10 conati. omnes inde Scythas Marcianus uaria bellorum for-
tuna .... quae omnes Scythas ad rebellionem exci-
tarunt.

14 Et haec quidem Heracliani ducis erga rem *p.* deuotio
fuit. uerum cum Gallieni tantam improbitatem ferre non
possent, consilium inierunt Marcianus et Heraclianus, ut
2 alter eorum imperium caperet .... et Claudius quidem,
ut suo dicemus loco, uir omnium optimus, electus est,
qui consilio non adfuerat, eaque apud cunctos reuerentia,
ut iuste dignus uideretur imperio, quemadmodum postea
3 conprobatum est. is enim est Claudius, *a quo* Constantius,
4 uigilissimus Caesar, originem ducit. fuit isdem socius in
appetendo imperio quidam Ceronius siue Cecropius, dux
Dalmatarum, qui eos et urbanissime et prudentissime ad-
5 iuuit. sed cum imperium capere uiuo Gallieno non pos-
sent, huius modi eum insidiis adpetendum esse duxerunt,
ut labem inprobissimam malis fessa re p. a gubernaculis
humani generis dimouerent, ne diutius theatro et circo
6 addicta res p. per uoluptatum deperiret inlecebras. insi-
diarum genus fuit tale: Gallienus ab Aureolo, qui princi-
patum inuaserat, dissidebat, sperans cottidie grauem et
7 intolerabilem tumultuarii imperatoris aduentum. hoc sci-
entes Marcianus et Cecropius subito Gallieno iusserant
8 nuntiari Aureolum iam uenire. ille igitur militibus cogi-
tatis quasi certum processit ad proelium atque ita missis
9 percussoribus interemptus est. et quidem Cecropii Dal-
matarum ducis *telo* Gallienus dicitur esse percussus,

4 *lacunam indicauit S* agitauit *inserit M* excitacrunt B^1 6 rem *BP* 9 *lacunam indicauit C; seqq. melius fluunt recepta S coniectura:* et Claudius quidem, qui consilio non adfuerat, electus est, uir omnium optimus eaque apud omnes reuerentia ut et q. s. et claudius *colore rubro pictum in BP* 13 a quo *om.* BP^1 *add.* P^3M constantinus *BPM em. C* 16 dalmatorum *BP* 20 humano *B* 21 rep. *BPM em. C* 26 congregatis *M* concitatis *Bährens p. 659* 29 gladio *add. uolg.* (*om. BPM*), *ipse ex Aur. Vict. Caes. 33,21*

Digitized by Google

ut quidam ferunt, circa Mediolanium, ubi continuo et fra-
ter eius Valerianus est interemptus, quem multi Augu-
stum, multi Caesarem, multi neutrum fuisse dicunt. qu*od*
*quid*em ueri simile non est, si quidem capto iam Valeri- 10
ano scriptum inuenimus in fastis: 'Valeriano imperatore
consule.' quis igitur alius potuit esse Valerianus nisi Gal-
lieni frater? constat de genere, non satis tamen constat 11
de dignitate uel, ut coeperunt alii loqui, de maiestate.

Occiso igitur Gallieno seditio ingens militum fuit, cum 15
spe praedae ac publicae uastationis imperatorem sibi uti-
lem, necessarium, fortem, efficacem ad inuidiam faciendam
dicerent raptum. quare consilium principum fuit, ut mi- 2
lites eius quo solent placari genere sedarentur. promissis
itaque per Marcianum aureis uicenis et acceptis (nam
praesto erat thesaurorum copia) Gallienum tyrannum mi-
litari iudicio in fastos publicos rettulerunt. sic militibus 3
sedatis Claudius, uir sanctus ac iure uenerabilis et bonis
omnibus carus, amicus patriae, amicus legibus, acceptus
senatui, populo bene cognitus accepit imperium.

Haec uita Gallieni fuit, breuiter a me litteris intimata, 16
qui natus abdomini et uoluptatibus dies ac noctes uino et
stupris perdidit, orbem terrarum triginta prope *per* ty-
rannos uastari fecit, ita ut etiam mulieres illo melius im-
perarent. ac ne eius praetereatur miseranda solertia, ueris 2
tempore cubicula de rosis fecit. de pomis castella com-
posuit. uuas triennio seruauit. hieme summa melones ex-
hibuit. mustum quem ad modum toto anno haberetur, do-
cuit. ficos uirides et poma ex arboribus recentia semper
alienis mensibus praebuit. mantelibus aureis semper 3
strauit. gemmata uasa fecit eademque aurea. crinibus 4
suis auri scobem aspersit. radiatus saepe processit. cum

(*coll. Zonar. XII 25*) *addidi* telo 2 multi// *B* 3 quem *B P*[1] quod *P*[2] *M* quod quidem *Kellerbauer p. 643* 9 gens *B* cum *Eyssenh. transponit ante* imperatorem 22 uiginti *B P* quem triginta *M* per triginta *S post* prope *inseruit* per *Bährens p. 659* tyrannis *M* 24 hiemis tempore *Kellerbauer p. 643*

Digitized by Google

clamyde purpurea gemmatisque fibulis et aureis Romae
uisus est, ubi semper togati principes uidebantur. pur-
puream tunicam auratamque uirilem eandemque manica-
tam habuit. gemmato balteo usus est. caligas gemmeas
5 adnexuit, cum campagos reticulos appellaret. conuiuatus
6 in publico est. congiariis populum molliuit. senatui spor-
tulam sedens erogauit. matronas ad consilium suum ro-
gauit isdemque manum sibi osculantibus quaternos au-
17 reos sui nominis dedit. ubi de Valeriano patre comperit
quod captus esset, id quod philosophorum optimus de
filio amisso dixisse fertur 'Sciebam me genuisse morta-
lem', ille sic dixit: 'Sciebam patrem meum esse morta-
2 lem.' nec defuit Annius Cornicula, qui eum quasi con-
stantem principem falso sua uoce laudaret. peior tamen
3 ille qui credidit. saepe ad tibicinem processit, ad organum
4 se recepit, cum processui et recessui cani iuberet. lauit
ad diem septimo aestate uel sexto, hieme secundo uel
5 tertio. bibit in aureis semper poculis aspernatus uitrum,
6 *cum* diceret nil esse communius. semper uina uariauit
neque umquam in uno conuiuio ex uno uino duo pocula
7 bibit. concubinae in eius tricliniis saepe accubuerunt.
mensam secundam scurrarum et mimorum semper prope
8 habuit. cum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina
officia sequebantur. ibant et praefecti et magistri officio-
rum omnium adhibebanturque et conuiuiis et natationi-
9 bus lauabant simul cum principe. admittebantur saepe
etiam mulieres, cum ipso pulchrae puellae, cum illis anus
deformes. et iocari se dicebat, cum orbem terrarum un-
18 dique perdidisset. Fuit tamen nimiae crudelitatis in
milites, nam et terna milia et quaterna militum singulis
diebus occidit.

1 aure *BP em. P³M* 4 baltheo *B* caligias *BP* 7 consulatum *BPM* 10 opimus *BP* 11 mortalem nec defuit an ille se dixit *BPM* nec defuit cum ille sic dixit *Reg.* 14 falsu *BP* 18 natus *BP* 19 cum *add. S* dicens *M* 22 minorum *B* 25 nationibus *BP* coenationibus *M* natationibus *R et lib. alter Puteani* 26 etiam simul *M*

Digitized by Google

Statuam sibi maiorem colosso fieri praecepit Solis 2
habitu, sed ea inperfecta perit. tam magna denique coe-
perat fieri, ut duplex ad colossum uideretur. poni autem 3
illam uoluerat in summo Esquiliarum monte, ita ut hastam
teneret, per cuius scapum infans ad summum posset
ascendere. sed et Claudio et Aureliano deinceps stulta res 4
uisa est, si quidem etiam equos et currum fieri iusserat
pro qualitate statuae atque in altissuma base poni. por- 5
ticum Flaminiam usque ad pontem Moluium et ipse pa-
rauerat ducere, ita ut tetrastichae fierent, ut autem alii
dicunt, pentastichae, ita ut primus ordo pilas haberet et
ante se columnas cum statuis, secundus et tertius et
deinceps *διὰ τεσσάρων* columnas.

Longum est eius cuncta in litteras mittere, quae qui 6
uolet scire, legat Palfurium Suram, qui ephemeridas eius
uitae composuit. nos ad Saloninum reuertamur.

SALONINVS GALLIENVS

Hic Gallieni filius fuit, nepos Valeriani, de quo qui- 19 (1)
dem prope nihil est dignum quod in litteras mittatur,
nisi quod nobiliter natus, educatus regie, occisus deinde
non sua sed patris causa. De huius nomine magna est 2
ambiguitas. nam multi eum Gallienum, multi Saloninum
historiae prodiderunt. et qui Saloninum, idcirco quod 3
apud Salonas natus esset, cognominatum ferunt, qui autem
Gallienum, patris nomine cognominatum et aui Gallieni,
summi quondam in re p. uiri. fuit denique hactenus 4
statua in pede montis Romulei, hoc est ante sacram uiam,

4 exquiliarum *BP* 5 caput *BPM em. Scaliger* 8 actussima *BP*[1] acutissima *P*[2]*M* auctissima *S* altissima *Haupt op. III p. 422* flamminiam *BP* 10 tetrastichoe — pentastichoe *S* fieret *M* 11 primum *BP* 13 diatesseron *BP* 15 calphurinum *M* 17 Saloninus Gallienus *in BP colore rubro picta sunt, sed in tenore litterarum* 18 gallienus *B*[1] quippe *BPM* quidem *Paucker p. 52** quidem prope *Kellerbauer p. 643* 19 quod dignum *BPM em. C* 20 educatus egregia — non in sua *Kellerbauer p. 643* 22 multis *B* 27 monticis *BP* romulet *B*

Digitized by Google

inter templum Faustinae ac Vestam ad arcum Fabianum, quae haberet inscriptum 'Gallieno iuniori' 'Salonino' additum. ex quo eius nomen intellegi poterit.

5 Transisse decennium imperii Gallienum satis clarum
est. quod idcirco addidi, quia multi eum imperii sui
6 anno *nono* perisse dixerunt. fuisse autem et alios rebel-
liones sub eodem proprio dicemus loco, si quidem placuit
triginta tyrannos uno uolumine includere, idcirco quod
nec multa de his dici possunt, et in Gallieni uita plera-
que iam dicta sunt.
7 Et haec quidem de Gallieno hoc interim libro dixisse
sufficiet. nam et multa iam in Valeriani uita *dicta sunt,*
alia in libro, qui de triginta tyrannis inscribendus est,
iam loquemur, quae iterari ac saepius dici minus utile
8 uidebatur. huc accedit quod quaedam etiam studiose prae-
termisi, ne eius posteri multis rebus editis laederentur.
20(2) scis enim ipse, tales homines cum is, qui aliqua dê maio-
ribus eorum scripserint, quantum gerant bellum, nec
ignota esse arbitror, quae dixit Marcus Tullius in Horten-
2 sio, quem ad exemplum Protreptici scripsit. unum ponam
tamen, quod iucunditatem quandam sed uulgarem habuit,
3 morem tamen nouum fecit. nam cum cingula sua ple-
rique militantium, qui ad conuiuium uenerant, ponerent
hora conuiuii, Saloninus puer siue Gallienus his auratos
costilatosque balteos rapuisse perhibetur, et, cum esset
difficile in aula Palatina requirere quod perisset, ac
tacitis uultibus uiri detrimenta pertulissent, postea ro-

1 intra — aduentam *BPM uid. Becker antiq. Rom. I p. 241, qui coni.* a Vesta ad arcum. *Mommsen:* inter templum Faustinae ac Vestae; ac Vestam *Iordan in Bursian. ann. I p. 775* 2 solonino *BP*[1] 3 nomen eius *B post* poterit *transponit Gemoll p. 12 c. 3, 3—6* 4 imperi *B* 5 addidit *BP* 6 nōno *add. S coll. 21,5* alias *M* 7 de quibus proprio *M* 8 uiginti *BP* 8 inludere *B*[1] idcrco *P*[1] 12 suffiet *B*[1] *P*[1] sufficiat *M* dicta sunt, alia *addidi* 13 in bro *B*[1] 17 quales *BPM em. C* his *BPM* 18 scipserint *B*[1] 20 tamen ponam *B* 25 costolatosque *P t. Iord.* 27 tacitis militibus *BPM* taciti ex m.

Digitized by Google

gati ad conuiuium cincti adcubuerunt. cumque ab his 4
quaereretur, cur non soluerent cingulum, respondisse
dicuntur: 'Salonino deferimus', atque hinc tractum mo-
rem, ut deinceps cum imperatore cincti discumberent.
negare non possum aliunde plerisque uideri huius rei 5
ortum esse morem: dicunt militare prandium, quod
dictum est parandium ab eo, quod ad bellum milites pa-
ret, a cinctis initum; cui rei argumentum est, quod a
discinctis etiam cum imperatore cenatur. quae idcirco
posui, quia digna et memoratu uidebantur et cognitu.

Nunc transeamus ad triginta tyrannos, [Gallieni tem- 21 (3)
poribus contemptu mali principis extiterunt] de quibus
breuiter et pauca dicenda sunt. neque enim digni sunt 2
eorum plerique, ut uolumen talium hominum saltim no-
minibus occuparetur, quamuis aliqui non parum in se
uirtutis habuisse uideantur, multum etiam rei p. profuisse.

⸢Tam uariae item opiniones sunt de Salonini nomine, 3
ut, qui se uerius putet dicere, a matre sua Salonina ap-
pellatum esse ...... quamuis perdite dilexit, Piparam
nomine, barbaram regis filiam ..... Gallienus cum suis 4
semper flauo crinem condit.⸣

⸢De annis autem Gallieni et Valeriani ad imperium 5
pertinentibus adeo incerta traduntur, ut, cum quindecim
annos eosdem imperasse constet, id est Gallienus usque
ad quintum decimum peruenisset, Valerianus uero sexto

S em. Haupt op. III p. 424 1 cuncti P^1 3 more *B* P^1 4 cumberent *P t. Iord.* 5 alium e *BPM* 6 optum B^1 dicunt enim *M* 8 addisc. B^1 9 imperator *B* P^1 (*corr.* P^3) 10 cogntu P^1 11 uiginti *BP* Gallieni — extiterunt *uncis inclusi, uid. XXIIII 1,1* qui Gall. P^3 *M* 15 occupetur *Kellerbauer p. 643* quamuis eorum *M* 16 uideatur P^1 17 item] autem *Gemoll p. 12* 19 *lacunam indicauit Gr. Bährens p. 659 ita explet* appellatam [*sic*] esse ⟨quam a concubina Gallieni⟩ quam is perd. [*sic S*] dicant *add. M* 20 barbarorum *uel* barbari *S* barbaricam *Bährens p. 659 lacuna, quam statui, esse hausta uidentur* propter quam *uel simile quid* 21 crine *BPM em. S cf. 16,4* 22 anno *BPM* 24 gallieni *BPM em. S* 25 peruenerit *S*

sit captus, alii nouem annis, uix decem alii etiam Gallienum imperasse in litteras mittant, cum constet et decennalia Romae ab eodem celebrata, et post decennalia Gothos ab eo uictos, cum Odenato pacem factam, cum Aureolo initam esse concordiam, pugnatum contra Postumum, contra Lollianum, multa etiam ab eo gesta, quae ad uirtutem, plura tamen, quae ad dedecus pertinebant.
6 nam et semper noctibus popinas dicitur frequentasse et cum lenonibus mimis scurrisque uixisse.]

1 bis decem alii *B*P^1 (annis *add.* P^3) alii bis decem annis *M* uix decem alii *scripsi* 9 lelonibus *B*

TREBELLII POLLIONIS

TYRANNI TRIGINTA

Scriptis iam pluribus libris, non historico nec diserto 1
sed pedestri adloquio, ad eam temporum uenimus seriem, in qua per annos, quibus Gallienus et Valerianus rem p. tenuerunt, triginta tyranni occupato Valeriano magnis belli Persici necessitatibus extiterunt, cum Gallienum non solum uiri sed etiam mulieres contemptui haberent, ut suis locis probabitur. sed quoniam tanta 2
obscuritas eorum hominum fuit, qui ex diuersis orbis partibus ad imperium conuolabant, ut non multa de his uel dici possint a doctioribus uel requiri, deinde ab omnibus historicis, qui Graece ac Latine scripserunt, ita nonnulli praetereantur, uti eorum *nec* nomina frequententur, postremo cum tam uarie a plerisque super his nonnulla sint prodita: in unum eos libellum contuli *et* quidem breuem, maxime cum uel in Valeriani uel in Gallieni uita pleraque de his dicta nec repetenda tamen satis constet.

CYRIADES

Hic patrem Cyriadem fugiens, diues et nobilis, cum 2
luxuria sua et moribus perditis sanctum senem grauaret,

1 incipit eiusdem tyranni triginta *BP* 6 XXXta *B* 11 conualabant *B* 12 ominibus *P* 14 nec *addidit Erasmus* 16 et *om. BP* equidem *M* 20 patrem Mariadem *Böhme de Dex. fr. p. 70 (ex Amm. Marc. XXIII 5,3. Malal. XII p. 295. Anon. post Dion. V p. 218 Dind. Μαριάδνης)* nobis *B*

Digitized by Google

direpta magna parte auri, argenti etiam infinito pondere
2 Persas petit. atque inde Sapori regi coniunctus atque
sociatus, cum hortator belli Romanis inferendi fuisset,
Odomastem primum, deinde Saporem ad Romanum so-
lum traxit; Antiochia etiam capta et Caesarea Caesarea-
3 num nomen meruit. atque inde uocatus Augustus, cum
omnem orientem uel uirium uel audaciae terrore quate-
ret, patrem uero interemisset (quod alii historici negant
factum), ipse per insidias suorum, cum Valerianus iam ad
4 bellum Persicum ueniret, occisus est. neque plus de
hoc historiae quicquam mandatum est, quod dignum me-
moratu esse uideatur, quem clarum perfugium et parri-
cidium et aspera tyrannis et summa luxuries litteris de-
derunt.

POSTVMVS

3 Hic uir in bello fortissimus, in pace constantissimus,
in omni uita grauis, usque adeo ut Saloninum filium suum
eidem Gallienus in Gallia positum crederet quasi custodi
2 uitae et morum et actuum imperialium institutori. sed,
quantum plerique adserunt (quod eius non conuenit mo-
ribus), postea fidem fregit et occiso Salonino sumpsit im-
3 perium. ut autem uerius plerique tradiderunt, cum Galli
uehementissime Gallienum odissent, puerum autem apud
se imperare ferre non possent, eum, qui commissum rege-
bat imperium, imperatorem appellarunt missisque militibus
4 adulescentem interfecerunt. quo interfecto ab omni exer-
citu et ab omnibus Gallis Postumus gratanter acceptus
talem se praebuit per annos septem, ut Gallias instaura-
uerit, cum Gallienus luxuriae et popinis uacaret et amore
5 barbarae mulieris consenesceret. gestum est tamen a
Gallieno contra hunc bellum tunc, cum sagitta Gallienus

2 inde *om.* *B* coniunctis *B* 4 Odenatum *M* 5 anthiocia *P* 6 meruit] accepit *M* 7 uel audacia *BP* audacia uel *M em.* *S* terroret *B*[1] 8 interemisisset *B*[1] 11 memoria *M* 13 luxuriae *BP* 18 gallienis *B*[1] 24 ferre imperare *BP* 30 dgestum *B*[1]

Digitized by Google

est uulneratus. si quidem nimius amor erga Postumum 6
omnium erat in Gallicanorum mente populorum, quod
summotis omnibus Germanicis gentibus Romanum in pri-
stinam securitatem reuocasset imperium. sed cum se 7
grauissime gereret, more illo, quo Galli nouarum rerum
semper sunt cupidi, Lolliano agente interemptus est.

Si quis sane Postumi meritum requirit, iudicium de 8
eo Valeriani ex hac epistula, quam ille ad Gallos misit,
intelleget: 'Transrenani limitis ducem et Galliae praesi- 9
dem Postumum fecimus, uirum dignissimum seueritate
Gallorum, praesente *quo* non miles in castris, non iura in
foro, non in tribunalibus lites, non in curia dignitas per-
eat, qui unicuique proprium et suum seruet, uirum quem
ego prae ceteris stupeo, et qui locum principis mereatur
iure, de quo spero quod mihi gratias agetis. quod si me 10
fefellerit opinio, quam de illo habeo, sciatis nusquam
gentium repperiri, qui possit penitus adprobari. huius 11
filio Postumo nomine tribunatum Vocontiorum dedi, adu-
lescenti, qui se dignum patris moribus reddet.'

POSTVMVS IVNIOR

De hoc prope nihil est quod dicatur, nisi quod a pa- 4
tre appellatus Caesar ac deinceps in eius honore Augustus
cum patre dicitur interemptus, cum Lollianus in locum
Postumi subrogatus delatum sibi a Gallis sumpsisset im-
perium. fuit autem (quod solum memoratu dignum est) 2
ita in declamationibus disertus, ut eius controuersiae
Quintiliano dicantur insertae, quem declamatorem Ro-
mani generis acutissimum uel unius capitis lectio prima
statim fronte demonstrat.

2 gente *BPM em. S* 5 regeret *BPM em. Bährens p. 659 et Kellerbauer p. 648* 6 lollieno BP^1 9 intellegit *B* transrenati *B* milites *BP* 11 quo *om.* BP^1 *add.* P^3M 14 mereantur *BP* 15 spero *om.* B^1 agitis *BP t. Iord.* 17 repperi P^1 22 honorem *Bährens p. 659. Maduig p. 644. Kellerbauer p. 643* 28 primae *BP* 29 demonstratum *BPM*

Digitized by Google

LOLLIANVS

5 Huius rebellione in Gallia Posthumus, uir omnium
fortissimus, interemptus est, cum iam nutante Galli*a Galli*-
*e*ni luxuria in ueterem statum Romanum formasset impe-
2 rium. fuit quidem etiam iste fortissimus, sed rebellionis
intuitu minorem apud Gallos auctoritatem de suis uiribus
3 tenuit. interemptus autem est a Victorino, Vitruuiae filio
uel Victoriae, quae postea mater castrorum appellata est
et Augustae nomine affecta, cum ipsa per se fugiens tanti
ponderis molem primum in Marium, deinde in Tetricum
4 atque eius filium contulisset imperia. et Lollianus quidem
nonnihilum rei p. profuit. nam plerasque Galliae ciuitates,
nonnulla etiam castra, *quae* Posthumus per septem annos
in solo barbarico aedificauerat, quae*que* interfecto Po-
sthumo subita inruptione Germanorum et direpta fuerant
et incensa, statum *in* ueterem reformauit. deinde a suis
militibus, quod in labore nimius esset, occisus est.
5 Ita Gallieno perdente rem p. in Gallia primum Posthu-
mus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, postremo
Tetricus, (nam de Mario nihil dicimus) adsertores Romani
6 nominis exstiterunt. quos omnes datos diuinitus credo,
ne, cum illa pestis inauditae luxuriae impediretur malis,
possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas.
7 qui si eo genere tunc euadissent, quo Gothi et Persae,
conuenientibus in Romano solo gentibus uenerabile hoc
8 Romani nominis finitum esset imperium. Lolliani autem

1 *Verum nomen fuit Cornelius Vlpianus Laelianus* 3 nutante *BPM* nutans e *S* Gallia *add. Paucker p. 52** 4 informasset *M* firmasset *Gr.* 5 fut *P*[1] iste *om. M* ipse *Kellerbauer p. 643* 7 Victorinae uel Victoriae filio *M* 9 afecta *BP* cum ipsa *om. B*[1] 13 quae *om. BPM* 14 quae *BPM* 15 inrubtione *BP* 16 in *add. S* ad st. uet. *Krauss p. 13* 19 deinde *B*[1] 20 traeticus *BP* 22 inaudita luxuria *BPM em. S* 24 euasissent *M* eualuissent *Vnger p. 223* 25 consentientibus *BPM* conuenientibus *scripsi* (*Eyssenh.*)

Digitized by Google

uita in multis obscura est, ut et ipsius Posthumi, sed priuata: uirtute enim clari non nobilitatis pondere uixerunt.

VICTORINVS

Posthumus senior cum uideret multis se Gallieni 6
uiribus peti, atque auxilium non solum militum uerum
etiam alterius principis necessarium, Victorinum, milita-
ris industriae uirum, in participatum uocauit imperii et
cum eodem contra Gallienum conflixit. cumque adhibi- 2
tis ingentibus Germanorum auxiliis diu bella traxissent,
uicti sunt. tunc interfecto etiam Lolliano solus Victori- 3
nus in imperio remansit, qui et ipse, quod matrimoniis
militum et militarium corrumpendis operam daret, a quo-
dam actuario, cuius uxorem stuprauerat, composita fac-
tione Agrippinae percussus Victorino filio Caesare a
matre Vitruuia siue Victoria, quae mater castrorum dicta
est, appellato, qui et ipse puerulus statim est interemp-
tus, cum apud Agrippinam pater eius esset occisus. De 4
hoc, quod fortissimus fuerit et praeter libidinem optimus
imperator, a multis multa sunt dicta. sed satis credimus 5
Iuli Atheriani partem libri cuiusdam ponere, in quo de
Victorino sic loquitur: 'Victorino, qui Gallias post Iu- 6
lium Posthumum rexit, neminem aestimo praeferendum,
non in uirtute Traianum, non Antoninum in clementia,
non *in* grauitate Neruam, non in gubernando aerario Ve-
spasianum, non in censura totius uitae ac seueritate mi-
litari Pertinacem uel Seuerum. sed omnia haec libido 7
et cupiditas mulierariae uoluptatis sic perdidit, ut nemo
audeat uirtutes eius in litteras mittere, quem constat om-
nium iudicio meruisse puniri.' ergo cum id iudicii de 8

2 enim] eius *M* clara *BP* 6 aulium BP^1 (*corr.* P^3) 13 familiarium *Cornelissen p. 64* corrumpendos P^1 16 bitrubia *BP* Victorina *M* 18 agrippinae B^1P^1 19 libininem B^1P 22 ulium B^1 Iunium *M* Iulius *aliis locis in Postumi nominibus non exstat* 23 rexit *om.* B^1 25 in *om.* *BPM* nerbam *BP* uespasiano BP^1 27 ueuerum B^1

Digitized by Google

Victorino scriptores habuerint, satis mihi uideor eius dixisse de moribus.

VICTORINVS IVNIOR

7 De hoc nihil amplius in litteras est relatum, quam
quod nepos Victoriae Victorini filius fuit et a patre uel
ab auia sub eadem hora, qua Victorinus interemptus, Cae-
sar est nuncupatus ac statim a militibus ira occisus.
2 Extant denique sepulchra circa Agrippinam, breui mar-
more inpressa humilia, in quibus titulus est inscriptus:
'Hic duo Victorini tyranni siti sunt.'

MARIVS

8 Victorino, Lolliano et Postumo interemptis Marius ex
2 fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperauit. de
hoc quid amplius requiratur, ignoro, nisi quod eum insi-
gniorem breuissimum fecit imperium. nam ut ille con-
sul, qui sex meridianis horis consulatum suffectum te-
ad fam. VII 30, 7. nuit, a Marco Tullio tali aspersus est ioco: 'Consulem
habuimus tam seuerum tamque censorium, ut in eius
magistratu nemo pranderit, nemo cenauerit, nemo dor-
miuerit', de hoc etiam dici posse uideatur, qui una die
factus est imperator, alia die uisus est imperare, tertia
3 interemptus est. Et uita quidem strenuus ac militaribus
usque ad imperium gradibus euectus, quem plerique Ma-
murium, nonnulli Veturium, opificem utpote ferrarium,
4 nuncuparunt. sed de hoc nimis multa, de quo illud ad-
didisse satis est nullius manus uel ad feriendum uel ad

1 de eius dixisse moribus *M* 5 et ab *M* 7 ira// *P* ita *M* iratis *S* (*Kellerbauer p. 643*) 9 inplessa BP^1 inplĕssa P^2 impressa *M* insaepta *Bährens p. 659* unus *BPM* titulus *uel* unus uersus *C* 12 et lolliano post. *BP* 13 biduo *Kellerbauer p. 643. coll. Aur. Vict. Caes. 33,12. Eutr. VIIII 9,2, at uid. u. 21* 20 ita de hoc *Kellerbauer p. 643* uidetur *M* 21 diuisus B^1P^1 c. B^3P^3 24 Vecturium *M* 26 malus B^1

Digitized by Google

impellendum fortiores fuisse, cum in digitis neruos uide-
retur habuisse non uenas. nam et carra uenientia digito 5
salutari reppulisse dicitur et fortissimos quosque uno
digito sic adflixisse, ut quasi ligni uel ferri obtunsioris
ictu percussi dolerent. multa duorum digitorum allisione
contriuit. Occisus est a quodam milite, qui cum eius 6
quondam in fabrili officina fuisset, contemptus est ab
eodem, uel cum duxisset uel cum imperium cepisset.
addidisse uero dicitur interemptor: 'Hic est gladius 7
quem ipse fecisti.' Huius contio prima talis fuisse dici-
tur: 'Scio, conmilitones, posse mihi obici artem pristi- 8
nam, cuius mihi omnes testes estis. sed dicat quisque 9
quod uult. utinam ferrum semper exerceam, non uino,
non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallie-
nus, indignus patre suo et sui generis nobilitate, deper-
eam. ars mihi obiciatur ferraria, dum me et exterae 10
gentes ferrum tractasse suis cladibus recognoscant. in 11
Italia .... denique, ut omnis Alamannia omnisque Germa-
nia cum ceteris, quae adiacent, gentibus Romanum popu-
lum ferratam putent gentem, ut specialiter in nobis fer-
rum timeant. uos tamen cogitetis uelim fecisse uos 12
principem, qui numquam quicquam scierit tractare nisi
ferrum. quod idcirco dico, quia scio mihi a luxuriosis- 13
sima illa peste nihil opponi posse nisi hoc, quod gladio-
rum atque armorum artifex fuerim.'

1 implendum *BPM* 5 alisione *BP* 6 eius] socius *Cornelissen p. 64* 7 quondam operarius $P^{3}M$ est *in B s. lin.* 8 dixisset P^{1} 9 addixisse B^{1} uerbo *BP* haec uerba *M em. S* dicitum interemptus *BP* 13 semper ferrum *M* 14 faciat B^{1} 15 indignos $B^{1}P^{1}$ patri *BP* depereat *BP* 16 obicia B^{1} 17 attractasse *M lacunam post u.* in Italia *esse suspicatus est Richter p. 28* ut Italia denique *Bährens p. 659* genere B^{1} germania B^{2} 22 ni P^{1} *corr.* P^{3} 23 luxioriasissima *B* luxoriasissima *P* 24 gladiatorum P^{1}

Digitized by Google

INGENVVS

a. 1011/258 9 Tusco et Basso conss. cum Gallienus uino et popinis
uacaret cumque se lenonibus, mimis et meretricibus de-
deret ac bona naturae luxuriae continuatione deperderet,
Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat, a Moesiacis legio-
nibus imperator est dictus, ceteris Pannoniarum uolen-
tibus, neque in quoquam melius consultum rei p. a mili-
tibus uidebatur, quam quod instantibus Sarmatis creatus
est imperator, qui fessis rebus mederi sua uirtute potuis-
2 set. causa autem ipsi arripiendi tunc imperii fuit, ne
suspectus esset imperatoribus, quod erat fortissimus ac
rei p. necessarius et militibus, quod imperantes uehemen-
3 ter mouet, acceptissimus. sed Gallienus, ut erat nequam
et perditus, ita etiam, ubi necessitas coegisset, uelox,
fortis, uehemens, crudelis, denique Ingenuum conflictu
habito uicit eoque occiso in omnes Moesiacos tam milites
quam ciues asperrime saeuit. nec quemquam suae cru-
delitatis exortem reliquid, usque adeo asper et truculen-
tus, ut plerasque ciuitates uacuas a uirili sexu relinqueret.
4 fertur sane idem Ingenuus ciuitate capta laqueasse *se*
atque ita uitam finisse, ne in tyranni crudelis potestatem
5 ueniret. Extat sane epistola Gallieni, quam ad Celerem
Venerianum scripsit, qua eius nimietas crudelitatis osten-
ditur. quam ego idcirco interposui, ut omnes intellege-
rent hominem luxuriosum crudelissimum esse, si neces-
6 sitas postulet: 'Gallienus Veneriano. Non mihi satisfacies,
si tantum armatos occideris, quos et fors in bellis inter-
7 imere potuisset. perimendus est omnis sexus uirilis,

2 basco *B* 3 lononibus B^1 leniniuus P^1 4 luxoriae *BP* 5 leonibus $B^1 P^1$ lenonibus B^2 *corr.* $P^3 M$ 10 cipsi B^1 13 nequa perditus $B^1 P^1$ nequam p. B^2 *corr.* $P^3 M$ 17 quam *om.* $B P^1$ *add.* $P^3 M$ 20 in qua se $B P^1$ laqueasse se *scripsi* intrasse domum, in qua se pugione transfodit $P^3 M$ in aquam se mersisse *R et lib. Put.* 23 uerianum *BPM* Venerianum *scripsi* 26 ueriano *BPM* Veneriano *scripsi* 27 fors belli *M* fors inbellis int. potuit. sed perimendus *Kellerbauer p. 643*

Digitized by Google

si et senes atque inpuberes sine reprehensione nostra oc-
cidi possent. occidendus est quicumque male dixit contra 8
me, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem
et fratrem. Ingenuus factus est imperator. lacera, occide, 9
concide, animum meum intellege, mea mente irascere, qui
haec manu mea scripsi.'

REGILIANVS

Fati publici fuit, ut Gallieni tempore quicumque po- 10
tuit, ad imperium prosiliret. Regilianus denique in Illy-
rico ducatum gerens imperator est factus auctoribus im-
perii Moesis, qui cum Ingenuo fuerant ante superati, in
quorum parentes grauiter Gallienus saeuierat. hic tamen 2
multa fortiter contra Sarmatas gessit, sed auctoribus
Roxolanis consentientibusque militibus et timore prouin-
cialium, ne iterum Gallienus grauiora faceret, interemp-
tus est.

Mirabile fortasse uideatur, si, quae origo imperii 3
eius fuerit, declaretur. capitali enim ioco regna prome-
ruit. nam cum milites cum eo quidam cenarent, extitit 4
uicarius tribuni qui diceret: 'Regiliani nomen unde cre-
dimus dictum?' alius continuo: 'Credimus quod a regno.'
tum is qui aderat scolasticus, coepit quasi grammaticaliter 5
declinare et dicere: 'Rex regis regi Regilianus.' mili- 6
tes, ut est hominum genus pronum ad ea, quae cogitant:
'Ergo potest rex esse?' item alius: 'Ergo potest nos
regere?' item alius: 'Deus tibi regis nomen posuit.'
quid multa? his dictis cum alia die mane processisset, a 7

1 et si P^1 (*ut uid.* et *eras.*) 2 quicum *B P* 4 et *om.* *B* P^1 *add.* P^3 *M* 5 intellegere *B* P^1 intellegere potes P^3 *M* *em. S* 7 Regalianus *S cum numis; Pollio tamen propter iocum § 5 Regilianum eum nominasse uidetur* 11 ingunuo *B* 13 sarmatis *B* P^1 17 sic *B* 18 declaratur P^1 loco *BPM* 20 Valerianus tribunus *M* 23 regio *B* P^2 *M om.* P^1 regis rego *S* regaliano *B P* 24 ad ea *BPM fort.* dicere; *Bährens p. 659:* ad pronuntianda ea cogitent P^1 cogitant dixerunt *M* 26 rege *B* regis *om. M* 27 hic *B*

Digitized by Google

principiis imperator est salutatus. ita quod alii uel au-
dacia uel iudicium, huic detulit iocularis astutia.
8 Fuit, quod negari non potest, uir in militari *re* sem-
per probatus et Gallieno iam ante suspectus, quod dignus
uideretur imperio, gentis Daciae, Decibali ipsius, ut
9 fertur, adfinis. Extat epistola diui Claudii tunc priuati,
qua Regiliano, Illyrici duci, gratias agit ob redditum Illy-
ricum, cum omnia Gallieni segnicia deperirent. quam
ego repertam in authenticis inserendam putaui, fuit enim
publica.
10 'Claudius Regiliano multam salutem. Felicem rem p.,
quae te talem uirum habere in castris bellicis meruit,
felicem Gallienum, etiamsi ei uera nemo nec de bonis
11 nec de malis nuntiat. pertulerunt ad me Bonitus et Cel-
sus, stipatores principis nostri, qualis apud Scupos in
pugnando fueris, quot uno die proelia et qua celeritate
confeceris. dignus eras triumpho, si antiqua tempora
12 exstarent. sed quid multa? memor cuiusdam hominis
cautius uelim uincas. Arcus Sarmaticos et duo saga ad
me uelim mittas, sed fiblatoria, cum ipse misi de nostris.'
13 Hac epistola ostenditur, quid de Regiliano senserit
Claudius, cuius grauissimum iudicium suis temporibus
fuisse non dubium est.
14 Nec a Gallieno quidem uir iste promotus est sed a
patre eius Valeriano, ut et Claudius et Macrianus et In-
genuus et Posthumus et Aureolus, qui omnes in imperio
15 interempti sunt, cum mererentur imperium. mirabile

1 principibus *M* 2 iudicium — quod *in P infra text.* argutia *Cornelissen p. 256* 3 negare *BPM* re *om.* BP^1 *add.* P^3M 6 dunc *BP* adhunc *M* adhuc *Egn.* tunc *scripsi* 7 yllirici *B* 9 athenicis *BPM* archiuis *uolg. em. Gr.* 12 te *in B supr. lin.* habet rei *BP* habere rei *M* habere in *C* bellius BP^1 belli ius P^3M belli usu *uel* Illyricis *S* bellicis *Bährens p. 659* 13 ei *B in ras.* e P^1 nemo *om.* P^1 14 nunciat *BP* 15 stupatores B^1 16 quod *BP* quae *BP* 17 conficeris *B* i *prius in P in ras.* 19 sarmaticus *BP* 20 fiblatoriae *BP*(*M*) 21 haec P^1 27 merentur BP^1 (*corr.* P^3)

autem hoc fuit in Valeriano principe, quod omnes, quos-
cumque duces fecit, postea militum testimonio ad impe-
rium peruenerunt, ut appareat senem imperatorem in
diligendis rei p. ducibus talem fuisse, qualem Romana
felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono prin-
cipe requirebat. et utinam uel illi, qui arripuerant im- 16
peria, regnare potuissent, uel eius filius in imperio diu-
tius non fuisset, ut libet se in suo statu res p. nostra
tenuisset. sed nimis sibi Fortuna indulgendum putauit, 17
quae et cum Valeriano bonos principes tulit et Gallienum
diutius quam oportebat rei p. reseruauit.

AVREOLVS

Hic quoque Illyricianos exercitus regens in contemptu 11
Gallieni, ut omnes eo tempore, coactus a militibus
sumpsit imperium. et cum Macrinus cum filio suo Ma- 2
criano contra Gallienum ueniret cum plurimis, exercitus
eius cepit, aliquos corruptos fidei suae addixit. et cum 3
factus esset hinc ualidus imperator, cumque Gallienus
expugnare uirum fortem frustra temptasset, pacem cum
eo contra Posthumum pugnaturus *fecit*. quorum pleraque
et dicta sunt et dicenda. hunc eundem Aureolum Clau- 4
dius interfecto iam Gallieno conflictu habito apud eum
pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, at-
que illic ut tyrannum sepulchro humiliore donauit. Ex- 5
tat etiam nunc epigramma Graecum in hanc formam:

Dono sepulchrorum uictor post multa tyranni
proelia iam felix Claudius Aureolum

4 deligendis *M* 7 filius Gallienus *M* 8 utlibet *BP* ut libere *M fort.* utique; *Maduig p. 645:* utralibet 10 cum et Val. *M* 13 in illyr. *BP* in contemptum *uolg.* in *om. Kellerbauer p. 644* 15 macrianus c. f. s. macrino *BP* Macriano *M* Macrinus c. f. s. Macriano *scripsi cf. ad XXIII 1,2* 17 coepit *B* 18 inualidus *BPM* hinc ual. *S* iam ualidus *Oberdick p. 743* 20 fecit *om. BP, forsitan etiam plura interciderint* 24 extitit *BP* extitit etiam tunc *Bährens p. 660* 25 nunc *om.* $P^{1}M$ epigrama *BP* 26 dona *BPM em. S* *Inscriptio Graeca ex Gaudentio et sched. Vrsini edita*

Digitized by Google

munere prosequitur mortali et iure superstes,
uiuere quem uellet, si pateretur amor
militis egregii, uitam qui iure negauit
omnibus indignis et magis Aureolo.
ille tamen clemens, qui corporis ultima seruans
et pontem Aureoli dedicat et tumulum.

6 hos ego uersus a quodam grammatico translatos ita posui,
ut fidem seruarem, non quo *non* melius potuerint trans-
ferri, sed ut fidelitas historica seruaretur, quam ego prae
ceteris custodiendam putaui, qui quod ad eloquentiam
7 pertinet nihil curo. rem enim uobis proposui deferre,
non uerba, maxime tanta rerum copia ut in triginta ty-
rannorum simul uitis.

MACRIANVS

12 Capto Valeriano, diu clarissimo principe ciuitatis, for-
tissimo deinde imperatore ad postremum omnium infeli-
cissimo, uel quod senex apud Persas consenuit uel quod in-
dignos se posteros dereliquid, cum Gallienum contemnen-
dum Ballista praefectus Valeriani et Macrianus primus ducum
intellegerent, quaerentibus etiam militibus principem unum
in locum concesserunt quaerentes, quid faciendum esset.
2 tuncque constitit Gallieno longe posito, Aureolo usur-
pante imperium debere aliquem principem fieri, et qui-
3 dem optimum, ne quispiam tyrannus existeret. uerba
igitur Ballistae (quantum Maeonius Astyanax, qui consilio
4 interfuit, adserit) haec fuerunt: 'Mea et aetas et professio
et uoluntas longe ab imperio absunt, et ego, quod negare

nunc exstat in C. I. G. III p. 1027 n. 6761 sepulchorum B^1 1 prosequit *B* superstem *C* 7 ego *om.* P^1 8 seruaui B^1 non *addidi* (*in uolg. add. erat post* melius) 10 qui id P^3M 12 in *om. M* 13 uitas *BPM* scribendas accesserim *add. uolg.* uitis *coni.* (*in ed. pr.*) in tanta r. c. et trig. t. s. uitis *Bährens p. 660* 14 Macrianus] *cf. ad XXIII 1,2* 18 deriliquid *B* 19 dum *BPM* ducum *S* 21 quaerente *BP* 25 balistae *BP* (*una* l *etiam p. 111 u. 8*) meonius astianax *BP*(*M*) 26 fuerunt *om. M* et *prius om. M*

non possum, bonum principem quaero. sed quis tandem 5
est, qui Valeriani locum possit implere, nisi talis qualis
tu es, fortis, constans, integer, probatus in re p. et, quod
maxime ad imperium pertinet, diues? arripe igitur lo- 6
cum meritis tuis debitum. me praefecto, quamdiu uoles,
uteris. tu cum re p. tantum bene agas, ut te Romanus
orbis factum principem gaudeat.' Ad haec Macrianus: 7
'Fateor, Ballista, imperium prudenti non frustra est.
uolo enim rei p. subuenire atque illam pestem a legum
gubernaculis dimouere, sed non hoc in me aetatis est:
senex sum, ad exemplum equitare non possum, lauan-
dum mihi est frequentius, edendum delicatius, diuitiae
me iam dudum ab usu militiae retraxerunt. iuuenes ali- 8
qui sunt quaerendi, nec unus sed duo uel tres fortissimi,
qui ex diuersis partibus orbis humani rem p. restituant,
quam Valerianus fato, Gallienus uitae suae genere per-
diderunt.' Post haec intellexit eum Ballista sic agere, ut 9
de filiis suis uideretur cogitare, atque adeo sic adgressus
est: 'Prudentiae tuae rem p. tradimus. da igitur li- 10
beros tuos Macrianum et Quietum, fortissimos iuuenes,
olim tribunos a Valeriano factos, qui Gallieno imperante,
quod boni sunt, salui esse non possunt.' Tunc ille ubi 11
intellectum se esse comperit: 'Do', inquit, 'manus, de meo
stipendium militi duplex daturus. tu tantum praefecti
mihi studium et annonam in necessariis locis praebe.
iam ego faxim, ut Gallienus, sordidissimus feminarum
omnium, duces sui parentis intellegat.' Factus est igitur 12
cum Macriano et Quieto duobus filiis cunctis militibus
uolentibus imperator ac statim contra Gallienum uenire
coepit utcumque rebus in orientem derelictis. sed cum 13

1 quid B^1 3 *post* es $P^3 M$ *add.* o Macriane 5 tui BP^1 (*corr.* P^3) 11 emplum *B* 15 patribus $B^1 P$ *t. Iord.* romani *M* 16 facto BP^1 17 intellegxit B^1 18 uidetur B^1 20 suos B^1 forossimus B^1 fortissimus B^2 fortissimo P^1 21 quia *BPM* 22 tibi *B* 25 praebet BP^1 (*u. u.*) 30 oriente *M*

quadraginta quinque milia militum secum duceret, in
Illyrico uel in Thraciarum extimis congressus cum Au-
14 reolo uictus et cum filio interemptus est. triginta deni-
que milia militum in Aureoli potestatem concessere.
Domitianus autem eundem uicit, dux Aureoli fortissimus
et uehementissimus, qui se originem diceret a Domitiano
trahere atque a Domitilla.
15 De Macriano autem nefas mihi uidetur iudicium Va-
leriani praeterire, quod ille in oratione sua, quam ad
senatum e Persidis finibus miserat, posuit. inter cetera
16 ex oratione diui Valeriani: 'Ego, p. c., bellum Persicum
gerens Macriano totam rem p. credidi *et* quidem a parte
militari. ille uobis fidelis, ille mihi deuotus, illum et
amat et timet miles, ille utcumque res exegerit, cum exer-
17 citibus agit. nec, p. c., noua uel inopina nobis sunt:
pueri eius uirtus in Italia, adulescentis in Gallia, iuuenis
in Thracia, in Africa iam prouecti, senescentis denique
in Illyrico et Dalmatia conprobata est, cum in diuersis
18 proeliis ad exemplum fortiter faceret. huc accedit quod
habet iuuenes filios, Romano dignus collegio, nostra di-
gnus amicitia' et reliqua.

MACRIANVS IVNIOR

13 Multa de hoc in patris imperio praelibata sunt, qui
numquam imperator factus esset, nisi prudentiae patris
2 eius creditum uideretur. de hoc plane multa miranda
dicuntur, quae ad fortitudinem pertineant iuuenalis aeta-
tis. sed ad fata aut in bellis quantum unius ualet forti-

2 trachiarum *BP* extremis *M* cogressus P^1 4 aureolo B^1 concessare BP^1 6 Domitiano imperatore P^3M 12 et *addidi* quidaē B^1 15 inopia B^1 17 trachia *BP* 18 in *om. BP* 20 dignos — dignos B^3M 25 creditum] meritum *Oberdick p. 743* multa plane *Bährens Fleckeis. ann. CVII p. 68* 26 pertineat B^1 iuuenilis B^3M 27 ad facta *BPM em. Obrecht* haut quantum in bellis *Bährens l. s.* quantum in bellis *BPM transposuit S* minus *M*

Digitized by Google

tudo? hic enim uehemens cum prudentissimo patre, 3
cuius merito imperare coeperat, a Domitiano uictus tri-
ginta (dixi superius) milibus militum spoliatus est, ma- c. 12, 14.
tre nobilis, patre tantum forte et ad bellum parato at-
que ab ultima militia in summum perueniente ducatus
splendore sublimi.

QVIETVS

Hic, ut diximus, Macriani filius fuit. cum patre et 14
fratre Ballistae iudicio imperator est factus. sed ubi com- c. 12, 12.
perit Odenatus, qui olim iam orientem tenebat, ab Au-
reolo Macrianum patrem Quieti cum eius fratre Macriano
uictos, milites in eius potestatem concessisse, quasi Gal-
lieni partes uindicaret, adulescentem cum Ballista prae-
fecto ducum interemit. idem quoque adulescens dignis- 2
simus Romano imperio fuit, ut uere Macriani filius,
Macriani etiam frater, qui duo adflictis rebus potuerunt
rem p. gerere, uideretur.

Non mihi praetereundum uidetur de Macrianorum fa- 3
milia, quae hodieque floret, id dicere, quod speciale sem-
per habuerunt. Alexandrum Magnum Macedonem uiri in 4
anulis et argento, mulieres et in reticulis et dextrocheriis
et in anulis et in omni ornamentorum genere exculptum
semper habuerunt, eo usque ut tunicae et limbi et pae-
nulae matronales in familia eius hodieque sint, quae
Alexandri effigiem de liciis uariantibus monstrent. uidi- 5
mus proxime Cornelium Macrum ex eadem familia uirum,
cum cenam in templo Herculis daret, pateram electrinam,

3 ut superius dixi *M* 5 ad *B* ultimum *B*³ ducatu *B*¹*P*¹ ducatus *B*² ducatua *P*² ducatum et spl. *M* 6 subli-mi$\overset{s}{r}$ *B*² 11 quietcum *BPM* Quieti cum *S* fratrae *B* 13 aduliscentem *B*¹*P* balista *BP* 14 dudum *BPM em. Obrecht* durius *Oberdick p. 743* 15 ut ut *B*¹ 16 macrianus *BPM em. S* adflicti *B* 17 gereretur *B*¹ uideretur *om. M* 18 uidetur non mihi pr. de *M* 20 machedonem *BP* uiros *B*³ uiri in auro *M* 23 lymbi *BP* 25 uidemus *BPM* 26 adem *B*¹ in eadem *M*

quae in medio uultum Alexandri haberet et in circuitum
omnem historiam contineret signis breuibus et minutulis,
pontifici propinare, quam quidem circumferri ad omnes
6 tanti illius uiri cupidissimos iussit. quod idcirco posui,
quia dicuntur iuuari in omni actu suo, qui Alexandrum
expressum uel auro gestitant uel argento.

ODENATVS

15 Nisi Odenatus, princeps Palmyrenorum, capto Vale-
riano, fessis Romanae rei p. uiribus sumpsisset imperium,
2 in oriente perditae res essent. quare adsumpto nomine
primum regali cum uxore Zenobia et filio maiore, cui
erat nomen Herodes, minoribus Herenniano et Timolao
3 collecto exercitu contra Persas profectus est. Nisibin pri-
mum et orientis pleraque cum omni Mesopotamia in
potestatem recepit, deinde ipsum regem uictum fugere
4 coegit. postremo Ctesifonta usque Saporem et eius liberos
persecutus captis concubinis, capta etiam magna praeda
ad orientem uertit, sperans, quod Macrianum, qui impe-
rare contra Gallienum coeperat, posset opprimere, sed
illo iam profecto contra Aureolum et contra Gallienum,
eo interempto filium eius Quietum interfecit, Ballista, ut
plerique adserunt, regnum usurpante, ne et ipse posset
5 occidi. composito igitur magna ex parte orientis statu
a consobrino suo Maeonio, qui et ipse imperium sump-
serat, interemptus est cum filio suo Herode, qui et ipse
post reditum de Perside cum patre imperator est appella-
6 tus. Iratum fuisse rei p. deum credo, qui interfecto Va-
7 leriano noluit Odenatum reseruare. ille plane cum uxore
Zenobia non solum orientem, quem iam in pristinum re-

1 circuitu *M* 3 quem *B* quiem P^1 *corr.* $P^3 M$ 6 auro] anulo *Kellerbauer p. 644* 10 res perditae $B^3 M$ 12 et a timalao *B* et a timolao *PM* 16 çtesifonta *B* et ius P^1 19 posset — Gallienum *om. M* 21 eius] *om. M* quietiam $B^1 M$ Ballista, ut] ballista u *in B rubro colore picta, in P in ras.* 23 composita $B P^1$ (*corr.* P^3) 24 meonio *B* sumiperat $B^1 P^1$ (*corr.* P^3)

Digitized by Google

formauerat statum, sed et omnes omnino totius orbis partes reformasset, uir acer in bellis et, quantum plerique scriptores loquuntur, uenatu memorabili semper inclitus, qui a prima aetate capiendis leonibus et pardis, ursis ceterisque siluestribus animalibus sudorem officii uirilis inpendit quique semper in siluis ac montibus uixit, perferens calorem, pluuias et omnia mala, quae in se continent
uenatoriae uoluptates. quibus duratus solem ac puluerem 8
in bellis Persicis tulit, non aliter etiam coniuge adsueta, quae multorum sententia fortior marito fuisse perhibetur, mulier omnium nobilissima orientalium feminarum et, ut Cornelius Capitolinus adserit, speciosissima.

HERODES

Non Zenobia matre sed priore uxore genitus Herodes 16
cum patre accepit imperium, homo omnium delicatissimus et prorsus orientalis et Graecae luxuriae, cui erant sigillata tentoria et aurati papiliones et omnia Persica.
denique ingenio eius usus Odenatus quicquid concubina- 2
rum regalium, quicquid diuitiarum gemmarumque cepit, eidem tradidit paternae indulgentiae adfectione permotus. et erat circa illum Zenobia nouercali animo, qua 3
re commendabiliorem patri eum fecerat. neque plura sunt quae de Herode dicantur.

MAEONIVS

Hic consobrinus Odenati fuit nec ulla re alia ductus 17
nisi damnabili inuidia imperatorem optimum interemit,

1 et *om.* *M* es B^1P^1 (*corr.* B^3P^3) 3 memorauili B^1P 4 partis *B* (*in P* d *in ras.*) 5 siluestris P^1 8 sole ac puluere B^1P^1 (*corr.* B^3P^3) 11 mulierum *BPM em. C* nobilissimam BP^1 12 saepedissimam B^1P^1 saepeditissimam B^2 ex *sup.* ep *scripsit* P^3 (seexpedissimam *Vat.*) expeditissima *libri C* mulierum omnium nobilissimam scimus or. f. — adserit, sexus pudentissimam *Vnger p. 508* 16 greciae *BP* luxoriae *B* 17 sigilata *BP* 19 coepit *B* 21 zenobiano uelcali BP^1 22 rem *B* 24 meonius *BP*

Digitized by Google

2 cum ei nihil aliud obiceret praeter filium Herodem. dici-
tur autem primum cum Zenobia consensisse, quae ferre
non poterat, ut priuignus eius Herodes priore loco quam
filii eius, Herennianus et Timolaus, principes dicerentur.
3 sed hic quoque spurcissimus fuit. quare imperator ap-
pellatus per errorem breui a militibus pro suae luxuriae
meritis interemptus est.

BALLISTA

18 De hoc, utrum imperauerit, scriptores inter se ambi-
gunt. multi enim dicunt Quieto per Odenatum occiso
Ballistae ueniam datam et tamen eum imperasse, quod
neque Gallieno nec Aureolo nec Odenato se crederet.
2 alii adserunt priuatum eum in agro suo, quem apud Daf-
3 nidem sibi comparauerat, interemptum. multi et sump-
sisse illum purpuram, ut more Romano imperaret, *et* exer-
citum duxisse et de se plura promisisse dixerunt, oc-
cisum autem per eos, quos Aureolus miserat ad con-
prehendendum Quietum, Macrini filium, quem praedam
4 suam esse dicebat. Fuit uir insignis, eruditus ad geren-
dam rem p., in consiliis uehemens, in expeditionibus
clarus, in prouisione annonaria singularis, Valeriano sic
acceptus, ut eum quibusdam litteris hoc testimonio pro-
secutus sit:
5 'Valerianus Ragonio Claro praefecto Illyrici et Gal-
liarum. Si quid in te bonae frugis est, quam esse scio,
6 parens Clare, dispositionem tu Ballistae persequere. sic
rem p. informa. uidesne ut ille prouinciales non grauet,

1 filii Herodes *BPM em. S* 6 loxoriae *BP* 8 uallista *BP* 10 fricunt *B*[1] 12 neca *BP* nec *M* neque *scripsi* 14 compererat *BP t. Iord.* 15 et — imperasse *M* et *add. S* 18 Macriani *M cf. ad XXIII 1,2* 19 suum *BP* perdam suum *S* 24 yllyri *B*[1] 26 dispositione *BPM* ti *B*[1]*P* tibi *B*[2] *om. M* tu *scripsi* balliste *B* s/his *B* his *PM* sic *scripsi* 27 in formam *M* uides nec utile *BP* u. nec ut ille *M em. S*

Digitized by Google

ut illic equos contineat, ubi sunt pabula, illic annonas
militum mandet, ubi sunt frumenta, non prouincialem,
non possessorem cogat illic frumenta, ubi non habet, dare,
illic equum, ubi non potest, pascere? nec est ulla alia 7
prouisio melior, quam ut in locis suis erogentur quae
nascuntur, ne aut uehiculis aut sumptibus rem p. grauent.
Galatia frumentis abundat, referta est Thracia, plenum est 8
Illyricum: illic pedites conlocentur, quamquam in Thracia
etiam equites sine noxa prouincialium hiemare possint.
multum enim ex campis faeni colligitur. iam uinum, la- 9
ridum, iam ceterae species in is dandae sunt locis, in
quibus adfatim redundant. quae omnia sunt Ballistae con- 10
silia, qui ex quadam prouincia unam tantum speciem
praeberi iussit, quod ea redundaret, atque ab ea milites
submoueri. id quod publicitus est decretum.'

Est et alia eius epistola, qua gratias Ballistae ait, in 11
qua docet sibi praecepta gubernandae rei p. ab eodem
data, gaudens, quod eius consilio nullum adscripticium,
id est uacantem, haberet et tribunum nullum stipatorem,
qui non uere aliquid ageret, nullum militem, qui non
uere pugnaret.

Hic igitur uir in tentorio suo cubans a quodam gre- 12
gario milite in Odenati et Gallieni gratiam dicitur inter-
emptus. de quo ipse uera non satis comperi, idcirco 13
quod scriptores temporum de huius praefectura multa,
de imperio pauca dixerunt.

1 continuant *B* contineant *P* (e *in ras.*) papula B^1 3 possessorum *BP* illis *BP* 4 potestascere B^1 potespascere B^2P 6 nec autere hiculis B^1PM nec utere uehiculis B^2 7 frumenta *BP* trachia *BP* in hylliricum *BP* 9 trachia *BP* 10 foeni *BPM* iam in lar. *BP* iam ibi *M* in *del. Gr.* uinum, laridum, oleum, cet. *Krauss p. 100* 11 his *BPM* is *scripsi* 12 omia P^1 13 quaque *uolg.* 15 submoberi B^1P^1 16 baliste *BP* agit *M* (*Cornelissen p. 65*) 18 adscripticium haberet tribunum, nullum *Cornelissen p. 65* 20 qui non — militem *om. M* 21 pugaret B^1

Digitized by Google

VALENS

19 Hic uir militaris, simul etiam ciuilium uirtutum glo-
ria pollens proconsulatum Achaiae dato a Gallieno tunc
2 honore gubernabat. quem Macrianus uehementer refor-
midans, simul quod in omni genere uitae satis clarum
norat, simul quod inimicum sibi esse inuidia uirtutum
sciebat, misso Pisone, nobilissimae tunc et consularis
3 familiae uiro, interfici praecepit. Valens diligentissime
cauens et prouidens neque aliter sibi posse subueniri
aestimans sumpsit imperium et breui a militibus interemp-
tus est.

VALENS SVPERIOR

20 Et bene uenit in mentem, ut, cum de hoc Valente
loquimur, etiam de illo Valente, qui superiorum princi-
2 pum temporibus interemptus est, aliquid diceremus. nam
huius Valentis, qui sub Gallieno imperauit, auunculus ma-
gnus fuisse perhibetur. alii tantum auunculum dicunt.
3 sed par in ambobus fuit fortuna. nam et ille, paucis die-
bus *cum in* Illyrico imperasset, occisus est.

PISO

21 Hic a Macriano ad interficiendum Valentem missus,
ubi eum prouidum futurorum imperare cognouit, Thessa-
liam concessit atque illic paucis sibi consentientibus
sumpsit imperium Thessalicusque appellatus interemptus
est, uir summae sanctitatis et temporibus suis Frugi dic-
tus et qui ex illa Pisonum familia ducere originem dice-
2 retur, cui se Cicero nobilitandi causa sociauerat. hic om-
nibus principibus acceptissimus fuit. ipse denique Valens,

3 proconsulatu *BPM* 4 honere *BP* 7 *an* nobilissimo? 12 Valens superior *in BP atram. nigro, non rubro ut ceterorum tyrannorum nomina picta* 13 *an* En? et cum *B* 18 forma *BP* 19 et cum ille *M* cum in *addidi* illirico *B* 24 ui interemptus *BP* 26 duceret *B*P^1

Digitized by Google

qui ad eum percussores misisse perhibetur, dixisse dici-
tur non sibi apud deos inferos constare rationem, quod
quamuis hostem suum, Pisonem tamen iussisset occidi,
uirum cuius similem Romana res p. non haberet.
Senatus consultum de Pisone factum ad noscendam 3
eius maiestatem libenter inserui: Die septimo kal. Iulia-
rum cum esset nuntiatum Pisonem a Valente interemp-
tum, ipsum Valentem a suis occisum, Arellius Fuscus,
consularis primae sententiae, qui in locum Valeriani
successerat, ait: 'Consul, consule.' cumque consultus 4
esset 'Diuinos' inquid 'honores Pisoni decerno, p. c.,
Gallienum et Valerianum et Saloninum imperatores no-
stros id probaturos esse confido. neque enim melior uir
quisquam fuit neque constantior.' post quem ceteri 5
consulti statuam inter triumphales et currus quadriiugos
Pisoni decreuerunt. sed statua eius uidetur, quadrigae 6
autem, quae decretae fuerant, quasi transferendae alibi
positae sunt nec adhuc redditae. nam in his locis fuerunt, 7
in quibus thermae Diocletianae sunt exaedificatae, tam
aeterni nominis quam sacrati.

AEMILIANVS

Est hoc familiare populi Aegyptiorum, ut uel*ut* furiosi 22
ac dementes de leuissimis quibus*que* usque ad summa
rei p. pericula perducantur: saepe illi ob neglectas sa- 2
lutationes, locum in balneis non concessum, carnem et

6 Kalendas Iulias *M* 7 nunciatum *BP* 8 Aurelius *M* 12 salolinum *B* 13 imperaturos *BP om. M* id probaturos *em. S* 14 citer consultum B^1*PM* (circiter B^2) 17 ad alium *BPM* ad balneum *Gr.* ad alium locum *Richter p. 28* alibi *scripsi, nisi loci certi cuiusdam significatio lateat* 19 dioclecianae *P* 21 aemelianus *BP* 22 et hoc *BP* et hoc f. est *M* est hoc *scripsi cf. exerc. crit. p. 13* populo *M* uel *BPM* uelut *Bährens p. 660* 23 leuimus *B* leuimis *P* leuibus *M em. S* quibus usque *BP* quibusque *M* quibusque usque *scripsi* summe *BPM* summa *scripsi*

Digitized by Google

olera sequestrata, calciamenta seruilia et cetera talia
usque ad summum rei p. periculum seditione, ita ut
3 armarentur contra eos exercitus, peruenerunt. familiari
ergo sibi furore, cum quadam die cuiusdam seruus cura-
toris, qui Alexandriam tunc regebat, militari ob hoc
caesus esset, quod crepidas suas meliores esse quam mili-
tis diceret, collecta multitudo ad domum Aemiliani ducis
uenit atque eum omni seditionum instrumento et furore
persecuta est: ictus est lapidibus, petitus est ferro, nec
4 de*fuit* ullum seditionis telum. qua re coactus Aemilianus
sumpsit imperium, cum sciret sibi undecumque pereun-
5 dum. consenserunt ei Aegypti totius exercitus, maxime
6 in Gallieni odium. nec eius ad regendam rem p. uigor
defuit, nam Thebaidem totamque Aegyptum peragrauit et,
quatenus potuit, barbarorum gentes forti auctoritate
7 summouit. Alexander denique uel Alexandrinus (nam
incertum id quoque habetur) uirtutum merito uocatus
8 est. et cum contra Indos pararet expeditionem, misso
Theodoto duce Gallieno iubente dedit poenas, et quidem
strangulatus in carcere captiuorum ueterum more per-
hibetur.

9 Tacendum esse non credo, quod, cum *de* Aegypto lo-
quor, uetus suggessit historia, simul etiam Gallieni fac-
10 tum. qui cum Theodoto uellet imperium proconsulare
decernere, a sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt
11 fasces consulares ingredi Alexandriam non licere. cuius
rei etiam Ciceronem, cum contra Gabinium loquitur, me-

2 seditiones *B P* seditionis *M del. Bährens p. 660* in seditiones *Petschenig p. 58* seditionibus *uolg.* seditionę *scripsi* 4 curatores *B P* 5 militare *B P M em. S* a milite irato *Rösinger p. 10* 6 *ante* esset B^1 *add.* est 7 aucis B^1P auceps *M* 9 peditus *B P* 10 de *B P* desiit *M* defuit *Laurent. LXIII 31 Tollius ad Aus. idyll. VI 83* coaptus *P t. Iord.* 12 aegyptiacus *B P M* Aegypti totius *Kellerbauer p. 644* 13 eius] ei *Bährens p. 660* 16 Alexander *litt. maioribus colore rubro in B P pictum* denique Alexander *M* 19 sed quidem *B P* si quidem *M* et q. *Bährens l. s.* 22 de *om. B P* 23 successit *B P* 24 e theodoto *B P* 27 gauinium *B P*

Digitized by Google

minisse satis nouimus. denique nunc extat memoria rei
frequentatae. quare scire oportet Herennium Celsum, 12
uestrum parentem, *cum* consulatum cupit, hoc quod desi-
derat non licere. fertur enim apud Memfim in aurea 13
columna Aegyptiis esse litteris scriptum tunc demum
Aegyptum liberam fore, cum in eam uenissent Romani
fasces et praetexta Romanorum. quod apud Proculum 14
grammaticum, doctissimum sui temporis uirum, cum de
peregrinis regionibus loquitur, inuenitur.

SATVRNINVS

Optimus ducum Gallieni temporis, sed Valeriano di- 23
lectus Saturninus fuit. hic quoque, cum dissolutionem 2
Gallieni, pernoctantis in publico, ferre non posset et mi-
lites non exemplo imperatoris sui sed suo regeret, ab
exercitibus sumpsit imperium, uir prudentiae singularis,
grauitatis insignis, uitae amabilis, uictoriarum barbaris
etiam ubique notarum. hic ea die, qua est amictus a mi- 3
litibus peplo imperatorio, contione adhibita dixisse fertur:
'Commilitones, bonum ducem perdidistis et malum prin-
cipem fecistis.' denique cum multa strenue in imperio 4
fecisset, quod esset seuerior et grauior militibus, ab isdem
ipsis, a quibus factus fuerat, interemptus est. huius in- 5
signe est quod conuiuio discumbere milites, ne inferiora
denudarentur, cum sagis iussit, hieme grauibus, aestate
perlucidis.

TETRICVS SENIOR

Interfecto Victorino et eius filio mater eius Victoria 24
siue Vitruuia Tetricum senatorem p. R. praesidatum in

1 non *BPM* nunc *Petschenig p. 58* 3 cum *addidi* qui *add. M* dum *uolg.* 4 in a aurea *BP* 9 religionibus *C* 11 temporie *M* sed a *M* (*Eyssenh.*) dilectus *i. e.* delectus *cf. c. 10, 15* 16 barbarum *M* 18 habita *uolg.* 19 dacem *B*[1] 21 hisdem *BPM* 22 fuerat factus *B*[1] 23 nec *BP* 28 Victorina *M* ettricum *BP*

Digitized by Google

Gallia regentem ad imperium hortata, quod eius erat, ut
plerique loquuntur, adfinis, Augustum appellari fecit
2 filiumque eius Caesarem nuncupauit. et cum multa Te-
tricus feliciterque gessisset diuque imperasset, ab Aure-
liano uictus, cum militum suorum inpudentiam et pro-
cacitatem ferre non posset, uolens se grauissimo principi
3 et seuerissimo dedit. uersus denique illius fertur, quem
furtim ad Aurelianum scripserat:
Verg. Aen. VI 365. 'Eripe me his, inuicte, malis.'
4 quare cum Aurelianus nihil simplex neque mite aut tran-
quillum facile cogitaret, senatorem p. R. eundemque
consularem, qui iure praesidali omnes Gallias rexerat,
per triumphum duxit, eodem tempore quo et Zenobiam
Odenati uxorem cum filiis minoribus Odenati, Herenniano
5 et Timolao. pudore tamen uictus uir nimium seuerus
eum, quem triumphauerat, conrectorem totius Italiae fecit,
id est Campaniae, Samni, Lucaniae Brittiorum, Apuliae
Calabriae, Etruriae atque Vmbriae, Piceni et Flaminiae om-
nisque annonariae regionis, ac Tetricum non solum ui-
uere, sed etiam in summa dignitate manere passus est,
cum illum saepe collegam, nonnumquam commilitonem,
aliquando etiam imperatorem appellaret.

TETRICVS IVNIOR

25 Hic puerulus a Victoria Caesar est appellatus, cum
2 illa mater castrorum ab exercitu nuncupata esset. qui et
ipse cum patre per triumphum ductus postea omnibus
senatoriis honoribus functus est inlibato patrimonio, quod
quidem ad suos posteros misit, ut † Dagellius Fuscus
3 dicit, semper insignis. narrabat auus meus hunc sibi familia-

3 que *om.* *B*[1] 4 que *del.* *B*[2] gessit et *B*[1]*P* egisset *M* auriliano *B* 5 procaecitatem *B* 7 seuerissimo *B*[1] ent *superscr.* *B*[3] 8 statim *BPM* furtim *scripsi* (per litteras occultas Aurelianum — deprecatus *Eutrop. VIIII 13*) *cf. exerc. crit. p. 2* 18 picem *B*[1] 28 Gellius *M* Arellius *S* 29 semper] scriptor *Rösinger p. 10*

Digitized by Google

rem fuisse, neque quemquam illi ab Aureliano aut postea
ab aliis principibus esse praelatum. Tetricorum domus 4
hodieque extat in monte Caelio inter duos lucos contra
Isium Metellinum, pulcherrima, in qua Aurelianus pictus
est utrique praetextam tribuens et senatoriam dignitatem,
accipiens ab his sceptrum, coronam, cycladem. pictura est
de museo. quam cum dedicassent, Aurelianum ipsum
dicuntur duo Tetrici adhibuisse conuiuio.

TREBELLIANVS

Pudet iam persequi, quanti sub Gallieno fuerint ty- 26
ranni uitio pestis illius, si quidem erat in eo ea luxuria,
ut rebelles plurimos mereretur, et ea crudelitas, ut iure
timeretur. quare et in Trebellianum factum in Isauria 2
principem ..... ipsis Isauris sibi ducem quaerentibus.
quem cum alii archipiratum uocassent, ipse se imperato-
rem appellauit. monetam etiam cudi iussit. Palatium 3
in arce Isauriae constituit. qui quidem cum se in in-
tima et tuta Isaurorum loca munitus difficultatibus loco-
rum et montibus contulisset, aliquamdiu apud Cilicas im-
perauit. sed per Gallieni ducem Camsisoleum, natione 4
Aegyptium, fratrem Theodoti qui Aemilianum ceperat,
ad campum deductus uictus est et occisus. Neque tamen 5
postea Isauri timore, ne in eos Gallienus saeuiret, ad
aequalitatem perduci quauis principum humanitate po-
tuerunt. denique post Trebellianum pro barbaris haben- 6
tur, et, cum in medio Romani nominis solo regio eorum

1 quemquam quam *B* quemquam tum *Kellerbauer p. 644* 2 tretricorum *B* 6 cycli picturiae *BP* ciuicam picturatam *M* cycladem (*an* cyclam?). pictura est *scripsi* 7 dedicasset *BPM* dedicassent *scripsi* 8 detrici *B* 9 Trebellianus *atr. nigro in B exaratum* 10 pudentiam *B* pudentia est *P* (est *a rec. m. in ras.*) *M* fuerunt *M* 11 ea] a *BP t. Iord.* 13 qua erat et in Tr. *Eyssenh.* tribellianum BP^{1} 14 *lacunam statuit C* 17 Isaurae *Valerius ad Amm. XIIII 8,2* 18 et tuta *om. M* loca *del. Haupt op. III p. 476* 20 Causisoleum *M* 23 gallieni P^{1} seruire B^{1} seuire $B^{2}P^{1}$ (*corr.* P^{3}) 25 baris B^{1}

Digitized by Google

sit, nouo genere custodiarum quasi limite includitur,
7 locis defensa non hominibus. nam sunt non statura decori, non uirtute graues, non instructi armis, non consiliis prudentes, sed hoc solo securi, quod in editis positi adiri nequeunt. quos quidem diuus Claudius paene ad hoc perduxerat, ut a suis semotos locis in Cilicia conlocaret, daturus uni ex amicissimis omnem Isaurorum possessionem, ne quid ex ea postea rebellionis oreretur.

HERENNIANVS

27 **O**denatus moriens duos paruulos reliquid, Herennianum et fratrem eius Timolaum, quorum nomine Zenobia usurpato sibi imperio diutius quam feminam decuit rem p. optinuit, paruulos Romani imperatoris habitu praeferens purpuratos eosdemque adhibens contionibus, quas illa uiriliter frequentauit, Didonem et Samiramidem et Cleopatram sui generis principem inter cetera praedicans.
2 sed *de* horum exitu incertum est. multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte sua esse consumptos, si quidem Zenobiae posteri etiam nunc Romae inter nobiles maneant.

TIMOLAVS

28 De hoc ea putamus digna notione, quae de fratre sunt
2 dicta. unum tamen est quod eum a fratre separat, quod tanti fuit ardoris ad studia Romana, ut breui consecutus, quae insinuauerat grammaticus, esse dicatur, potuisse quin etiam summum Latinorum rhetorem facere.

1 sit *om.* *BPM* limes *BPM* limite *scripsi* 2 omnibus *BP*[1] (*corr.* *P*[3]) non sunt *M* staturae *BP* 6 permotos *B*[1] 8 oriretur *M* 13 proferens *M* 17 de *add.* *P*[3] *M* 20 maneat *BP* manent *M* *em.* *Gr.* 22 notio *BP* (otio *in ras.*) notatione *M* notione *Laur. LXIII 31* 23 fretae *BP*[1] 26 rethorem *BP*

CELSVS

Occupatis partibus Gallicanis, orientalibus, quin etiam 29
Ponti, Thraciarum et Illyrici, dum Gallienus popinatur et
balneis ac lenonibus deputat uitam, Afri quoque auctore
Vibio Passieno, pro consule Africae, et Fabio Pompo-
niano, duce limitis Libyci, Celsum imperatorem appella-
uerunt peplo deae Caelestis ornatum. hic priuatus ex 2
tribunis in Africa positus in agris suis uiuebat, sed ea iu-
stitia et corporis magnitudine, ut dignus uideretur impe-
rio. quare creatus per quandam mulierem, Gallienam no- 3
mine, consobrinam Gallieni, septimo imperii die interemp-
tus est atque adeo etiam inter obscuros principes uix
relatus est. corpus eius a canibus consumptum est Sic- 4
censibus, qui Gallieno fidem seruauerant, perurgentibus,
et nouo iniuriae genere imago in crucem sublata persul-
tante uulgo, quasi patibulo ipse Celsus uideretur adfixus.

ZENOBIA

Omnis iam consumptus est pudor, si quidem fatigata 30
re p. eo usque peruentum est, ut Gallieno nequissime
agente optime etiam mulieres imperarent. et quidem per- 2
egrina etiam, nomine Zenobia, de qua multa iam dicta
sunt, quae se de Cleopatrarum Ptolemaeorumque gente
iactaret, post Odenatum maritum imperiali sagulo perfuso
per umeros, habitu Didonis ornata, diademate etiam ac-
cepto, nomine filiorum Herenniani et Timolai diutius,
quam femineus sexus patiebatur, imperauit. si quidem 3
Gallieno adhuc regente rem p. regale mulier superba
munus optinuit et Claudio bellis Gothicis occupato uix

2 occupatibus *B* 3 traciarum *BP* 5 uiuio *BP* 6 limitibus *B* libici *BP* 7 deae] dea *B* de *P* 12 atque ideo *Kellerbauer p. 644* 17 zenouia *B* 21 enim *BP om. M* etiam *scripsi* iam multa *M* 22 cleopetrarum *M* (*in P* a *prius in ras.*) ptolemeorum quae *BP* 23 perfusa umeros *Plew p. 28* 24 donis *BPM em. S* orta *B*[1]

Digitized by Google

denique ab Aureliano uicta et triumphata concessit in
iura Romana.

4 Extat epistola Aureliani, quae captiuae mulieri te-
stimonium fert. nam cum a quibusdam reprehenderetur,
quod mulierem ueluti ducem aliquem uir fortissimus tri-
umphasset, missis ad senatum populumque Romanum lit-
5 teris hac se adtestatione defendit: 'Audio, p. c., mihi
obici, quod non uirile munus impleuerim Zenobiam tri-
umphando. ne illi, qui me reprehendunt, satis laudarent,
si scirent, quae illa sit mulier, quam prudens in consiliis,
quam constans in dispositionibus, quam erga milites gra-
uis, quam larga, cum necessitas postulet, quam tristis,
6 cum seueritas poscat. possum dicere illius esse, quod
Odenatus Persas uicit ac fugato Sapore Ctesifonta usque
7 peruenit. possum adserere tanto apud orientales et Ae-
gyptiorum populos timori mulierem fuisse, ut se non Ara-
8 bes, non Saraceni, non Armenii commouerent. nec ego
illi uitam conseruassem, nisi eam scissem multum Ro-
manae rei publicae profuisse, cum sibi uel liberis suis
9 orientis seruaret imperium. sibi ergo habeant propria-
10 rum uenena linguarum ii, quibus nihil placet. nam si ui-
cisse ac triumphasse feminam non est decorum, quid de
Gallieno loquuntur, in cuius contemptum haec bene rexit
11 imperium? quid de diuo Claudio, sancto ac uenerabili
duce, qui eam, quod ipse Gothicis esset expeditionibus
occupatus, passus esse dicitur imperare? idque consulte
ac prudenter, ut illa seruante orientalis finis imperii ipse
securius, quae instituerat, perpetraret.'

12 Haec oratio indicat, quid iudicii Aurelianus habuerit
de Zenobia. cuius ea castitas fuisse dicitur, ut ne uirum
suum quidem scierit nisi temptatis conceptionibus. nam

9 laudent B^3 10 sciret B^1P quae illas *BP* (s *eras.*) qualis illa est *M* quae illa sit *scripsi* 11 ega P^1 14 tesifonta B^3 thesiphontem *M* 19 rep. P^1 uel] cum B^1 21 hii *BP*(*M*) 24 dicio *BP* 26 occulte *BPM em. Paucker p. 52* Cornelissen p. 65 et 256* 27 orientale *BP* orientales *M* 28 securus *M* 30 cuius *om.* P^1 31 sciret *M* siuerit

Digitized by Google

cum semel concubuisset, exspectatis menstruis continebat
se, si praegnans esset, sin minus, iterum potestatem quae-
rendis liberis dabat. uixit regali pompa. e more magis 13
Persico adorata est. regum more Persarum conuiuata 14
est. imperatorum more Romanorum ad contiones galeata
processit cum limbo purpureo gemmis dependentibus per
ultimam fimbriam, media etiam coclide ueluti fibula mu-
liebri adstricta, brachio saepe nudo. fuit uultu subaquilo, 15
fusci coloris, oculis supra modum uigentibus nigris, spiri-
tus diuini, uenustatis incredibilis. tantus candor in den-
tibus, ut margaritas eam plerique putarent habere non
dentes. uox clara et uirilis. seueritas, ubi necessitas 16
postulabat, tyrannorum, bonorum principum clementia, ubi
pietas requirebat. larga prudenter, conseruatrix thensau-
rorum ultra femineum modum. usa uehiculo carpentario, 17
raro pilento, equo saepius. fertur autem uel tria uel
quattuor milia frequenter cum peditibus ambulasse. ue- 18
nata est Hispanorum cupiditate. bibit saepe cum duci-
bus, cum esset alias sobria; bibit et cum Persis atque
Armeniis, ut eos uinceret. usa est uasis aureis gemmatis 19
ad conuiuia non nisi Cleopatranis. in ministerio eunuchos
grauioris aetatis habuit, puellas nimis raras. filios Latine 20
loqui iusserat, ita ut Graece uel difficile uel raro loque-
rentur. ipsa Latini sermonis non usque quaque gnara, 21
sed ut loqueretur pudore cohibito; loquebatur et Aegyp-

nisi temptandis *Cornelissen p. 65* 1 exspectans B^1 3 pompae m. *BP* e more *Petschenig p. 21 distinxit S* 4 adorta P^1 est *s. l. in B* more magum *Mommsen* more regum *M* 5 imperatorem *B* 7 coclyde *BP*(*M*) *em. Egn.* 9 ingentibus *BP* 14 requerebat *BP t. Iord.* 16 pilemto *BP* 17 pedibus B^1 nata *BPM* cenata *C* uenata *Kiessling neues Schweiz. Mus. V p. 327* 18 uiuit *BP* (*utroque loco*) 19 sobrias B^1 sobriae B^2 20 uinciret *Oberdick p. 743* uassis *B*- 21 conuiuincimusa B^1 conuiuiuiciniusa B^2 conuiuicimus P^1 a *add.* P^2 conuiuia cuius et *M* conuiuia non nisi *scripsi* cum unionibus Cl. *Cornelissen p. 66* cleopatra nisi *BP* Cleopatra usa est *M em. S* 22 rara *BP* raro *Petschenig p. 27* 23 id *BP* adeo *M* ita *scripsi* ad id *Petschenig p. 33* loqueretur *BPM* 24 latinis sermonibus *BPM* 25 cohibita

Digitized by Google

22 tiace ad perfectum modum. historiae Alexandrinae at-
que orientalis ita perita, ut eam epitomasse dicatur; La-
tinam autem Graece legerat.
23 Cum illam Aurelianus cepisset atque in conspectum
suum adductam sic appellasset: 'Quid, o Zenobia, ausa
es insultare Romanis imperatoribus?' illa dixisse fertur:
'Imperatorem te esse cognosco, qui uincis, Gallienum et
Aureolum et ceteros principes non putaui. Victoriam mei
similem credens in consortium regni uenire, si facultas
24 locorum pateretur, optaui.' Ducta est igitur per trium-
phum ea specie, ut nihil pompabilius p. R. uideretur.
iam primum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamen-
25 torum onere laboraret. fertur enim mulier fortissima
saepissime restitisse, cum diceret se gemmarum onera
26 ferre non posse. uincti erant praetera pedes auro, ma-
nus etiam catenis aureis, nec collo aureum uinculum de-
27 erat, quod scurra Persicus praeferebat. uita ab Aureliano
concessa est, ferturque uixisse cum liberis matronae iam
more Romanae data sibi possessione in Tiburti, quae
hodieque Zenobia dicitur, non longe ab Hadriani palatio
atque ab eo loco, cui nomen est Concae.

VICTORIA

31 Non tam digna res erat, ut etiam Vitruuia siue Victo-
ria in litteras mitteretur, nisi Gallieni mores hoc face-
rent, ut memoria dignae etiam mulieres censerentur.
2 Victoria enim, ubi filium ac nepotem a militibus uidit
occisos, Postumum, deinde Lollianum, Marium etiam, quem
c. 24. principem milites nuncupauerant, interemptos, Tetricum,
de quo superius dictum est, ad imperium hortata est, ut

BPM cohibito *scripsi* 2 epitomanasse *B* 5 adductum *B* o] es BP^3 e P^1 quid est *Mommsen* quid es, Z. ausa? ausa es *Kellerbauer p. 644* 7 agnosco *Kellerbauer p. 644*
15 uicti BP^1 (*corr.* P^3) 17 huic *BPM* uita *scripsi* uiuere concessum est *M* 21 conche *M* 23 tam//// *P* Victorina *M* 27 maurium *BP*

uirile semper facinus auderet. insignita est praeterea hoc
titulo, ut castrorum se diceret matrem. cusi sunt eius 3
nummi aerei, aurei et argentei, quorum hodieque forma
exstat apud Treuiros. quae quidem non diutius uixit. 4
nam Tetrico imperante, ut plerique loquuntur, occisa, ut
alii adserunt, fatali necessitate consumpta.

Haec sunt quae de triginta tyrannis dicenda uideban- 5
tur. quos ego in unum uolumen idcirco contuli, ne de
singulis, *si* singula quaeque narrarem, nascerentur in-
digna fastidia et ea, quae ferre lector non posset. Nunc 6
ad Claudium principem redeo. de quo speciale mihi uolu-
men quamuis breue merito uitae illius uidetur edendum
addito fratre singulari uiro, ita ut de familia tam sancta
et tam nobili saltim pauca referantur.

Studiose in medio feminas posui ad ludibrium Gal- 7
lieni, quo nihil prodigiosius passa est Romana res p.,
duos etiam nunc tyrannos quasi extra numerum, quod
alieni essent temporis, additurus, unum qui fuit Maxi-
mini temporibus, alterum qui Claudii, ut tyrannorum tri-
ginta uitae hoc uolumine tenerentur. quaeso, qui ex- 8
pletum iam librum acceperas, boni consulas atque hos
uolumini tuo uolens addas, quos ego, quem ad modum
Valentem superiorem huic uolumini, sic post Claudium
et Aurelianum is, qui inter Tacitum et Diocletianum fue-
runt, addere destinaueram. sed errorem meum memor 9
historiae diligentia tuae eruditionis auertit. habeo igitur 10
gratiam, quod titulum meum prudentiae tuae benignitas
inpleuit. nemo in templo Pacis dicturus est me feminas

9 si *addidi ante* singulis, *M add. ante* de quingula *B*[1] 14 saluti *BP* 20 uiri *BPM* uitae *scripsi cf. 33,7* 21 hoc *BPM* 24 his *BPM* is *scripsi* 25 memor *B* meror *P*(*M*) 26 hystoriae *B* historiae *PM* maior historiae diligentia *uolg. an* memoriae historicae diligentia? memoris *Bährens p. 660* diligentiae *BPM* 28 pasci *B*

inter tyrannos, tyrannas uidelicet uel tyrannides, ut ipsi
11 de me solent cum risu et ioco iactitare, posuisse. habent
integrum numerum ex arcanis historiae in meas litteras
12 datum. Titus enim et Censorinus, quorum unus, ut dixi,
§7. sub Maximino, alter sub Claudio fuit, ... qui ambo ab
isdem militibus, a quibus purpura uelati fuerant, interempti sunt.

TITVS

VII 1,9. 32 Docet Dexippus nec Herodianus tacet omnesque, qui
talia legenda posteris tradiderunt, Titum, tribunum Maurorum, qui a Maximino inter priuatos relictus fuerat, timore uiolentae mortis, ut illi dicunt, inuitum uero et a militibus coactum, ut plerique adserunt, imperasse, atque hunc intra paucos dies post uindicatam defectionem, quam consularis uir Magnus Maximino parauerat, a suis militibus interemptum. imperasse autem mensibus sex.
2 fuit hic uir de primis erga rem p. domi forisque lauda-
3 bilis, sed in imperio parum felix. alii dicunt ab Armeniis
sagittariis, quos Maximinus ut Alexandrinos et oderat et
4 offenderat, principem factum. nec mireris tantam esse
5 uarietatem de homine, cuius uix nomen agnoscitur. Huius uxor Calpurnia fuit, sancta et uenerabilis femina de genere Caesoninorum, id est Pisonum, quam maiores nostri uniuiriam sacerdotem inter sacratissimas feminas adorarunt, cuius statuam in templo Veneris adhuc uidimus
6 acrolitham sed auratam. haec uniones Cleopatranos habuisse perhibetur, haec lancem centum librarum argenti,

1 uel] et *M* 2 cum risu et ioco *in BPM post* tyrannos *posita C traiecit post* dicturus est, *ego, si uerba Capitolini sunt, post* solent habes *Kellerbauer p. 644* 3 archanis *BP* hystoriae *B* 5 maximiano *BP* Maximo *M* *post* Claudio fuit *lacunam indicaui, deest minimum* addentur 6 hisdem *BP* 9 erodianus *P* 10 postieris B^1 11 timorem *BPM* 12 uolente BP^1 (*corr.* P^3) alii *PM* 16 interempto *BP* 18 in *om. M* rarum *P t. Iord.* 21 guius P^1 23 cesouinorum *BP* Censorinorum *M* 25 uidemus *M* 26 acrolicam B^1P aclolicam B^2 argolicam *M em. S*

Digitized by Google

cuius plerique poetae meminerunt, in qua maiorum eius
expressa ostenderetur historia.
Longius mihi uideor processisse quam res postulabat. 7
sed quid faciam? scientia naturae facilitate uerbosa est.
quare ad Censorinum reuertar, hominem nobilem sed 8
qui non tam bono quam malo rei p. septem diebus dici-
tur imperasse.

CENSORINVS

Vir plane militaris et antiquae in curia dignitatis, bis 33
consul, bis praefectus praetorii, ter praefectus urbi, quarto
pro consule, tertio consularis, legatus praetorius secundo,
quarto aedilicius, tertio quaestorius, extra ordinem quo-
que legatione Persica functus, etiam Sarmatica.
Post omnes tamen honores cum in agro suo degeret 2
senex atque uno pede claudicans uulnere, quod bello Per-
sico Valeriani temporibus acceperat, factus est *imperator*
et scurrarum ioco Claudius appellatus est. cumque se 3
grauissime gereret neque a militibus ob disciplinam cen-
soriam ferri posset, ab is ipsis, a quibus factus fuerat,
interemptus est. extat eius sepulchrum circa Bononiam, 4
in quo grandibus litteris incisi sunt omnes eius honores;
ultimo tamen uersu adseri potest: 'Felix omnia, infeli- 5
cissimus imperator.' extat eius familia, Censorinorum
nomine frequentata, cuius pars Thracias odio rerum Ro-
manarum, pars Bithyniam petit. extat etiam domus pul- 6
cherrima, adiuncta gentibus Flauiis, quae quondam Titi
principis fuisse perhibetur.

3 postolabat *BP* 4 omnis scientia *M* natura et facultate *Petschenig p. 59* 10 urbis B^2 11 proconsul B^2M *ante* uir *add. M* Censorinus 16 imperator et *add.* P^3M 17 loco B^1 19 his *BP* 20 circa Bononiam *in BPM est post* litteris, *transposuit Eyssenh.* 22 adseri] *fort.* adscribi pest *B* (*superscr.* o *inter* p *et* e *a m. s.*) pest P^1 (*corr.* P^3) adscripto *M* ad omnia P^3M 24 tracias *BP* romanorum *BPM* 26 gentibus *BPM* aedibus *C* 27 *magis placet* perhibentur

Digitized by Google

7 Habes integrum triginta numerum tyrannorum, qui
8 cum maleuolis quidem sed bono animo causabaris. da nunc cuiuis libellum, non tam diserte quam fideliter scriptum. neque ego eloquentiam mihi uideor pollicitus esse sed rem, qui hos libellos, quos de uita principum edidi, non scribo sed dicto, et dicto cum ea festinatione, quam, si quid uel ipse promisero, uel tu petieris, sic perurgues, ut respirandi non habeam facultatem.

2 maleuobis *BPM em. Egnat.* 3 cuius B^1 feliciter *BP* 6 cum ea festinatione quam et q. s. *uix sana. fort.* et dicto cum magna festinatione. nam — sic perurgues *uel* cum ea festinatione (quam — petieris, superurgues), ut r. non habeam f.; qua me *Bährens p. 660*

Digitized by Google

TREBELLII POLLIONIS .

DIVVS CLAVDIVS

Ventum est ad principem Claudium, qui nobis intuitu 1
Constanti Caesaris cum cura in litteras digerendus est.
de quo ego idcirco recusare non potui, quod alios, tumul-
tuarios uidelicet imperatores ac regulos, scripseram eo
libro, quem de triginta tyrannis edidi, qui Cleopatranam
etiam stirpem Victoriamque nunc detinet. si quidem eo 2
res processit, ut mulierum etiam uitas scribi Gallieni com-
paratio effecerit. neque enim fas erat eum tacere princi- 3
pem, qui tantam generis sui prolem *reliquit*, qui bellum
Gothicum sua uirtute confecit, qui manum publicis cla-
dibus uictor imposuit, qui Gallienum, prodigiosum impe-
ratorem, etiamsi non auctor consilii fuit, tamen ipse im-
peraturus bono generis humani a gubernaculis publicis
depulit, qui si diutius in hac esset commoratus re p.,
Scipiones nobis et Camillos omnesque illos ueteres suis
uirtutibus, suis consiliis, sua prouidentia reddidisset. Breue 2
illius, negare non possum, in imperio fuit tempus, sed

1 incipit eiusdem [treuellii pollionis *add.* P^3] diuus claudius feliciter uentum est ad principem claudium *colore rubr.* *BP* 3 nob *BP* 4 litteris *M* 7 cleopatramnam *B* 8 uictorianam *BPM* Victorinam *S* Victoriam *scripsi* hunc *M* continet *Kellerbauer p. 644* 11 reliquit *add. S* (*in adn. ad c. 3*) 12 s̄tāñ B^1 sau P^1 17 scipionis B^1P bonis B^1P bones B^2 bonos *M* nobis *em. S* 18 uiribus *BP t. Iord.* 19 genere non possum *BP om. M* negare non possum *scripsi* (*Eyssenh.*)

Digitized by Google

breue fuisset, etiamsi quantum hominum uita suppetit,
2 tantum uir talis imperare potuisset. quid enim in illo
non mirabile? quid non conspicuum? quid non triumpha-
3 libus uetustissimis praeferendum? in quo Traiani uirtus,
Antonini pietas, Augusti moderatio et magnorum prin-
cipum bona sic fuerunt, ut non ille ab aliis exemplum
caperet sed, etiamsi illi non fuissent, hic ceteris reliquis-
4 set exemplum. doctissimi mathematicorum centum et ui-
ginti annos homini ad uiuendum datos iudicant neque
amplius cuiquam iactitant esse concessos, etiam illud ad-
dentes Mosen solum, dei, ut Iudaeorum libri locuntur,
familiarem, centum uiginti quinque annos uixisse; qui
cum quereretur quod iuuenis interiret, responsum ei ab
incerto ferunt numine neminem plus esse uicturum.
5 quare etiamsi centum et uiginti quinque annos Claudius
uixisset, ne *ne*cessariam quidem mortem eius exspectan-
dam fuisse, ut Tullius de Scipione [sic] loquitur [pro
6 Milone], stupenda et mirabilis docet uita. quid enim ma-
gnum uir ille domi forisque non habuit? amauit parentes.
quid mirum? amauit et fratres: iam potest dignum esse
miraculo. amauit propinquos: res nostris temporibus
comparanda miraculo; inuidit nulli, malos persecutus est.
7 fures iudices palam aperteque damnauit. stultis quasi
neglegenter indulsit. leges optimas dedit. talis in re p.
8 fuit, ut eius stirpem ad imperium summi principes elige-
rent, emendatior senatus optaret.

3 In gratiam me quispiam putet Constantii Caesaris lo-
qui, sed testis est et tua conscientia et uita mea me nihil
2 umquam cogitasse, dixisse, fecisse gratiosum. Claudium
principem loquor, cuius uitae probitas et omnia, quae in

6 bona] omnia *Mommsen* nihil *BPM* ille *S* 10 concessum *M* 11 moysen B^3 13 quereretur *BP* quot $B^1 P^1$
16 ne *add. S ex Cicerone pro Milon. 7,16* 17 sic *om. M* pro Milone *delet C,* sic pro Milone *glossema diuersis locis e margine in contextum inrepsisse arbitror* 20 fratris *BP*
23 fureses P^1 24 negligeret *M* 30 uita *BPM em. Maduig p. 645*

re p. gessit, tantam posteris famam dedere, ut senatus
populusque Romanus nouis eum honoribus post mortem
adfecerit: illi clypeus aureus uel, ut grammatici locuntur, 3
clypeum aureum senatus totius iudicio in Romana curia
conlocatum est, ut etiam nunc uidetur expressa thorace
uultus eius. illi, quod nulli antea, populus Romanus 4
sumptu suo in Capitolio ante Iouis optimi maximi templum
statuam auream decem pedum conlocauit. illi totius or- 5
bis iudicio in rostris posita est columna palmata statua
superfixa librarum argenti mille quingentarum. ille, uelut 6
futurorum memor, gentes Flauias, quae *Vespasiani* et Titi,
nolo autem dicere Domitiani fuerant, propagauit. ille
bellum Gothicum breui tempore inpleuit. adulator igitur 7
senatus, adulator populus R., adulatrices exterae gentes,
adulatrices prouinciae, si quidem omnes ordines, omnis
aetas, omnis ciuitas statuis, uexillis, coronis, fanis, arcu-
bus bonum principem aris ac templis honorauerit.

Interest et eorum, qui bonos imitantur principes, et 4
totius orbis humani cognoscere, quae de illo uiro senatus
consulta sint condita, ut omnes iudicium publicae mentis
adnoscant: Nam cum esset nuntiatum VIIII kl. Aprilis 2
ipso in sacrario Matris sanguinis die Claudium imperato-
rem factum, neque cogi senatus sacrorum celebrandorum
causa posset, sumptis togis itum est ad Apollinis tem-
plum, ac lectis litteris Claudii principis haec in Claudium
dicta sunt: 'Auguste Claudi, di te praestent.' dictum 3
sexagies. 'Claudi Auguste, *te* principem aut qualis tu es,
semper optauimus.' dictum quadragies. 'Claudi Auguste,

1 tm̄ *B* tantum *P* 5 ubi *C* expresso *S* et etiam nunc u. expressus a thorace *Maduig p. 646* 8 illo *B* 10 argentearum *BPM* ille *BP*[1] mille *P*[3] 11 flauiasque *BP* Vespasiani *add. Egnat.* 12 domiciani *P* 13 adulato *BP*[1] (*corr. P*[3]) 15 prouintiae *P* 16 coronis] columnis *Kellerbauer p. 644* 17 honorauerunt *M* 19 humani interest *M* 20 puplicae *P* 22 ipse *BP* 25 daudii *P*[1] 26 claudii *BP* (*per totum caput*) dii *B*[2]*M* 27 te *om. BPM addidi post* Auguste; *uolg. add. post* principem aut] talem *Kellerbauer p. 644*

te res p. requirebat.' dictum quadragies. 'Claudi Auguste,
tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu uere
4 princeps.' dictum octogies. 'Claudi Auguste, tu nos ab
Aureolo uindica.' dictum quinquies. 'Claudi Auguste, tu
nos a Palmyrenis uindica.' dictum quinquies. 'Claudi
Auguste, tu nos a Zenobia et a Vitruuia libera.' dictum
septies. 'Claudi Auguste, Tetricus nihil faciet.' dictum
septies.

5 Qui primum, ut factus est imperator, Aureolum, qui
grauior rei p. fuerat, quod Gallieno multum placebat, con-
flictu habito a rei p. gubernaculis depulit tyrannumque
missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum oratio-
2 nibus iudicauit his accedit quod rogantem Aureolum et
foedus petentem imperator grauis et serius non audiuit,
responso tali repudiatum: 'Haec a Gallieno petenda fue-
3 rant; qui consentiret moribus, poterat et timere.' deni-
que iudicio suorum militum apud Mediolanium Aureolus
dignum exitum uita ac moribus suis habuit, et hunc ta-
men quidam historici laudare conati sunt, et ridicule qui-
4 dem. nam Gallus Antipater, ancilla honorum et histori-
corum dehonestamentum, principium de Aureolo habuit:
5 'Venimus ad imperatorem nominis sui.' magna uidelicet
uirtus ab auro nomen accipere. at ego scio saepius inter
gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen adpositum.
habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in
indice ludiorum.

6 Sed redeamus ad Claudium. nam, ut superius diximus
XXIII 13, 10. [triginta], illi Gothi, qui euaserant eo tempore, quo illos
Marcianus est persecutus, quosque Claudius emitti non

3 augustae *B* 4 aurȩolo *B* 6 uitruria *BP* Victoria *M em. Gr.* 7 fecit *BP* fuit *M* faciet *Petschenig p. 59* 13 arrogantem P^3 *M* 14 potentem *B*P^1 seuerus *M* 16 *interpunctio est Petschenigi p. 21* 17 suorum *om. M* mediolanium *B*P^1 18 uitae *BPM em. Maduig p. 646* 19 quidam *BP* 21 principum *BPM* 22 nomini *B* magna eius *M* 23 acciperet *BPM* 24 propugnantoribus B^1 pugnatoribus *M* 25 nomine *BPM* 26 ludorum *M* 28 triginta *del. Gr.* 29 macrianus *BPM em. C*

siuerat, ne id fieret, quod effectum est, omnes gentes suo-
rum ad Romanas incitauerunt praedas. denique Scytha- 2
rum diuersi populi, Peuci, Grutungi Austrogoti, Teruingi
Visi, Gipedes, Celtae etiam et Eruli, praedae cupiditate in
Romanum solum inruperunt atque illic pleraque uasta-
runt, dum aliis occupatus est Claudius dumque se ad id
bellum, quod confecit, imperatorie instruit, ut uideantur
fata Romana boni principis occupatione lentata. sed 3
credo, ut Claudii gloria adcresceret, eiusque fieret glo-
riosior toto penitus orbe uictoria. armatorum denique 4
gentium trecenta uiginti milia tunc fuere. dicat nunc, 5
qui nos adulationis accussat, Claudium minus esse ama-
bilem. armatorum trecenta uiginti millia: quis tandem
Xerxes hoc habuit? quae fabella istum numerum adfinxit?
quis poeta conposuit? trecenta uiginti milia armatorum
fuerunt. adde seruos, adde familias, adde carraginem et 6
epotata flumina consumptasque siluas, laborasse denique
terram ipsam, quae tantum barbarici tumoris excepit.

Extat ipsius epistola missa ad senatum legenda ad po- 7
pulum, qua indicat de numero barbarorum, quae talis est:

'Senatui populoque Romano Claudius princeps.' (hanc 2
autem ipse dictasse perhibetur, ego uerba magistri me-
moriae non requiro.) 'P. c., mirantes audite quod uerum 3
est. trecenta uiginti milia barbarorum in Romanum so-
lum armati uenerunt: haec si uicero, uos uicem reddite
meritis; si non uicero, scitote me post Gallienum uelle

1 quid *BPM* id *scripsi* 2 incittiuerint B^1 incitauerint B^3*PM* 3 trutungi *BPM* Grutungi *S* (*Müllenhoff in Haupti diar. antiq. Germ. VIIII p. 134*) Greuthungi *Wietersheim, Gesch. d. Völkerw. III p. 454* austorgoti *BPM* uirtinguisigypedes *BPM* Teruingi *Wietersheim l. s.* Visi *Müllenhoff*, Gipedes *C* 4 Celtae etiam *corrupta habet Müllenhoff* 5 in rep. uenerunt *BP* et rep. uenerunt *M* inruperunt *scripsi* 10 armatarum *M* 11 gentium *del. Kellerbauer p. 644* 12 accusat *P* admirabilem *misc. obseru. IIII p. 244 Oberdick p. 744* 14 Xerxes *del. Kellerbauer p. 645* 17 epota *M* 23 militantes *BPM em. Obr.* dignantes *Kellerbauer p. 645* inuigilantes *Vnger p. 509*

Digitized by Google

4 pugnare. fatigata est tota res p. pugnamus post Valeria-
num, post Ingenuum, post Regilianum, post Lollianum,
post Postumum, post Celsum, post mille alios, qui con-
5 temptu Gallieni principis a re p. defecerunt. non scuta,
non spathae, non pila iam supersunt. Gallias et Hispanias,
uires rei p., Tetricus tenet, et omnes sagittarios, quod
pudet dicere, Zenobia possidet. quidquid fecerimus, satis
grande est.'

6 Hos igitur Claudius ingenita illa uirtute superauit,
hos breui tempore adtriuit, de his uix aliquos ad patrium
solum redire permisit. rogo, quantum pretium est cly-
peus in curia tantae uictoriae? quantum una aurea sta-
7 tua? dicit Ennius de Scipione: 'Quantam statuam faciet
populus R., quantam columnam, quae res tuas gestas lo-
8 quatur?' possumus dicere Flauium Claudium, unicum
in terris principem, non columnis, non statuis sed famae
uiribus adiuuari.

8 Habuerunt praeterea duo milia nauium, duplicem
scilicet numerum quam illum, quo tota pariter Graecia
omnisque Thessalia urbes Asiae quondam expugnare co-
nata est. sed illud poeticus stilus fingit, hoc uera continet
2 historia. Claudio igitur scriptores adulamur, qui duo
milia nauium barbararum et trecenta uiginti milia arma-
torum deleuit, oppressit, adtriuit, qui carraginem tantam,
quantam numerus hic armatorum sibimet aptare potuit
et parare, nunc incendi fecit, nunc cum omnibus familiis

1 pugnauimus *M* 4 alio *BPM* Gallieni *Egn.* inualidi *Petschenig p. 33* 7 zenouia *BP*[1] 10 patriam *BP*[1] (*corr. P*[3]) 11 precium *BP* 12 una *del. Kellerbauer p. 645* 13 Ennius *ap. Vahlen. p. 156* (*Satur. fr. u. 16 et 17*); *Lachmannus in comment. Lucretiano p. 206 hos uersus ita restituit:* Quam tantam statuam statuet populus Romanus ‖ Quamue columnam, quae te res gestasque loquatur? (quae teque et tua gesta loq. *Vahlen in ceteris Lachmannum secutus*); *Röper de Q. Ennii Scipione p. 29:* Quantam statuam statuet populus ‖ quamue columnam ‖ quae te et tua gesta loquatur? 16 non concol. *B*[1] 19 qua *BPM* quot eta *BP*[1] 22 adulamus *P t. Iord.* 23 uiginta *B*[1] 26 incendia fecit *BPM* incendefecit *Gr.*

Digitized by Google

Romano seruitio deputauit, ut docetur eiusdem epistola, 3
quam ad Iunium Brocchum scripsit Illyricum tuentem:
'Claudius Broccho. Deleuimus trecenta uiginti milia 4
Gothorum, duo milia nauium mersimus. tecta sunt flu- 5
mina scutis, spatis et lanceolis omnia litora operiuntur.
campi ossibus latent tecti, nullum iter purum est, ingens
carrago deserta est. tantum mulierum cepimus, ut binas 6
et ternas mulieres uictor sibi miles possit adiungere.'
Et utinam Gallienum non esset passa res p.! utinam 9
sescentos tyrannos non pertulisset! saluis militibus, quos
uaria proelia sustulerunt, saluis legionibus, quas Gallienus
male uictor occidit, quantum esset additum rei p.! si qui- 2
dem nunc uerba naufragii publici colligit nostra diligentia
ad Romanae rei p. .... pugnatum est enim apud Moe- 3
sos, et multa proelia fuerunt apud Marcianopolim. multi 4
naufragio perierunt, plerique capti reges, captae diuer-
sarum gentium nobiles feminae, inpletae barbaris seruis
Scythicisque cultoribus Romanae prouinciae. factus limi-
tis barbari colonus e Gotho. nec ulla fuit regio, quae 5
Gothum seruum triumphali quodam seruitio non haberet.
quid boum barbarorum nostri uidere maiores? quid 6
ouium? quid equarum, quas fama nobilitat, Celticarum?
hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius et secu-
ritate rem p. et opulentiae nimietate donauit. pugnatum 7
praeterea est apud Byzantios, ipsis, qui superfuerant, By-
zantinis fortiter facientibus. pugnatum apud Thessalo- 8
nicenses, quos Claudio absente obsederant barbari. pu- 9

6 tecti] ossibus B^1 est *in B s. l.* 7 cartago B^2 8 si BP^1 (*corr.* P^3) 10 sescensos B^1 13 uerba] reliqua *C* (*Kellerbauer p. 645*) rudera *Bährens N. Jen. Literaturz. I p. 48* uulnera — colligat [*sic Reg. et cod. Put.*] — ad ruborem rei p. *Vnger p. 509* reliquias — uestra [*sic Reg.*] dil. *Maduig p. 646* nuncfragii B^1 14 *post* rei p. *lacunam indicaui* ac Rom. reip. *S* decus *add. uolg.* enum B^1 messos *B* 18 senibusque *BPM em. Closs.* miles *BPM* limitis *scripsi* 19 barbarus et colonus et *M* 21 bonum BP^1 (*ut uid.*) 25 superius fuerant *BP* bizantiis *M* 26 thessolonicenses *BP*

Digitized by Google

gnatum in diuersis regionibus, et ubique auspiciis Claudianis uicti sunt Gothi, prorsus ut iam tunc Constantio Caesari nepoti futuro uideretur Claudius securam parare rem p.

10 ⟨Et bene uenit in mentem, exprimenda est sors, quae Claudio data esse perhibetur Commagenis, ut intellegant omnes genus Claudii ad felicitatem rei p. diuinitus constitutum. 2 nam cum consuleret factus imperator, quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit:

3 'Tu, qui nunc patrias gubernas oras
et mundum regis, arbiter deorum,
tu *uinces* ueteres tuis nouellis;
regnabunt etenim *tui* minores
et reges facient suos minores.'

4 item cum in Appennino de se consuleret, responsum huius modi accepit:

Verg. Aen. I 265 'Tertia dum Latio regnantem uiderit aestas.'

5 item cum de posteris suis:

Verg. Aen. I 278 'His ego nec metas rerum nec tempora ponam.'

6 item cum de fratre Quintillo, quem consortem habere uolebat imperii, responsum est:

Verg. Aen. VI 869 'Ostendent terris hunc tantum fata.'

7 quae idcirco posui ut sit omnibus clarum Constantium diuini generis uirum, sanctissimum Caesarem et Augustae ipsum familiae esse et Augustos multos de se daturum, saluis Diocletiano et Maximiano Augustis et eius fratre Galerio.⟩

11 Sed dum haec a diuo Claudio aguntur, Palmyreni du-

5 *An* En bene? 6 commagnis *B P* cum magis *M em. Gr.* Comi *Mommsen* carmine magnae matris *Rösinger p. 10* a Cumanis *Kellerbauer p. 645* 12 in *B P M* tu uinces *S* tuis *om. P* nobellis *B* P^1 regnis inueteres tuis nouellis *Mommsen* inueteres ueteres *Peiper p. 524* 13 eteniminores *B* P^1 etenim minores P^3 *M* 15 idem *S* Aponino *S* 18 item d B^1 19 ne *B P* pono *M Verg. l. s.* 20 quintilio *B P* Quintillio *M*

Digitized by Google

cibus Saba et Timagene contra Aegyptios bellum sumunt
atque ab his Aegyptia peruicacia et indefessa pugnandi
continuatione uincuntur. dux tamen Aegyptiorum Pro- 2
batus Timagenis insidiis interemptus est. Aegyptii uero
omnes se Romano imperatori dederunt in absentis Claudii
uerba iurantes.

Atticiano et Orfito conss. auspicia Claudiana fauor di- 3 a. 1023/270
uinus adiuuit. nam cum se Haemimontum multitudo bar-
bararum gentium, quae superfuerant, contulisset, illic ita
fame ac pestilentia laborauit, ut iam Claudius dedignare-
tur et uincere. denique finitum est asperrimum bellum, 4
terroresque Romani nominis sunt depulsi. Vera dici fides 5
cogit, simul ut sciant i, qui adulatores nos aestimari cu-
piunt id, quod historia dici postulat, non tacere: eo tem- 6
pore, quo parta est plena uictoria, plerique milites Clau-
dii secundis rebus elati, quae sapientium quoque animos
fatigant, ita in praedam uersi sunt, ut non cogitarent a
paucissimis se posse fatigari, dum occupati animo atque
corporibus auertendis praedis inseruiunt. denique in ipsa 7
uictoria prope duo milia militum a paucis barbaris et is,
qui fugerant, interempti sunt. sed ubi hoc comperit 8
Claudius, omnes, qui rebelles animos extulerant, conducto
exercitu rapit atque in uincla Romam etiam mittit ludo
publico deputandos. ita id, quod uel fortuna uel miles
egerat, uirtute boni principis antiquatum est. nec sola
de hoste uictoria sed etiam uindicta praesumpta est. In 9
quo bello, quod .... gestum est, equitum Dalmatarum

1 Sabba *M* Sabda *S* Zabda *Oberdick p. 744* timogene *BPM em. Gr.* 4 imaginis *BP* Timogenis *M em. Gr.* 7 Atticiano] Antiochiano *in fastis* 8 hemimontum BP^2 emimontum P^1 in Hemim. *M* 13 hi *BPM* non B^1 nos *in marg.* B^2 14 postolat B^1P^1 15 cladii *B* 16 annos B^1 *corr.* B^3 19 auertendiis *B* praesidiis *BPM* 20 his *BPM* 21 interempta B^1 23 misit *post* uincla *add.* B^3 conicit *add. Richter p. 28* 25 egerant B^1 atiquantum B^1 atiquatum B^2P 26 uidicta B^1 27 *nisi omnino delenda sunt uu.* quod gestum est, *post* quod *intercidisse uidetur:* cum Gothis almatarum BP^1

Digitized by Google

ingens extitit uirtus, quod originem ex ea prouincia Clau-
dius uidebatur ostendere, quamuis alii Dardanum et ab
Ilo Troianorum *rege* atque ab ipso Dardano sanguinem
12 dicerent trahere. Fuerunt per ea tempora et apud Cre-
tam Scythae et Cyprum uastare temptarunt, sed ubique
morbo atque *fame* exercitu laborante superati sunt.
2 Finito sane bello Gothico grauissimus morbus incre-
bruit, tunc cum etiam Claudius adfectus morbo mortalis
3 reliquid et familiare uirtutibus suis petit caelum. quo ad
deos atque ad sidera demigrante Quintillus frater eius-
dem, uir sanctus et sui fratris, ut uere dixerim, frater,
delatum sibi omnium iudicio suscepit imperium, non he-
reditarium sed merito uirtutum, qui factus esset impera-
4 tor, etiamsi frater Claudii principis non fuisset. Sub hoc
barbari, qui superfuerant, Anchialon uastare conati sunt,
Nicopolin etiam optinere. sed illi prouincialium uirtute
5 obtriti sunt. Quintillus autem ob breuitatem temporis
nihil dignum imperio gerere potuit, nam septima decima
die, quod se grauem et serium contra milites ostenderat
ac uerum principem pollicebatur, eo genere, quo Galba,
6 quo Pertinax interemptus est. et Dexippus quidem Quin-
tillum non dicit occisum, sed tantum mortuum. nec ta-
men addit morbo, ut dubium sentire uideatur.
13 Quoniam res bellicas diximus, de Claudii genere et
familia saltim pauca dicenda sunt, ne ea, quae scienda
2 sunt, praeterisse uideamur: Claudius Quintillus et Crispus
fratres fuerunt. Crispi filia Claudia; ex ea et Eutropio,
nobilissimo gentis Dardanae uiro, Constantius Caesar est
3 genitus. fuerunt etiam sorores, quarum una, Constantina

3 illo *BPM em. S* traianorum BP^1 rege *add. S* 5 ubique] utique *Mommsen* 6 atque *om. M* utique *Petschenig p. 59, at cf. Zosim. I 46* fame *add. S* 7 increbuit B^1 8 mortales B^2P^2 10 quintillius P^1M 11 ut dixerim, uere fr. *Kellerbauer p. 645* 12 hereditarum B^1 15 ancialo *BP(M)* Anchialon *Kellerbauer p. 645* 17 breuitñ B^1 breuetñ B^3 21 claudium *BPM* Quintillum *corr. S* 25 nec B^1P 27 familia *BPM* ex familia P^3M 28 uero *BPM* 29 constrntina P^1

nomine, nupta tribuno Assyriorum, in primis annis de-
fecit. de auis nobis parum cognitum. uaria enim plerique 4
prodiderunt. Ipse Claudius insignis morum grauitate, in- 5
signis uita singulari et unica castimonia, uini parcus, ad
cibum promptus, statura procerus, oculis ardentibus, lato
et pleno uultu, digitis usque adeo fortibus, ut saepe equis
et mulis ictu pugni dentes excusserit. fecerat hoc etiam 6
adulescens in militia, cum ludicro Martiali in campo
luctamen inter fortissimos quosque monstraretur. nam 7
iratus ei, qui non balteum sed genitalia sibi contorserat,
omnes dentes uno pugno excussit, quaerens indulgentiam
pudoris uindictae. si quidem tunc Decius imperator, quo 8
praesente fuerat perpetratum, et uirtutem et uerecundiam
Claudii publice praedicauit donatumque armillis et tor-
quibus a militum congressu facessere praecepit, ne quid
atrocius, quam luctamen exigit, faceret. Ipsi Claudio liberi 9
nulli fuerunt, Quintillus duos reliquid, Crispus, ut dixi-
mus, filiam.

Nunc ad iudicia principum ueniamus, quae *de* illo 14
a diuersis edita sunt, et eatenus quidem ut appareret
quandocumque Claudium imperatorem futurum.

Epistola Valeriani ad Zosimionem, procuratorem Sy- 2
riae:

'Claudium, Illyricianae gentis uirum, tribunum Mar-
tiae quintae legioni fortissimae dedimus, uirum deuotissi-
mis quibusque ac fortissimis ueterum praeferendum. huic 3
salarium de nostro priuato aerario dabis annuos frumenti
modios tria milia, hordei sex milia, laridi libras duo mi-
lia, uini ueteris sextarios tria milia quingentos, olei boni
sextarios centum quinquaginta, olei secundi sextarios

3 insigni u. P^1 5 staturae P^1 8 ludricro P^1 9 monstraret *BPM* monstraretur *scripsi* 10 uitalia P^1 11 quaeres *PM* indulgentiam meruit *M* 12 pudore *BPM em. Haupt op. III p. 424* que P^1 13 fuerat fuerat P^1 uirtutim B^1 15 congressus *B* cepit P^1 17 quintillos BP^1 19 de *om. BPM* 20 edicta *BP* appararet P^1 24 illiricianae *BP* 25 quintiae P^1

Digitized by Google

sescentos, salis modios uiginti, cerae pondo centum quin-
quaginta, feni, paleae, aceti, holeris, herbarum quantum
satis est, pellium tentoriarum decurias triginta, mulos
annuos sex, equos annuos tres, camelas annuas decem,
mulas annuas nouem, argenti in opere annua pondo quin-
quaginta, Philippeos nostri uultus annuos centum quinqua-
ginta et in strenis quadraginta septem et trientes centum
4 sexaginta. [item in cauco scyfo pondo undecim] item in
5 cauco et scyfo et zuma pondo undecim. tunicas russas
militares . . . annuas, sagoclamydes annuas duas, fibulas
argenteas inauratas duas, fibulam auream cum acu Cyprea
unam. balteum argenteum inauratum unum, anulum bi-
gemmem unum uncialem, brachialem unam unciarum
septem, torquem libralem unum, cassidem inauratam
unam, scuta chrysografata duo, loricam unam, quam re-
6 fundat. lanceas Herculianas duas, aclydes duas, falces
7 duas, falces fenarias quattuor. cocum, quem refundat,
8 unum, mulionem, quem refundat, unum. mulieres spe-
ciosas ex captiuis duas. albam subsericam unam cum pur-
pura Girbitana, subarmalem unum cum purpura Maura.
9 notarium, quem refundat, unum, structorem, quem refun-
10 dat, unum. accubitalium Cypriorum paria duo, interulas
puras duas, togam, quam refundat, unam, latum clauum,
11 quem refundat, unum. uenatores, qui obsequantur, duo,
carpentarium unum, curam praetorii unum, aquarium
12 unum, piscatorem unum, dulciarium unum. ligni coti-
diani pondo mille, si est copia, sin minus, quantum fue-

1 pondio B^1 2 foeni B palete B^1 horeris P^1 (*ut uid.*) 5 dnouem B^1 6 filippeos BP 8 item — undecim *del.* C et *uolg. add. ante* scyfo scyso B 9 caucos BPM russeas B^2 10 *numerum intercidisse cognouit* C fabulas B^1 11 auratas P^1 fabulam B^1 acum cypream B^1P^1M 12 argentum auratum P^1 bigemmeum B^1P^2M bigemmeunum B^2P^1 *em.* S 13 brachiale unum C (unum M) 14 auratam P^1 15 crysograuata B^1 crysograstata B^2 crysografata P 19 subrericam B^1 20 gubitana M 22 iterulas B 23 *post* duas *add. uolg.* fascias uiriles duas 24 quam B

Digitized by Google

rit et ubi fuerit; coctilium cotidiana uatilla quattuor.
balneatorem unum et ad balneas ligna, sin minus, laue- 13
tur in publico. iam cetera, quae propter minutias suas 14
scribi nequeunt, pro moderatione praestabis, sed ita ut
nihil adaeret, et si alicubi aliquid defuerit, non praeste-
tur nec in nummo exigatur. haec autem omnia idcirco 15
specialiter non quasi tribuno sed quasi duci detuli, quia
uir talis est, ut ei plura etiam deferenda sint.'

Item ex epistola eiusdem alia inter cetera ad Abla- 15
uium Murenam praef. praetori: 'Desine autem conqueri,
quod adhuc Claudius est tribunus nec exercitus ducendos
accipit, unde etiam senatum et populum conqueri iacta-
bas. dux factus est et dux totius Illyrici. habet in po- 2
testatem Thracios, Moesos, Dalmatas, Pannonios, Dacos
exercitus. uir ille summus nostro quoque iudicio speret 3
consulatum et, si eius animo commodum est, quando uo-
luerit, accipiat praetorianam [accipiat] praefecturam. sane 4
scias tantum ei a nobis decretum salarii, quantum habet
Aegypti praefectura, tantum uestium, quantum procon-
sulatui Africano detulimus, tantum argenti, quantum acci-
pit curator Illyrici †metlarius, tantum ministeriorum, quan-
tum nos ipsi nobis per singulas quasque decernimus ciui-
tates, ut intellegant omnes, quae sit nostra de uiro tali
sententia.'

Item epistola Decii de eodem Claudio. 16

'Decius Messalae praesidi Achaiae salutem.' Inter ce-
tera: 'Tribunum uero nostrum Claudium, optimum iu-
uenem, fortissimum militem, constantissimum ciuem, castris,

1 batilla *BPM em. S* 2 labetur *BPM* 5 aderet *BP* adderetur *M em. Gr.* 11 ducem loco *BPM* ducendi locum *Gr.* exercitum ducis loco *Mommsen* ducendos *C* ducendos accepit *Kellerbauer p. 645* 14 tyhacias B^1 thracias B^2 trhacias *P* Thracios *scripsi* mysos *BPM em. S* 16 est *BP om. M* et *em. S* 17 accipiat *del. S* 21 Medarius *M* Metiarius *Gr.* Metianus *S* metallarius *Mommsen* 22 singulis *B* 23 sint B^1P 26 messae B^1 *in P* al *in ras.* 27 uero — militem *om. M*

Digitized by Google

senatui et rei p. necessarium, in Thermopylas ire prae-
cepimus mandata eidem cura Peloponnensium, scientes
neminem melius omnia, quae iniungimus, esse curaturum.
2 huic ex regione Dardanica dabis milites ducentos, ex
catafractariis centum, ex equitibus sexaginta, ex sagittariis
3 Creticis sexaginta, ex tyronibus bene armatos mille. nam
bene illi noui creduntur exercitus, neque enim illo quis-
quam deuotior, fortior, grauior inuenitur.'

17 Item epistola Gallieni, cum nuntiatum esset per fru-
mentarios Claudium irasci, quod ille mollius uiueret:
2 'Nihil me grauius accepit, quam quod notaria tua intima-
sti Claudium, parentem amicumque nostrum, insinuatis
3 sibi falsis plerisque grauiter irasci. quaeso igitur, mi Ve-
nuste, si mihi fidem exhibes, ut eum facias a Grato et
Herenniano placari, nescientibus hoc militibus Daciscia-
4 nis, qui iam saeuiunt, ne grauiter rem ferant. ipse ad
eum dona misi, quae ut libenter accipiat, tu facies. cu-
randum praeterea est, ne me hoc scire intellegat ac sibi
suscensere iudicet et pro necessitate ultimum consilium
5 capiat. misi autem ad eum pateras gemmatas trilibres
duas, scyphos aureos gemmatos trilibres duos, discum
corymbiatum argenteum librarum uiginti, lancem argen-
team pampinatam librarum triginta, patenam argenteam
hederaciam librarum uiginti et trium, boletar alieuticum
argenteum librarum uiginti, urceos duos auro inclusos,
argenteos librarum sex et in uasis minoribus argenti li-
bras uiginti quinque, calices Aegyptios operisque diuersi

1 rep̃ *BP* thermopilas *BP* praecipimus *BP* 3 curuturum B^1 4 Dardania *M* 5 et sag. *B* 6 armatis B^2 11 nihil me hercule gr. accepi *Klein p. 287* affecit *Cornelissen p. 256* notoria *M* 14 m *suprascr.* ı B^1 *ut uid.* mihi B^2 15 heremniano *BP* 16 reserum *BP* referentur *M* res erumpant *S* rem ferant *Petschenig p. 27* 17 curantum B^1P^1 cura tantum B^3 18 pterea *B* est] *om.* *B* es P^1 *c.* P^3 ac uisus cens. *BPM* 20 auratas *post* pateras *inserit Kellerbauer p. 645* 24 uoletar *BP* uoletara *M* ieuticum B^1 toreuticum *Mommsen* 25 argenteam *BP* (*t. Iord.*) urce////os *P* aureo B^1

Digitized by Google

decem, clamydes ueri luminis limbatas duas, uestes diuer- 6
sas sedecim, albam subsericam, paragaudem triuncem
unam, zancas de nostris Parthicas paria tria, singiliones
Dalmatenses decem, clamydem Dardanicam mantuelem
unam, paenulam Illyricianam unam, bardocucullum unum,
cucutia uillosa duo, oraria Sarabdena quattuor, aureos 7
Valerianos centum quinquaginta, trientes Saloninianos
trecentos.'

Habuit et senatus iudicia, priusquam ad imperium 18
perueniret, ingentia. nam cum esset nuntiatum illum
cum Marciano fortiter contra gentes in Illyrico dimicasse,
adclamauit senatus: 'Claudi, dux fortissime, haueas! uir- 2
tutibus tuis, deuotioni tuae! Claudio statuam omnes dica-
mus. Claudium consulem omnes cupimus. qui amat rem 3
p., sic agit, qui amat principes, sic agit, antiqui milites
sic egerunt. felicem te, Claudi, iudicio principum, feli-
cem te uirtutibus tuis, consulem te, praefectum te. uiuas
Aureli et ameris a principe.' Longum est tam multa, 4
quam meruit uir ille, perscribere; unum tamen tacere
non debeo, quod illum et senatus *et* populus et ante im-
perium et in imperio et post imperium sic dilexit, ut
satis constet neque Traianum neque Antoninos neque
quemquam alium principem sic amatum.

1 clamides B^1 uero B^1 lymbatas *BP* 2 decim B^1 sedecim B^2 3 notris particas P^1 11 macriano BP^1M 12 habeas *BPM* 17 uicias *BP* ualariae *B* ualeriae *P(M)* *em. C* 20 et *ante* pop. *om. BP* et *ante* ante *om. M* 23 explicit. treuelli. pollionis. diuus. claudius. *BP*

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

DIVVS AVRELIANVS

1 **Hilaribus**, quibus omnia festa et fieri debere scimus
et dici, impletis sollemnibus uehiculo suo me et iudiciali
carpento praef. urbis, uir inlustris ac praefata reuerentia
2 nominandus, Iunius Tiberianus accepit. ibi cum animus
a causis atque a negotiis publicis solutus ac liber uacaret,
sermonem multum a Palatio usque ad hortos Varianos
3 instituit et in eo praecipue de uita principum. cumque
ad templum Solis uenissemus ab Aureliano principe con-
secratum, quod ipse non nihilum ex eius origine sangui-
nem duceret, quaesiuit a me, quis uitam eius in litteras
4 rettulisset. cui cum ego respondissem neminem a me
Latinorum, Graecorum aliquos lectitatos, dolorem inge-
5 miscens uir sanctus per haec uerba profundit: 'Ergo
Thersitem, Sinonem ceteraque illa prodigia uetustatis et
nos bene scimus et posteri frequentabunt: diuum Aure-
lianum, clarissimum principem, seuerissimum imperato-
rem, per quem totus Romano nomini orbis est restitutus,
6 posteri nescient? deus auertat hanc amentiam. et tamen,
si bene noui, ephemeridas illius uiri scriptas habemus,

1 incipit flaui uopisci syracusii diuus aurelianus *BPM* ad constantinum aug. *add.* P^3 4 sollempnibus *B* 9 et eum praec. *S* 11 sanguine originem *Cornelissen p. 257* 13 ergo cum *M* 14 gemitus sui *BPM* ingemiscens *scripsi*, *forsitan etiam* gemitu is uir s.; ardorem gemitus sui *Oberdick p. 9*, dolorem in gemitus u. *Bährens p. 660* 15 profudit P^2 16 thersinomem B^1 thersiten sinomen B^2P *t. Iord.* 17 posteris *B* requentabunt B^1

Digitized by Google

etiam bella charactere historico digesta, quae uelim acci-
pias et per ordinem scribas, additis quae ad uitam perti-
nent. quae omnia ex libris linteis, in quibus ipse coti- 7
diana sua scribi praeceperat, pro tua sedulitate condisces.
curabo autem, ut tibi ex Vlpia bibliotheca et libri lintei
proferantur. tu uelim Aurelianum ita ut est, quatenus 8
potes, in litteras mittas.' Parui Tiberiani praeceptis, 9
accepi libros Graecos et omnia mihi necessaria in ma-
num sumpsi, ex quibus ea, quae digna erant memoratu,
in unum libellum contuli. tu uelim meo muneri boni 10
consulas et, si hoc contentus non fueris, lectites Grae-
cos, linteos etiam libros requiras, quos Vlpia tibi biblio-
theca, cum uolueris, ministrabit.

Et quoniam sermo nobis de Trebellio Pollione, qui a 2
duobus Philippis usque ad diuum Claudium et eius fra-
trem Quintillum imperatores tam claros quam obscuros
memoriae prodidit, in eodem uehiculo fuit adserente Ti-
beriano, quod Pollio multa incuriose, multa breuiter pro-
didisset, me contra dicente neminem scriptorum, quan-
tum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum,
prodente quin etiam, in quo Liuius, in quo Sallustius, in
quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis
testibus conuincerentur, pedibus in sententiam transitum
faciens ac manum porrigens iocando: 'Propterea scribe', 2
inquit, 'ut libet. securus, quod uelis, dices, habiturus
mendaciorum comites, quos historicae eloquentiae mira-
mur auctores.'

Ac ne multa et friuola prooemiis odiosus intexam, 3

1 caractere *BP* 6 proferatur B^1 7 parrumipiane *BP* parum ipse qui nec *M* parui tiberiane *cod. Laurent.* parui Tiberiani *scripsi histor. crit. p. 13* parui plane praec. *Petschenig p. 60* 9 et *BPM* ea *scripsi* 10 munere *BPM* muneri *scripsi* meum munus *uolg.* 13 ministrauit B^1P^1 14 treuio *BP* q *B* (*i. e.* quia) 24 iocandam *BP* iocundam *M* iocundans *Obrecht; em. S* praeterea *BPM em. C* 26 mendatiorum *BP* 27 *post* auctores *ponit Oberdick p. 9 c. 1 § 9 et 10* 28 minuta *Cornelissen p. 257* fribola *BP* proemiis BP^2 premiis P^1 odiosis *uolg.* otiosis *Hertz p. 764*

Digitized by Google

diuus Aurelianus ortus, ut plures loquuntur, Sirmii fa-
2 milia obscuriore, ut nonnulli, Dacia ripensi. ego autem
legisse me memini auctorem, qui eum Moesia genitum
praedicaret. et euenit quidem, ut de eorum uirorum ge-
nitali solo nesciatur, qui humiliore loco et ipsi plerumque
solum genitale confingunt, ut dent posteritati de locorum
3 splendore fulgorem. nec tamen magnorum principum in
rebus summa sciendi est, ubi quisque sit genitus, sed
4 qualis in re p. fuerit. an Platonem magis commendat,
quod Atheniensis fuerit quam quod unicum sapientiae
5 munus inluxerit? aut eo minores inuenientur Aristoteles
Stagirites Eleatesque Zenon aut Anacharsis Scytha, quod
in minimis nati sunt uiculis, cum illos ad caelum omnis
4 philosophiae uirtus extulerit? Atque ut ad ordinem red-
eam, Aurelianus modicis ortus parentibus, a prima ae-
tate ingenio uiuacissimus, uiribus clarus, nullum umquam
diem praetermisit, quamuis festum, quamuis uacantem,
quo non se pilo et sagittis ceterisque armorum exerceret
2 officiis. Matrem quidem eius Callicrates Tyrius, Graeco-
rum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi Solis,
qui in uico eo, in quo habitabant parentes, ... fuisse
3 dicit. habuisse quin etiam nonnihilum diuinationis, adeo
ut aliquando marito suo iurgans ingesserit, cum eius et
stultitiam increparet et uilitatem: 'En imperatoris patrem.'
4 ex quo constat illam mulierem scisse fatalia. idem dicit
auspicia imperii Aureliano haec fuisse: primum pueri eius
peluem serpentem plerumque cinxisse neque umquam oc-
cidi potuisse, postremo ipsam matrem, quae hoc uiderat,
5 serpentem quasi familiarem occidere noluisse. his accedit

3 gentium B^1 4 corum B^1P^1 (*t. Iord.*) 5 humiliori *M* et ipsi] elapsi *Cornelissen p. 66* 7 ne BP^1 *corr.* P^3 uiribus *BPM* in rebus *scripsi* de magnorum pr. uiribus *Krauss p. 67* 10 athenienses BP^1 (*corr.* P^3) 11 an eo *M* inuenientur *om. M* aristotelis *B* 12 eliatisque *BP*(*M*) anacarsis *BPM* 16 uicissimus *BP* 19 calcitrates B^1 calicrates B^2 21 *post* parentes *aliquot uerba intercidisse uidentur, e. c.:* praecipue colebatur; *uolg.* qui *om.* 25 scisse] cesse B^1P^1 censisse B^3 27 pelbem *BP*

Digitized by Google

quod ex palliolo purpureo, quod Soli sui temporis impe-
rator optulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse
perhibetur. addit etiam illud, quod uinctum fasceola Au- 6
relianum aquila innoxie de cunis leuauerit et in aram
posuerit, quae iuxta sacellum forte sine ignibus erat. idem 7
auctor est uitulum matri eius natum mirae magnitudinis,
candidum sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in
latere uno 'aue imperator', in alio coronam. multa super- 5
flua in eodem legisse memini; quippe qui adseruerit etiam
rosas in eiusdem mulieris chorte nato Aureliano exisse
purpureas, odoris rosei, floris aurei. fuerunt et postea 2
multa omina iam militantis futuri, ut res monstrauit, im-
perii. nam ingrediente eo Antiochiam in uehiculo, quod 3
prae uulnere tunc equo sedere non posset, ita pallium
purpureum, quod in honore eius pansum fuerat, decidit,
ut umeros eius tegeret. et cum in equum transire uellet, 4
quia inuidiosum tunc erat uehiculis in ciuitate uti, equus
est ei imperatoris adplicitus, cui per festinationem inse-
dit. sed ubi comperit, semet ad suum transtulit. data est 5
ei praeterea, cum legatus ad Persas isset, patera, qualis
solet imperatoribus dari a rege Persarum, in qua insculp-
tus erat Sol eo habitu, quo colebatur ab eo templo, in
quo mater eius fuerat sacerdos. donatus eidem etiam ele- 6
fantus praecipuus, quem ille imperatori optulit, solusque
omnium priuatus Aurelianus elefanti dominus fuit.

Sed ut haec et talia omittamus, fuit decorus ac gratia 6
uiriliter speciosus, statura procerior; neruis ualidissimis,
uini et cibi paulo cupidior, libidinis rarae, seueritatis in-
mensae, disciplinae singularis, gladii exserendi cupidus.

3 fasceolum *B* P^1 fasceolo P^3 5 fortes neignibus *B* 6 auctores *B* P^1 t *adscr.* P^3 8 auetr *B P ante ras.* aue *P post ras.* aut *M* aue imperator *Kellerbauer p. 645* 9 adseuerit *BP* asseuerat *M em. Bährens p. 660* 10 orte B^2 curte P^3 exsisse *P* 12 militanti *uolg.* (*Bährens p. 660 Maduig p. 646*) 15 expansum P^3 *M* 19 transtuli *B* P^1 (*corr.* P^3) 21 imperatoris *BP* stulitus B^1 (*ut uid.*) instulitus P^1 *corr.* B^3 P^3 inscalptus *M* 26 hac gratia *BP* 27 uirili perspeciosus *Oberdick p. 9* neruor B^1 (*corr.* B^3) 29 singulis *BP*

2 nam cum essent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic et
alius, qui cum Valeriano captus est, huic signum exer-
citus adposuerat 'manu ad ferrum', ut si forte quaere-
retur, quis Aurelianus aliquid uel fecisset uel gessisset,
suggereretur 'Aurelianus manu ad ferrum' atque cogno-
sceretur.
3 Priuati huius multa extant egregia facinora. nam
erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis praesidia-
4 riis solus adtriuit. refert Theoclius, Caesareanorum tem-
porum scriptor, Aurelianum manu sua bello Sarmatico
una die quadraginta et octo interfecisse, plurimis autem
et diuersis diebus ultra nongentos quinquaginta, adeo ut
etiam ballistia pueri et saltatiunculas *in* Aurelianum tales
componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent:

5 'Mille mille mille decollauimus.
unus homo! mille decollauimus.
mille uiuat qui mille occidit.
tantum uini nemo habet, quantum fudit sanguinis.'

6 haec uideo esse perfriuola, sed quia supra scriptus auctor
ita eadem ut sunt Latina, suis scriptis inseruit, tacenda
7 esse non credidi. idem apud Mogontiacum tribunus legio-
nis sextae Gallicanae Francos inruentes, cum uagarentur
per totam Galliam, sic adflixit, ut trecentos ex his captos

2 est /// *P* 5 suggeretur *B* 7 priuatim *BPM* 9 adriuit B^1 refer P^1 (*corr.* P^3) Theo Chius *uel* Theoclytus *uel* Theocles *C* Caesarianus, eorum temp. *Maduig p. 646* 10 bello *om. B* 12 ulta P^1 nungentos *BP* ut *om. B* 13 ballistea *M* saltantiunculas B^1 in *om. BP* 14 componerent *add. Egnat. an* tales quibusdam diebus f.? 15 *quinquies exhibent* mille P^3*M, u. 16 ter.* 17 annos *adscripsit* B^3 bibat *Bücheler m. Rh. n. XIIII p. 433.* mille uiuat, unus qui m. o. *Peiper m. Rh. n. p. 525* ille mille uiuat qui *O. Ribbeck eod. l. Corssen Vokalismus II p. 414 hos uersus ita scribit:* Mílle, mille, míle, mille, míle decolláuimus. ‖ únus homo míle, mille, míle decolláuimus. ‖ míle, mille, míle, mille, uíuat, qui mille óccidit ‖ tántum uini némo habet, quántum fudit sánguinis. 18 habet] auebit *Peiper l. s.* habet nemo *M* 19 perfribola *BP* 21 montiacum *BP*(*M*) Mogontiacum *scripsi* 22 uagaretur B^1

Digitized by Google

septingentis interemptis sub corona uendiderit. unde ite- 2
rum de eo facta est cantilena:
'Mille Sarmatas, mille Francos semel et semel occidimus,
mille Persas quaerimus.'

Hic autem, ut supra *diximus,* militibus ita timori fuit, 3
ut sub eo, posteaquam semel cum ingenti seueritate ca-
strensia peccata correxit, nemo peccauerit. solus denique 4
omnium militem, qui adulterium cum hospitis uxore com-
miserat, ita puniuit, ut duarum arborum capita inflecteret,
ad pedes militis deligaret easdemque subito dimitteret, ut
scissus ille utrimque penderet. quae res ingentem timo-
rem omnibus fecit. Huius epistola militaris est ad uica- 5
rium suum data huius modi: 'Si uis tribunus esse, immo
si uis uiuere, manus militum contine. nemo pullum alie-
num rapiat, ouem nemo contingat. uuam nullus auferat,
segetem nemo deterat, oleum, salem, lignum nemo exigat,
annona sua contentus sit. de praeda hostis, non de lacri-
mis prouincialium uiuant. arma tersa sint, ferramenta 6
samiata, calciamenta fortia. uestis noua uestem ueterem
excludat. stipendium in balteo, non in popina habeat.
torquem, brachialem, anulum adponat. equum et sagma- 7
rium suum defricet, capitum animalis non uendat, mulum
centuriatum communiter curent. alter alteri quasi † in 8
nemo quasi seruus obsequatur, a medicis gratis curentur,
haruspicibus nihil dent, in hospitiis caste se agant, qui
litem fecerit, uapulet.'

2 de eo] deo B^1P *t. Iord.* 4 *Corssen l. s. p. 415 ita scribit:* mílle, mille, mílle, mille, mílle Persas quaérimus. *Oberdick p. 738:* Mille Francos, mille simul ‖ Sarmatas occidimus ‖ mille mille mille mille ‖ mille Persas quaerimus 5 diximus *om.* *BP* 8 omnem B^3 uxorem P^1 commisserat *B* 9 et *post* inflecteret *inserit* *S* (*Bährens p. 661*) 10 quas ad *M* 11 utrumque BP^1 15 ouum *Bücheler* 16 sale *M* 17 sit] sui B^1 18 habeant *BPM* uiuant *scripsi* tabeant *Bährens p. 661* 19 caltiamenta *P* 21 et anulum *M* et *om.* *M* 22 caprum *M* malum P^1 23 curet *M* quasi in nemo quasi *om.* *M* quasi miles, nemo quasi *Obr.* quasi in mimo quasi *Vnger p. 510* 25 hospiciis *BP*

Digitized by Google

8 Inueni nuper in Vlpia bibliotheca inter linteos libros
epistolam diui Valeriani de Aureliano principe scriptam.
ad uerbum, ut decebat, inserui.

2 'Valerianus Augustus Antonino Gallo consuli. Culpas
me familiaribus litteris, quod Postumo filium meum Gal-
lienum magis quam Aureliano commiserim, cum utique
seueriori et puer credendus fuerit et exercitus, nec tamen
id diutius iudicabis, si bene scieris, quantae sit Aureli-
3 anus seueritatis: nimius est, multus est, grauis est et ad
4 nostra iam non facit tempora. testor autem omnes me
etiam timuisse, ne quid etiam erga filium meum seuerius,
si quid ille fecisset, cum, ut est natura pronus ad ludi-
cra, leuius cogitaret.'

5 Haec epistula indicat, quantae fuerit seueritatis, ut
illum Valerianus etiam timuisse se dicat.

9 Eiusdem Valeriani alia est epistola, quae laudes illius
continet. quam ego ex scriniis praefecturae urbanae pro-
tuli. nam illi Romam uenienti salaria sui ordinis sunt de-
creta. exemplum epistulae:

2 'Valerianus Augustus Ceionio Albino praefecto urbi.
Vellemus quidem singulis quibusque deuotissimis rei p.
uiris multo maiora deferre compendia, quam eorum di-
gnitas postulat, maxime ubi honorem uita commendat
(debet enim quid praeter dignitatem pretium esse meri-
torum), sed facit rigor publicus, ut accipere de prouincia-
rum inlationibus ultra ordinis sui gradum nemo plus
3 possit. Aurelianum, fortissimum uirum, ad inspicienda et
ordinanda castra omnia destinauimus, cui tantum a nobis
atque ab omni re p. communi totius exercitus confessione
debetur, ut digna illo uix aliqua uel nimis magna sint
4 munera. quid enim in illo non clarum? quid non Cor-
uinis et Scipionibus conferendum? ille liberator Illyrici,

3 quam *ante* ad *add.* P^3M 6 aurelianum B^1 commisserim *B* 7 ne B^1PM tu *BPM* tamen *scripsi* 10 omnes deos *M* 11 ega B^1P^1 (*corr.* B^3P^3) seuerus P^1 15 se *om.* *B* 17 criniis B^1 29 reip. *BPM*

Digitized by Google

ille Galliarum restitutor, ille dux magni totus exempli.
et tamen nihil praeterea possum addere tanto uiro ad 5
muneris gratiam: *non* patitur sobrie et bene gerenda res p.
quare sinceritas tua, mi parens carissime, supra dicto 6
uiro adiciet, quamdiu Romae fuerit, panes militares mundos sedecim, panes militares castrenses quadraginta, uini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos, porcinae pondo triginta, bubulae pondo quadraginta, olei sextarium unum et item [olei sextarium unum] liquaminis sextarium unum, salis sextarium unum,
herbarum, holerum quantum sat est. sane quoniam ei 7
aliquid praecipue decernendum est, quamdiu Romae fuerit, pabula extra ordinem decernes, ipsi autem ad sumptus aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, aeris denarios centum. reliqua per praefectos aerarii praebebuntur.'

Friuola haec fortassis cuipiam et nimis leuia esse ui- 10
deantur, sed curiositas nihil recusat. habuit ergo multos 2
ducatus, plurimos tribunatus, uicarias ducum et tribunorum diuersis temporibus prope quadraginta, usque adeo ut etiam Vlpii Criniti, qui se de Traiani genere referebat, et fortissimi re uera uiri et Traiani simillimi, qui pictus est cum eodem Aureliano in templo Solis, quem Valerianus Caesaris loco habere instituerat, uicem sumeret, exercitum duceret, limites restitueret, praedam militibus daret, Thracias bubus, equis, mancipiis captiuis locupletaret,

1 totius *BPM* toti exercitui *Oberdick p. 9* toties *Cornelissen p. 66 et p. 257 Klein p. 288* totus *scripsi* 2 missum add. *B*[1] 3 non *addidi* sobria *BPM* haut patitur sobrie *Bährens p. 661* 4 kr̃me *B* 5 adficiet *BPM* adiciet *Gr. Maduig p. 647* 7 postenlum *B* 9 oleum *B* olei sextarium unum *unc. inclusi* olei secundi sext. unum *uolg.* 10 salis sextarium unum *om. B*[1] *add. B*[2] *ad marg.* 11 herbas *BPM* olerum *B cum* h *s. l. ante* o 12 praecipui *Bährens p. 661* 13 papula *BPM* 16 aerii *B*[1] 17 fribola *BP* 19 ducatos *B* tribunatus] ducatus *B*[1] tribunatos *P*[1] uarios *B* uacarios *P* uicarios *M* 25 duceret' *B* limite *BP* limitem *M em. S* 26 trachias *BP*

manubias in Palatio conlocaret, quingentos seruos, duo
milia uaccarum, equas mille, ouium decem millia caprea-
rum quindecim in priuatam uillam Valeriani congereret.
3 tunc enim Vlpius Crinitus publice apud Byzantium sedenti
Valeriano in thermis egit gratias, dicens magnum de se
iudicium habitum, quod eidem uicarium Aurelianum de-
disset. quare eum statuit adrogare.

11 Interest epistolas nosse de Aureliano scriptas et ipsam adrogationem.

Epistula Valeriani ad Aurelianum: 'Si esset alius, Au-
reliane iucundissime, qui Vlpii Criniti uicem posset im-
plere, tecum de eius uirtute ac sedulitate conferrem.
nunc tu, cum † requirere potuissem, suscipe bellum a parte
2 Nicopolis, ne nobis aegritudo Criniti obsit. fac, quicquid
potes. multa non dico: in tua erit potestate militiae
3 magisterium. habes sagittarios Ityraeos trecentos, Arme-
nios sescentos, Arabas centum quinquaginta, Saracenos
4 ducentos, Mesopotamenos auxiliares quadringentos; habes
legionem tertiam Felicem et equites catafractarios octin-
gentos. tecum erit Hariomundus, Haldagates, Hildomun-
5 dus, Cariouiscus. commeatus a praefectis necessarius in
6 omnibus castris est constitutus. tuum est pro uirtutibus
tuis atque sollertia illic hiemalia et aestiua disponere, ubi
tibi nihil deerit, quaerere praeterea, ubi carrago sit hostium, et uere scire, quanti qualesque sint, ut non in
uanum aut annona consumatur aut alia iaciantur, in qui-

1 manuuias BP^1 2 uacarum B^1 caprarum *M* 3 millam B^1 4 enim] cum *BPM* 5 gratiat B^1 7 quareum P^1 8 aureliano *M* 11 impere P^1 12 hunc *S* tecum *BPM* *lacunam post* potuissem *statuit scriptura codd. seruata C* conferre nec te requirere pot. *Maduig p. 647* nunc tu, cum requirere non potuissem, suscipe *Petschenig p. 60* 14 crinii *BP* 16 ityreos *BP*(*M*) 17 saraceno P^1 quadricentos *BP* 19 quites P^1 20 Hartomundus *uolg.* Haldegastes *M* Haldagastes *uolg.* Hildemundus *uolg.* 21 Hariuouiscus *Kellerbauer p. 645* praefectus *B* 25 in *om. M* cassum *add.* B^3 in uinum *BPM em. Maduig p. 647* in uanum uinum *Krauss p. 96* 26 consummatur *BP* tala B^1 taela B^3 talia *M em. S* iaciatur P^1

Digitized by Google

bus res bellica constituta est. ego de te tantum deo 7
fauente spero, quantum de Traiano, si uiueret, posset
sperare res p. neque enim minor est, in cuius locum
fidemque te legi. consulatum cum eodem Vlpio Crinito 8
in annum sequentem a die undecimo kal. Iuniarum in
locum Gallieni et Valeriani sperare te conuenit sumptu
publico. leuanda est enim paupertas eorum hominum, 9
qui diu in re p. uiuentes pauperes sunt et nullorum
magis.' His quoque litteris indicatur, quantus fuerit Au- 10
relianus a puero. neque enim quisquam aliquando ad
summam rerum peruenit, qui non a prima aetate gradibus uirtutis ascenderit.

Litterae de consulatu. 12

'Valerianus Augustus Aelio Xifidio praefecto aerarii.
Aureliano, cui consulatum detulimus ob paupertatem, qua
ille magnus est, ceteris maior, dabis ad editionem circensium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos
minutulos tria milia, in aere sestertium quinquagies, tunicas multicias uiriles decem, lineas Aegyptias uiginti, mantelia Cypria paria duo, tapetia Afra decem, stragula Maura
decem, porcos centum, oues centum. conuiuium autem 2
publicum edi iubebis senatoribus et equitibus Romanis,
hostias maiores duas, minores quattuor.'

Et quoniam etiam de adrogatione aliqua me dixeram 3
positurum, quae ad tantum principem pertinerent, quaeso,
ne odiosior uerbosiorue in ea re uidear, quam fidei causa 4
inserendam credidi ex libris Acholi, qui magister admissionum Valeriani principis fuit, libro actorum eius
nono:

4 uicemque *Cornelissen p. 257* delegi *BPM* 7 hominem $B^1 P^1$ 8 et nummorum inanes *Cornelissen p. 257*

10 et re uera *BPM* a puero *scripsi in Fleckeisen. ann. CXXVII p. 80* quantus audierit A. et re uera fuerit *Bährens p. 661* 15 paupartatem *B* 17 argenteo P^1 18 quinqugies P^1 20 tragula *BPM* 22 aequit *BP* et equit. *C* 24 dixerim *B* 26 odiosior] *uid. adn. ad c. 3,1* uerbosioreue ea *M* 27 acoli *BP* Acolii *M*

Digitized by Google

13 Cum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud
Byzantium, praesente exercitu, praesente etiam officio
1011 a. 258 Palatino, adsidentibus Memmio Tusco consule ordinario,
Baebio Macro praefecti praetorii, Quinto Ancario praeside
orientis, adsidentibus etiam a parte laeua Auulnio Sa-
turnino Scythici limitis duce et Murrentio Mauricio ad
Aegyptum destinato, Iulio Tryphone orientalis limitis duce
et Maecio Brundisino praefecto annonae orientis et Vlpio
Crinito duce Illyriciani limitis et Thracici et Fuluio Boio
2 duce Retici limitis Valerianus Augustus dixit: 'Gratias
tibi agit, Aureliane, res p., quod eam a Gothorum po-
testate liberasti. abundamus per te praeda, abundamus
gloria et is omnibus, quibus Romana felicitas crescit.
3 cape igitur tibi pro rebus gestis tuis coronas murales
quattuor, coronas uallares quinque, coronas nauales duas,
coronas ciuicas duas, hastas puras decem, uexilla bicolora
quattuor, tunicas russas ducales quattuor, pallia procon-
sularia duo, togam praetextam, tunicam palmatam, togam
4 pictam, subarmalem profundum, sellam eburatam. nam
te consulem hodie designo, scripturus ad senatum, ut tibi
deputet scipionem, deputet etiam fasces; haec enim im-
perator non solet dare, sed a senatu, quando fit consul,
14 accipere.' Post haec Valeriani dicta Aurelianus surrexit
atque ad manus accessit agens gratias militaribus uerbis,
quae propria et ipsa adponenda decreui. Aurelianus
2 dixit: 'Et ego, domine Valeriane, imperator Auguste,
ideo cuncta feci, ideo uulnera patienter excepi, ideo et
equos et coniuratos meos lassaui, ut mihi gratias ageret
3 res p. et conscientia mea. at tu plus fecisti. ago ergo

2 bizantium *P* 3 nemmio *BPM* fusco *BPM* Tusco *scripsi* 5 leua *BP* aluulmo *M* Amulio *Gr.* 6 Mauricio *om. M* 8 maeceo *BP(M)* Maecio *S* brudisino *B*[1] ulpicio *BP* 10 gratia *P*[1] 13 his *BPM* is *scripsi* 16 hasdas *B* 21 haec enim — accipere *uerba Vopisci habet C, glossema esse existumat Goell Philol. XIIII p. 596* 22 ad senatum *M* 24 militalibus *B* 27 accepi *B*[2] 28 equos] socios *Cornelissen p. 66* coniuratos] cantherios *uolg.* 29 ego *BPM*

Digitized by Google

gratias bonitati tuae et accipio consulatum, quem das. deus faciat et deus certus, ut et senatus de me sic iu-
dicet.' Agentibus igitur gratias omnibus circumstantibus 4
Vlpius Crinitus surrexit atque hac oratione usus est:
'Apud maiores nostros, Valeriane Auguste, quod et fami- 5
liae meae amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi uiri semper electi sunt, ut uel senescentes familias uel fetus matrimoniis iam cadu-
cos substitutae fecunditas prolis ornaret. hoc igitur, 6
quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando, quod Vlpius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino et ceteri deinceps proposita suggestione fecerunt, in adrogando Aureliano, quem mihi uicarium iudicii tui auctori-
tate fecisti, censui esse referendum. iube igitur, ut lege 7
agatur, sitque Aurelianus heres sacrorum nominis et bonorum totiusque iuris Vlpio Crinito iam consulari uiro,
ipse actutum te iudice consularis.' Longum est cuncta 15
pertexere. nam et actae sunt Crinito a Valeriano gratiae,
et adoptio, ut solebat, impleta. ⟨Memini me in quodam 2
libro Graeco legisse, quod tacendum esse non credidi, mandatum esse Crinito a Valeriano, ut Aurelianus adoptaretur, idcirco praecipue quod pauper esset; sed hoc in medio relinquendum puto.⟩

Et quoniam superius epistolam posui, qua sumptus 3
Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim, c. 11.
rem quasi friuolam, eloquendum putaui: uidimus proxime 4
consulatum Furii Placidi tanto ambitu in circo editum, ut non praemia dari aurigis sed patrimonia uiderentur, cum darentur tunicae subsericae, lineae paragaudae, darentur
etiam equi, ingemescentibus frugi hominibus. factum 5
est enim, ut iam diuitiarum sit, non hominum consulatus, quia utique, si uirtutibus defertur, editorem spoliare non

1 accipi *B*[1] 2 Sol *uolg. add. post* certus 3 gratias *om. P*[1] 6 meae antiquitus proprium *Cornelissen p. 257* 12 int̃adrogando *B*[1] interrogando *M* 14 repetendum *Petschenig p. 61* 26 fribolam *BP* eloquendam *BPM* 29 linea *B* 31 non honorum cons. qui utique *Bährens p. 661*

Digitized by Google

6 debet. perierunt casta illa tempora et magis ambitione
populari peritura sunt. sed nos, ut solemus, hanc quo-
que rem in medio relinquimus.

16 His igitur tot ac talibus praeiudiciis muneribusque
fultus Claudianis temporibus tantus enituit, ut post eum
Quintillo quoque eius fratre interempto solus teneret im-
perium Aureolo interfecto, cum quo Gallienus fecerat
2 pacem. ⟨Hoc loco tanta est diuersitas historicorum, et
quidem Graecorum, ut alii dicant inuito Claudio ab Aure-
liano Aureolum interfectum, alii mandante ac uolente,
alii ab imperatore iam Aureliano eundem occisum, alii
3 uero adhuc a priuato. sed haec quoque media relinque-
mus, ab ipsis petenda, per quos in litteras missa sunt.
4 Illud tamen constat omne contra Meotidas bellum diuum
17 Claudium nulli magis quam Aureliano credidisse. extat
epistula, quam ego, ut soleo, fidei causa, immo ut alios
annalium scriptores fecisse uideo, inserendam putaui:

2 'Flauius Claudius Valerio Aureliano suo salutem. Ex-
petit a te munus solitum nostra res p. adgredere. quid
moraris? tuo magisterio milites uti uolo, tuo ductu
tribunos. Gothi oppugnandi sunt, Gothi a Thraciis amo-
uendi. eorum enim plerique Haemimontum Europamque
3 uexant, qui te pugnante fugerunt. omnes exercitus Thra-
cicos, omnes Illyricianos totumque limitem in tua pote-
state constituo: solitam en nobis ede uirtutem. tecum
4 erit etiam frater Quintillus, cum occurrerit. ego aliis
rebus occupatus summam belli illius uirtutibus tuis credo.
misi sane equos decem, loricas duas et cetera, quibus
munire ad bellum euntem necessitas cogit.'

1 debent *BPM corr. Eyssenh.* 4 muneribus P^1 5 claudiani *BP* enuit B^1P^1 (*corr.* P^3) 7 aureliano BP^1 9 dicam B^1 *ut uid.* 12 a *om. M* in medio *Kellerbauer p. 645* 14 costat *BP* 16 alio BP^1 17 inferendam B^3 18 ualeriano BP^1M exepetit B^1 21 traciis *BP* 22 emimontum *BPM* Rhodopamque *Oberdick p. 9* 25 en *om. M* 27 sumnam *BP* 28 et cera B^1 *om. M* 29 munere *BP*

Digitized by Google

Secundis igitur proeliis usus auspiciis Claudianis 5
rem p. in integrum reddidit atque ipse statim, ut supra c. 16, 1.
diximus, consensu omnium legionum factus est imperator.⟩
⟨Equites sane omnes ante imperium sub Claudio Aure- 18
lianus gubernauit, cum offensam magistri eorum incurris-
sent, quod temere Claudio non iubente pugnassent.⟩
Item Aurelianus contra Suebos et Sarmatas isdem 2
temporibus uehementissime dimicauit ac florentissimam
uictoriam rettulit. Accepta est sane clades sub Aureliano 3
a Marcomannis per errorem. nam dum is a fronte non
curat occurrere, subito erumpentibus, dumque illos a dorso
persequi parat, omnia circa Mediolanum grauiter euastata
sunt. postea tamen ipsi quoque Marcomanni superati sunt.
‖ In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta uasta- 4
bant, ingentes Romae seditiones motae sunt pauentibus
cunctis, ne eadem, quae sub Gallieno fuerant, proue-
nirent. quare etiam libri Sibyllini noti beneficiis publicis 5
inspecti sunt, inuentumque, ut in certis locis sacrificia
fierent, quae barbari transire non possent. facta denique 6
sunt ea, quae praecepta fuerant in diuerso caerimoniarum
genere, atque ita barbari restiterunt, quos omnes Aure-
lianus carptim uagantes occidit.
Libet ipsius senatus consulti formam exponere, quo 7
libros inspici clarissimi ordinis iussit auctoritas:
Die tertio iduum Ianuariarum Fuluius Sabinus prae- 19
tor urbanus dixit: 'Referimus ad uos, p. c., pontificum
suggestionem et Aureliani principis litteras, quibus iube-
tur, ut inspiciantur fatales libri, quibus spes belli termi-
nandi sacrato deorum imperio continetur. scitis enim ipsi, 2
quotiescumque grauior aliquis extitit motus, eos semper
inspectos, neque prius mala publica esse finita, quam ex
his sacrificiorum processit auctoritas.' Tunc surrexit 3

1 p̃liis *B* 6 iuuente $B^1 P^1$ iuuante B^3 7 idem *B* hisdem B^3 9 claudes P^1 11 cura P^1 occurre $B^1 P^1$ (*corr.* $B^3 P^3$) 12 euatata B^1 17 sybillini *B* 24 libri *BP* clarissimior *BP* clarissimorum *M* clarissimi ordinis *em.* *S* 32 iis *M*

Digitized by Google

primae sententiae Vlpius Silanus atque ita loquutus est:
'Sero nimis, p. c., de rei p. salute consulimur, sero
ad fatalia iussa respicimus more languentium, qui ad
summos medicos nisi in summa desperatione non mit-
tunt, proinde quasi peritioribus uiris maior facienda sit
4 cura, cum omnibus morbis occurri sit melius. meministis
enim, p. c., me in hoc ordine saepe dixisse, iam tum
cum primum nuntiatum est Marcomannos erupisse, con-
sulenda Sibyllae decreta, utendum Apollinis beneficiis,
recussasse uero quosdam, et cum ingenti calumnia recus-
sasse, cum adulando dicerent tantam principis Aureliani
esse uirtutem, ut opus non sit deos consuli, proinde quasi
et ipse uir magnus non deos colat, non de dis inmortali-
5 bus speret. quid plura? audiuimus litteras, quibus ro-
6 gauit opem dei, ut uir fortissimus adiuuetur. agite igitur,
pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua uestitu
animisque sacris commodi, templum ascendite, subsellia
laureata constituite, uelatis manibus libros euoluite, fata
20 rei p. quae sunt aeternae perquirite.' Post haec inter-
rogati plerique senatores sententias dixerunt, quas lon-
2 gum est innectere. deinde aliis manus porrigentibus,
aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque uerbo con-
3 sentientibus conditum est senatus consultum. itum deinde
ad templum, inspecti libri, proditi uersus, lustrata urbs,
cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia pro-
missa, atque ita sollemnitas, quae iubebatur, expleta est.

2 consulimus *M* 5 peritionibus *B* quasi desperatioribus in rebus maior *Klein p. 288* 9 sybillae *BP* uttendum *B* 11 Aureliani *om. M* 14 litteris *BP* 15 uir fortissimus, ut *Eyss.* (*Kellerbauer p. 645*) 16 quam p. quam m. *B*[3] qua mundi *B*[1] qua sancti *B*[2] 18 laureate *P*[1] constuite *B* (i *s. l.*) *P* netanis *BP*[1] ueteranis *P*[3]*M em. S* rata *BPM* 19 aeterna *BPM em. Cramer ad Gell. exc. IV p. 12; post* perquirite *uolg. haec add.:* patrimis matrimisque pueris carmen indicite: nos sumptum sacris, nos apparatum sacrificiis, nos agris ambarualia indicemus 24 lustra *B*[1]*P*[1] *corr. B*[3]*P*[3] 25 anburbium *BP* anbarbaria *BP* amburbario *M* 26 sollempnitas *B* (*sic paene semper*) iubetur *P*[1]

Epistula Aureliani de libris Sibyllinis. nam ipsam 4
quoque indidi ad fidem rerum. 'Miror uos, patres sancti, 5
tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde
quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum
omnium tractaretis. agite igitur et castimonia pontificum 6
caerimoniisque sollemnibus iuuate principem necessitate
publica laborantem. inspiciantur libri; si quae facienda 7
fuerint, celebrentur: quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis
captos, quaelibet animalia regia non abnuo sed libens
offero, neque enim indecorum est diis iuuantibus uincere.
sic apud maiores nostros multa finita sunt bella, sic
coepta. si quid est sumptuum, datis ad praefectum aerarii 8
litteris decerni iussi. est praeterea uestrae auctoritatis
arca publica, quam magis refertam repperio esse, quam
cupio.'

Cum autem Aurelianus uellet omnibus simul facta 21
exercitus sui constipatione concurrere, tanta apud Pla-
centiam clades accepta est, ut Romanum paene solueretur
imperium. et causa quidem huius periculi perfidia et 2
calliditas barbarici fuit motus. nam cum congredi aperto
Marte non possent, in siluas se densissimas contulerunt 3
atque ita nostros uespera incumbente turbarunt. deni- 4
que nisi diuina ope post inspectionem librorum sacrificio-
rumque curas monstris quibusdam speciebusque diuinis
inpliciti essent barbari, Romana uictoria non fuisset. ||

Finito proelio Marcomannico Aurelianus, ut erat na- 5
tura ferocior, plenus irarum Romam petit uindictae cu-
pidus, quam seditionum asperitas suggerebat. inciuilius
denique usus imperio, uir alias optimus, seditionum auc-
toribus interemptis cruentius ea, quae mollius fuerant
curanda, compescuit. interfecti sunt enim nonnulli etiam 6

3 sybillinis *BP* (*bis*) 4 cristianorum *BP* 6 caere-
moniisque *B* iubate B^1P 7 libris *BPM* libri si *Bährens*
p. 661 9 abutio B^1 (*ut uid.*) abruo B^3 10 iubantibus
BP iubentibus B^3 12 sumptum *B* aerarium *BP*
18 dades B^1 20 callidiatas B^1 26 p̃lio *B* 27 *for-
tasse* cupidius 29 aliis optimis B^3 31 etiam *om.* P^1

nobiles senatores, cum his leue quiddam et quod con-
temni a mitiore principe potuisset, uel unus uel leuis uel
7 uilis testis obiceret. quid multa? magnum illud et quod
iam fuerat et quod non frustra speratum est infamiae
8 tristioris ictu contaminauit imperium. timeri coepit prin-
ceps optimus, non amari, cum alii dicerent perfodiendum
talem principem, non optandum, alii bonum quidem me-
9 dicum sed mala ratione curantem. His actis cum uide-
ret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno
euenerat, proueniret, adhibito consilio senatus muros urbis
Romae dilatauit. nec tamen pomerio addidit eo tempore
10 sed postea. pomerio autem neminem principum licet ad-
dere nisi eum, qui agri barbarici aliqua parte Romanam
11 rem p. locupletauerit. addidit autem Augustus, addidit
Traianus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus et
Alpes Cottiae Romano nomini sunt tributae.

22 Transactis igitur, quae ad saeptiones atque urbis sta-
tum et ciuilia pertinebant, contra Palmyrenos, id est con-
tra Zenobiam, quae filiorum nomine orientale tenebat
2 imperium, iter flexit. multa in itinere ac magna bellorum
genera confecit. nam in Thraciis et in Illyrico occur-
rentes barbaros uicit, Gothorum quin etiam ducem Can-
naban siue Cannabaudem cum quinque milibus hominum
3 trans Danuuium interemit. atque inde per Byzantium
in Bithyniam transitum fecit eamque nullo certamine
4 optinuit. multa eius magna et praeclara tam facta quam
dicta sunt, sed omnia libro innectere nec possumus fa-
stidii euitatione nec uolumus, sed ad intellegendos mores
5 atque uirtutem pauca libanda sunt. nam cum Tyanam

2 oportuisset *Bährens p. 662* uel uel leuis *B*¹ 4 qũ *B*¹ frusta *BP*¹ (*t. Iord.*) 6 perferendum *misc. obseru. IIII p. 245, Obrecht* 11 delatauit *BP*¹ (*corr. P*³) eo tempore sed postea *eicit S* 12 nemini — ei *M* 14 locutauerit *B*¹ 15 polemniacus *BPM* 16 nominis *BP* nomini *M* nomini sunt *S* 17 seditiones *Vrsinus* septentriones *Maduig p. 648* 21 thracias *P*¹ (*ut uid.*) 22 barbaro *P*¹ 25 bythiam *BP* Bithintam *M* 29 uirtutum *B*

Digitized by Google

uenisset eamque obclusam repperisset, iratus dixisse fer-
tur: 'Canem in hoc oppido non relinquam.' tunc et 6
militibus acrius incumbentibus spe praedae, et Heraclam-
mone quodam timore, ne inter ceteros occideretur, pa-
triam suam prodente ciuitas capta est. sed Aurelianus 23
duo statim praecipua, quod unum seueritatem ostenderet,
alterum lenitatem, ex imperatoria mente monstrauit. nam 2
et Heraclammonem proditorem patriae suae sapiens uictor
occidit et, cum milites iuxta illud dictum, quo canem
se relicturum apud Thyanos negarat, euersionem urbis
exposcerent, respondit his: 'Canem', inquit, 'negaui in hac
urbe me relicturum: canes omnes occidite.' grande prin- 3
cipis dictum, grandius militum factum, nam iocatum princi-
pis, quo praeda negabatur, ciuitas seruabatur, totus exer- 4
citus ita quasi ditaretur, accepit. Epistula de Heraclammone:
'Aurelianus Augustus Mallio Chiloni. Occidi passus
sum cuius quasi beneficio Thyanam recepi. ego uero
proditorem amare non potui et libenter tuli, quod eum
milites occiderunt, neque enim mihi fidem seruare potu-
isset, qui patriae non pepercit. solum denique ex omni- 5
bus, qui oppugnabantur, campus accepit. diuitem homi-
nem negare non possum sed eius bona eius liberis red-
didi, ne quis me causa pecuniae locupletem hominem
occidi passum esse criminaretur.'
Capta autem ciuitas est miro modo. nam cum He- 24
raclammon locum ostendisset aggeris naturali specie tu-
mentem, qua posset Aurelianus cultus ascendere, ille
conscendit atque elata purpurea clamide intus ciuibus
foris militibus se ostendit, et ita ciuitas capta est, quasi
totus in muris Aureliani fuisset exercitus.

6 *fort.* quorum unum 7 impera P^1 10 negaret *BPM* 11 negraui B^1P^1 13 uocatum *BPM* factum *Gr.* uocatum *BPM* iocatum *S* 14 qua *BP* 17 thianam *BP* 22 pussum P^1 cuius *BPM* eius *scripsi* huius bona et ius *Petschenig p. 27* liberi B^1P^1 24 passum esse — modo *P infra textum* 26 natali P^1 naturalis *Bährens p. 661* 27 occultus *uolg.* (*Cornelissen p. 67*) tutus *Bährens p. 661* 30 aureliane B^1

Digitized by Google

2 ⸢Taceri non debet res, quae ad famam uenerabilis uiri
3 pertinet. fertur enim Aurelianum de Thyanae ciuitatis
euersione uere dixisse, uere cogitasse; uerum Apollo-
nium Thyanaeum, celeberrimae famae auctoritatisque sa-
pientem, ueterem philosophum, amicum uerum deorum,
ipsum etiam pro numine frequentandum, recipienti se in
tentorium ea forma, qua uidetur, subito adstitisse atque
haec Latine, ut homo Pannonius intellegeret, uerba di-
4 xisse: 'Aureliane, si uis uincere, nihil est quod de ci-
uium meorum nece cogites. Aureliane, si uis imperare,
a cruore innocentium abstine. Aureliane, clementer te
5 age, si uis uiuere.' norat uultum philosophi uenerabilis
Aurelianus atque in multis eius imaginem uiderat templis.
6 denique statim adtonitus et imaginem et statuas et tem-
plum eidem promisit atque in meliorem redit mentem.
7 haec ego et a grauibus uiris conperi et in Vlpiae biblio-
thecae libris relegi et pro maiestate Apollonii magis cre-
8 didi. quid enim illo uiro sanctius, uenerabilius, antiquius
diuiniusque inter homines fuit? ille mortuis reddidit ui-
tam, ille multa ultra homines et fecit et dixit. quae qui
uelit nosse, Graecos legat libros, qui de eius uita con-
9 scripti sunt. ipse autem, si uita suppetit, atque ipsius
uiri fauor nos iuuerit, breuiter saltem tanti uiri facta in
litteras mittam, non quo illius uiri gesta munere mei
sermonis indigeant, sed ut ea, quae miranda sunt, omnium
uoce praedicentur.⸣

25 Recepta Thyana Antiochiam proposita omnibus inpunitate breui apud Dafnem certamine optinuit atque inde praeceptis, quantum probatur, uenerabilis uiri Apollonii

4 sapientiaem B^1 5 uenerabilem phil. *Kellerbauer p. 645* uir B^1P^1 uirum P^3M uere *Kellerbauer p. 647 Petschenig p. 17* 6 pronomine *BPM* 13 atque *BPM fort.* namque 15 idem *BP* 16 bibliothicae B^1 20 hominem *Klein p. 285* 22 uitas *B* 23 fauori ius *B* fauor ius *P* fauor nos *scripsi* cũerit *B ante ras.* cerit *B post ras.* cuerit P^1 fauori usque quaque placuerit P^3M iuuerit *S* 24 militum *B* 28 dafinem *B* 29 appollonii *B*

Digitized by Google

parens humanior atque clementior fuit. pugnatum est 2
post haec de summa rerum contra Zenobiam et Zabam
eius socium apud Emessam magno certamine. cumque 3
Aureliani equites fatigati iam paene discederent ac terga
darent, subito ui numinis, quod postea est proditum,
hortante quadam diuina forma per pedites etiam equites
restituti sunt. fugata est Zenobia cum Zaba, et plenissime
parta uictoria. recepto igitur orientis statu Emesam 4
uictor Aurelianus ingressus est ac statim ad templum
Heliogabali tetendit, quasi communi officio uota soluturus.
uerum illic eam formam numinis repperit, quam in bello 5
sibi fauentem uidit. quare et illic templa fundauit do- 6
nariis ingentibus positis et Romae Soli templum posuit
maiore honorificentia consecratum, ut suo dicemus loco.

Post haec Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata labo- 26
rum terminus fieret. sed in itinere a latronibus Syris
male accepto frequenter exercitu multa perpessus est et
in obsidione usque ad ictum sagittae periclitatus est.

Epistula ipsius extat ad Mucaporem missa, in qua de 2
huius belli difficultate ultra pudorem imperialem fatetur:
'Romani me modo dicunt bellum contra feminam gerere, 3
quasi sola mecum Zenobia et suis uiribus pugnet, atqui
hostium quantum si uir a me oppugnandus esset, in con-
scientia et timore longe deteriore. dici non potest, quan- 4
tum hic sagittarum est, qui belli apparatus, quantum te-
lorum, quantum lapidum, nulla pars muri est, quae non
binis et ternis ballistis occupata sit; ignes etiam tormen-
tis iaciuntur. quid plura? timet quasi femina, pugnat 5

1 dementior P^1 *t. Iord* 2 et zenobiam *BP* et Zabam *M* Zabbam eius sociam *Oberdick p. 744* (*cf. d. römerfeindl. Beweg. p. 100 sq.*) 5 est *om. M* 8 tractu *Cornelissen p. 257* 10 heliogabalo B^1 communio *B* soloturus B^1 soluiturus B^3 11 reperit *B* 13 psuit P^1 15 palmiram *BPM* 19 muraporem B^1 21 gerere, quantum si — esset. quasi — pugnet, in conscientia — deterior! atqui hostium ..... dici non potest *Oberdick p. 744* 22 atque *BPM em. S* 23 consuentia *BP* 25 est *om. M* 27 ediam *B* etiam *P* (et *in ras.*) 28 tim BP^1 (*del.* P^3M) timet *em. S*

Digitized by Google

quasi poenam timens. sed credo adiuturos Romanam
rem p. ueros deos, qui numquam nostris conatibus de-
fuerunt.'
6 Denique fatigatus ac prope malis fessus litteras ad
Zenobiam misit deditionem illius petens, uitam promittens,
quarum exemplum indidi:
7 'Aurelianus imperator Romani orbis et receptor orien-
8 tis Zenobiae ceterisque, quos societas tenet bellica. Sponte
facere debuistis id, quod meis litteris nunc iubetur. de-
ditionem enim praecipio inpunitate uitae proposita, ita
ut illic, Zenobia, cum tuis agas uitam, ubi te ex senatus
9 amplissimi sententia conlocauero. gemmas, aurum, argen-
tum, sericum, equos, camelos in Romanum aerarium con-
feratis. Palmyrenis ius suum seruabitur.'
27 Hac epistula accepta Zenobia superbius insolentius-
que rescripsit, quam eius fortuna poscebat, credo ad ter-
rorem. nam eius quoque epistulae exemplum indidi:
2 'Zenobia regina orientis Aureliano Augusto. Nemo
adhuc praeter te hoc, quod poscis, litteris petit. uirtute
faciendum est quidquid in rebus bellicis est gerendum.
3 deditionem meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam
4 perire maluisse quam in qualibet uiuere dignitate. nobis
Persarum auxilia non desunt, quae iam speramus, pro
5 nobis sunt Saraceni, pro nobis Armenii. latrones Syri
exercitum tuum, Aureliane, uicerunt. quid igitur si illa
uenerit manus, quae undique speratur? pones profecto
supercilium, quo nunc mihi deditionem, quasi omnifariam
uictor, imperas.'
6 Hanc epistulam Nicomachus se transtulisse in Graecum

1 timentes *BPM* 2 uir *BPM em. S* uere *Petschenig p. 17* 4 pro *BPM* prae *C* (*Krauss p. 79*) prope *scripsi* proprie *Vnger p. 214* 10 enim *om.* P^1 *M* 11 se B^1 12 argentum aurum *M* 13 aerarium Ro *M* 15 haec *B*P^1 superbius *B* 17 iam *Oberdick p. 10* 19 hoc *om. M* 22 perisse B^1 23 deerunt *Oberdick p. 745* 25 quid *P* quod *BM* si igitur *BPM* 27 supertilium *B* 29 hance *P t. Iord.* nichomachus *BP*

Digitized by Google

ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dictatam. nam illa superior Aureliani Graeca missa est.

His acceptis litteris Aurelianus non erubuit sed iratus 28
est statimque collecto exercitu ac ducibus suis undique Palmyram obsedit neque quicquam uir fortis reliquit, quod aut inperfectum uideretur aut incuratum. nam et 2
auxilia, quae a Persis missa fuerant, intercepit et alas Saracenas Armeniasque corrupit atque ad se modo ferociter modo subtiliter transtulit, denique multa ui mulierem potentissimam uicit. uicta igitur Zenobia cum fugeret 3
camellis, quos dromedas uocitant, atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta atque in Aureliani potestatem deducta. uictor itaque Aurelianus totiusque 4
iam orientis possessor, cum in uinculis Zenobiam teneret, cum Persis, Armeniis, Saracenis superbior atque insolentior egit ea, quae ratio temporis postulabat. tunc allatae 5
uestes, quas in templo Solis uidemus, consertae gemmis, tunc Persici dracones et tiarae, tunc genus purpurae, quod postea nec ulla gens detulit nec Romanus orbis uidit. De qua pauca saltem libet dicere. meministis enim 29
fuisse in templo Iouis optimi maximi Capitolini pallium breue purpureum lanestre, ad quod cum matronae atque ipse Aurelianus iungerent purpuras suas, cineris specie decolorari uidebantur ceterae diuini comparatione fulgoris. hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sump- 2
tum Aureliano dedisse perhibetur, scribens: 'Sume purpuram, qualis apud nos est.' .... nam postea dili- 3
gentissime et Aurelianus et Probus et proxime Diocletianus missis diligentissimis confectoribus requisiuerunt tale genus purpurae nec tamen inuenire potuerunt. dicitur enim sandyx Indica talem purpuram facere, si curetur.

2 aureliane B^1 9 post multa mul. *M* 14 tenderet B^1 15 superior *BPM* 16 illae *BPM* allatae *scripsi* hinc illae uestes — hinc — hinc *Petschenig p. 27* 18 tum pers. *BPM* tunc *scripsi* thiarae *BP* 19 poste P^1 20 meministi *Linsenbarth p. 19* 27 non *B* *post* est *Egnat. addidit:* sed hoc falsum fuit. *ego lacunam significaui* (*Eyssenh.*), *quod displicet Petschenigio p. 7*

Digitized by Google

30 Sed ut ad incepta redeamus, ingens tum strepitus
militum fuit omnium, Zenobiam ad poenam poscentium.
2 sed Aurelianus indignum aestimans mulierem interimi,
occisis plerisque, quibus auctoribus illa bellum mouerat,
parauerat, gesserat, triumpho mulierem reseruauit, ut
3 populi Romani oculis esset ostentui. graue inter eos,
qui caesi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur,
quo illa magistro usa esse ad Graecas litteras dicitur.
quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse, quod
superbior illa epistula ipsius diceretur dictata consilio,
quamuis Syro esset sermone contexta.
4 Pacato igitur oriente in Europam Aurelianus redit
uictor atque illic Carporum copias adflixit et, cum illum
Carpicum senatus absentem uocasset, mandasse e loco
fertur: 'Superest, p. c., ut me etiam Carpisculum uoce-
5 tis.' carpisclum enim genus calciamenti esse satis no-
tum est. quod cognomen deforme uidebatur, cum et
Gothicus et Sarmaticus et Armeniacus et Parthicus et
Adiabenicus iam ille diceretur.

31 Rarum est ut Syri fidem seruent, immo difficile. nam
Palmyreni, qui iam uicti atque contusi fuerant, Aureliano
rebus Europensibus occupato non mediocriter rebella-
2 runt. Sandarionem enim, quem in praesidio illic Aure-
lianus posuerat, cum sescentis sagittariis occiderunt,
Achilleo cuidam parenti Zenobiae parantes imperium. ue-
3 rum ideo Aurelianus, ut erat paratus, e Rhodopa reuertit

1 sed sedux *BP* sed *M* sed ut *scripsi* tamen *BPM* tum *scripsi* 3 indignāestimans *BP* (*lin. sup.* a *est a sec. m.*) indignum existimans *M* indignum aestimans *scripsi* (*Eyssenh.*) 6 graue certamen inter *Klein p. 289* 7 filosofo *BP* fecisse *Oberdick p. 745* 10 elicta B^1 13 caprorum *BP* corporum *M* 14 mundasset loco *B* mandasse loco *P* mandasse illico *M em. S* mandasse ioco *Cornelissen p. 67* 15 carpisclum *B t. Kellerb.* 16 carpliscum *BP* carpisculum *M* 17 cognomen quod *BP* 18 armenicus *BPM* 19 adiabeneficiamille disceretur BP^1 adiabenicus ad mille P^3 adiabenicus diceretur *M em. Gr.* 23 sandariorem BP^1 25 Antiochus *ap. Zosim. I 60* parentes *B* 26 adeo *BPM* ideo *scripsi*

Digitized by Google

atque urbem, quia ita merebatur, euertit. crudelitas de- 4
nique Aureliani uel, ut quidam dicunt, seueritas eatenus
extitit, ut epistula eius feratur confessionem inmanissimi
furoris ostentans. cuius hoc exemplum est:
'Aurelianus Augustus Cerronio Basso. Non oportet 5
ulterius progredi militum gladios. iam satis Palmyreno-
rum caesum atque concisum est. mulieribus non peper-
cimus, infantes occidimus, senes iugulauimus, rusticos
interemimus. cui terras, cui urbem deinceps relinque- 6
mus? parcendum est is, qui remanserunt. credimus
enim tam paucos tam multorum suppliciis esse correctos.
templum sane Solis, quod apud Palmyram aquiliferi le- 7
gionis tertiae cum uexilliferis et draconario et cornicini-
bus atque liticinibus diripuerunt, ad eam formam uolo,
quae fuit, reddi. habes trecentas auri libras *de* Zenobiae 8
capsulis, habes argenti mille octingenta pondo de Palmy-
renorum bonis, habes gemmas regias. ex his omnibus 9
fac cohonestari templum: mihi et diis inmortalibus gra-
tissimum feceris. ego ad senatum scribam, petens, ut
mittat pontificem, qui dedicet templum.'

Haec litterae, ut uidemus, indicant satiatam esse in- 10
manitatem principis duri.

Securior denique iterum in Europam redit atque illic 32
omnes, qui uagabantur, hostes nota illa sua uirtute contu-
dit. interim res per Thracias Europamque omnem Aure- 2
liano ingentes agente Firmus quidam extitit, qui sibi
Aegyptum sine insignibus imperii, quasi ut esset ciuitas
libera, uindicauit. ad quem continuo Aurelianus reuertit, 3
nec illic defuit felicitas solita. nam Aegyptum statim re-

ad eos *C* (*Bährens p. 661*) ad eoos *Gr.* ad eoam *Vnger p. 498* paratus *om.* B^1 ex Europa *M* 2 ea exstitit B^1 5 Ceionio *uolg. possis etiam de* Ceruenio *cogitare* 7 conscisum *BP* occisum *M* mulieres P^1 8 sene P^1 10 his *BPM* 12 parmyram BP^1 13 draconaria B^1 cornicibus *BPM* 14 laticinibus *B* 15 de *add. S* 16 octoginta *B* 18 mortalibus B^1 24 contulit B^1 25 Rhodopenque *Oberdick p. 343* 28 reuertit] *an* se uertit?

Digitized by Google

cepit atque, ut erat ferox animi, concitatione multus, ue-
hementer irascens, quod adhuc Tetricus Gallias optineret,
occidentem petit atque ipso Tetrico exercitum suum pro-
dente, quod eius scelera ferre non posset, deditas sibi
4 legiones optinuit. princeps igitur totius orbis Aurelianus
pacatis oriente et Gallis atque ubique terrore iniecto
Romam iter flexit, ut de Zenobia et Tetrico, hoc est de
oriente et de occidente, triumphum Romanis oculis exhi-
beret.

33 Non absque re est cognoscere, qui fuerit Aureliani
2 triumphus. fuit enim speciosissimus. currus regii tres
fuerunt, in his unus Odenati, argento, auro, gemmis ope-
rosus atque distinctus, alter, quem rex Persarum Aure-
liano dono dedit, ipse quoque pari opere fabricatus, ter-
tius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se urbem
Romanam cum eo uisuram. quod illam non fefellit, nam
3 cum eo urbem ingressa est uicta et triumphata. fuit alius
currus quattuor ceruis iunctus, qui fuisse dicitur regis
Gothorum. quo, ut multi memoriae tradiderunt, Capito-
lium Aurelianus inuectus est, ut illic caederet ceruos,
quos cum eodem curru captos uouisse Ioui optimo maximo
4 ferebatur. praecesserunt elephanti uiginti, ferae mansuetae
Libycae, Palaestinae diuersae ducentae, quas statim Aure-
lianus priuatis donauit, ne fiscum annonis grauaret; ti-
grides quattuor, camelopardali, alces, cetera talia per ordi-
nem ducta, gladiatorum paria octingenta, praeter capti-

1 cogitatione m. *BPM* cogitationem ultus *Eyssenh.* uocitatum latronem ultus *Rösinger p. 11* ogitatione non multus *Oberdick p. 343* concitatione multus *Petschenig p. 61* 5 regionis *B* regiones *P t. Iord.* 6 origientem B^1 orientem Gall. B^2P oriente Gall. *M* oriente et G. *scripsi* ubique terrori uicto eripe me his inuicte malis Romam *BP* undique terris Romam *M em. S* (*cf. XXIIII 2, 3*) 7 ut *om. P* zobia B^1P^1 (*corr.* B^2P^3) 8 exliberet *B* 10 ab re *M* 11 resgii B^1 12 unum *BP* conspersus atque *Cornelissen p. 67* 13 districtus B^1 18 corrus B^1P^1 (*t. Iord.*) 21 capto P^1 23 libicae *BP* 25 animalia *post* talia *add. Klein m. Rh. n. XXXIIII p. 144* 26 octinginta *BP*

uos gentium barbararum Blemmyes, Axomitae, Arabes
Eudaemones, Indi, Bactrani, Hiberi, Saraceni, Persae cum
suis quique muneribus, Gothi, Halani, Roxolani, Sarmatae,
Franci, Sueui, Vanduli, Germani religatis manibus captiui.
praecesserunt inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant, 5
principes ciuitatis et Aegyptii ob rebellionem. ductae 34
sunt et decem mulieres, quas uirili habitu pugnantes inter
Gothos ceperat, cum multae essent interemptae, quas de
Amazonum genere titulus indicabat: praelati sunt tituli
gentium nomina continentes. inter haec fuit Tetricus 2
clamide coccea, tunica galbina, bracis Gallicis ornatus,
adiuncto sibi filio, quem imperatorem in Gallia nuncupa-
uerat. incedebat etiam Zenobia, ornata gemmis, catenis 3
aureis, quas alii sustentabant. praeferebantur coronae
omnium ciuitatum aureae titulis eminentibus proditae.
iam populus ipse Romanus, iam uexilla collegiorum atque 4
castrorum et catafractarii milites et opes regiae et omnis
exercitus et senatus (etsi aliquantulo tristior, quod sena-
tores triumphari uidebant) multum pompae addiderant.
denique uix nona hora in Capitolium peruenit, sero autem 5
ad Palatium. sequentibus diebus datae sunt populo uo- 6
luptates ludorum scaenicorum, ludorum circensium, ue-
nationum, gladiatorum, naumachiae.

Non praetereundum uidetur, quod et populus memoria 35
tenet et fides historica frequentauit, Aurelianum eo tempore,
quo proficiscebatur ad orientem, bilibres coronas populo
promisisse, si uictor rediret, et, cum aureas populus spe-
raret, neque Aurelianus aut posset aut uellet, coronas
eum fecisse de panibus, qui nunc siliginei uocantur, et
singulis quibusque donasse, ita ut siligineum suum coti-

octingenta praeter captiuos. legati gentium *Friedländer Darstell. I p. 50* 1 exomitae *BPM* 2 eundem omnes *BPM* bactriani P^3M 3 alani B^1 4 uuanduli P^3 uuandali *M* religati *BPM* 5 poterecesserunt *B(M)* poteraecesserunt *P* 8 acceperat *B* 14 aliis ostentabant *BP* alii ostent. *M* proforebantur *B* 20 hora nona B^1 22 scaenicorum ludorum *om.* P^1 29 pannibus B^1 ligine B^1

die toto aeuo suo unusquisque et acciperet et posteris
2 suis dimitteret. nam idem Aurelianus et porcinam car-
nem p. R. distribuit, quae hodieque diuiditur.
3 Leges plurimas sanxit, et quidem salutares. sacerdo-
tia composuit, templum Solis fundauit et porticibus robo-
rauit. decreuit etiam emolumenta sartis tectis et ministris.
4 His gestis ad Gallias profectus Vindelicos obsidione
barbarica liberauit, deinde ad Illyricum redit paratoque
magno potius quam ingenti exercitu Persis, quos eo quo-
que tempore, quo Zenobiam superauit, gloriosissime iam
5 uicerat, bellum indixit. sed cum iter faceret, apud Cae-
nofrurium, mansionem quae est inter Heracliam et By-
zantium, malitia notarii sui et manu Mucaporis interemp-
tus est.
36 Et causa occidendi eius quae fuerit, et quemadmodum
2 sit occisus, ne res tanta lateat, breui edisseram. Aure-
lianus, quod negari non potest, seuerus, truculentus, san-
3 guinarius fuit princeps. hic, cum usque eo seueritatem
tetendisset, ut et filiam sororis occideret non in magna
neque in satis idonea causa, iam primum in odium suo-
4 rum uenit. incidit autem, ut se res fataliter agunt, ut
Mnesteum quendam, quem pro notario secretorum ha-
buerat, libertum, ut quidam dicunt, suum, infensiorem
sibi minando redderet, quod nescio quid de eo suspicatus
5 esset. Mnesteus, qui sciret Aurelianum neque frustra
minari solere neque, si minaretur, ignoscere, breuem
nominum conscripsit mixtis is, quibus Aurelianus uere
irascebatur, cum is, de quibus nihil asperum cogitabat,
addito etiam suo nomine, quo magis fidem faceret ingestae

1 tota *B* et unusq. *BPM* et *deleui* recipere *M* 2 iam *C* 5 pontifices *BPM* porticibus *Scaliger thes. temp. anim. p. 219* pontifice roborauit *Mommsen Epigr. Anal. p. 9* pontifices fisco rob. *Vnger p. 510* honorificentius consecravit *Kellerbauer p. 646* 6 architectis *M* 8 illycum *B*[1] 11 inter *B* ceno frurium *BP* zenophorium *M* 12 bizantium *BP* 21 ut o *B*[1] 22 mnestecum *B*[1]*P*[1] (*ut uid.*) 24 quo *BPM* eo *scripsi* 26 breue *M* 27 his — his *BPM*

Digitized by Google

sollicitudinis, ac breuem legit singulis, quorum nomina
continebat, addens disposuisse Aurelianum eos omnes oc-
cidere, illos uero debere suae uitae, si uiri sint, subue-
nire. hic cum exarsissent timore, qui merebantur offen- 6
sam, dolore innocentes ...... beneficiis atque officiis
Aurelianus uidebatur ingratus, in supra dicto loco iter
facientem principem subito adorti interemerunt.

Hic finis Aureliano fuit, principi necessario magis 37
quam bono. quo interfecto cum esset res prodita, et
sepulchrum ingens et templum illi detulerunt ii, a quibus
interemptus est. sane Mnesteus postea subreptus ad sti- 2
pitem bestiis obiectus est, quod statuae marmoreae po-
sitae in eodem loco utrimque significant, ubi et in colum-
nis diuo Aureliano statuae constitutae sunt. senatus mor- 3
tem eius grauiter tulit, grauius tamen p. R., qui uulgo
dicebat Aurelianum paedagogum esse senatorum. Impe- 4
rauit annis *quinque mensibus* sex minus paucis diebus ac
rebus magnis gestis inter diuos relatus est.

Quia pertinet ad Aurelianum, id quod in historia re- 5
latum est, tacere non debui. nam multi ferunt Quintillum,
fratrem Claudii, cum in praesidio Italico esset, audita
morte Claudii sumpsisse imperium. uerum postea, ubi 6
Aurelianum comperit imperare, a toto exercitu eum dere-
lictum; cumque contra eum contionaretur nec a militi-
bus audiretur, incisis sibimet uenis die uicesimo imperii
sui perisse. ⟨Quidquid sane scelerum fuit, quidquid malae 7
conscientiae uel artium funestarum, quidquid denique

1 ac] hanc *Eyssenh.* 2 continebit B^1 adden P^1 accedere B^1 3 sunt *BPM* 5 dolorem *BP* debere *M em. S* *post* innocentes *S add.* quorum *uel* quod. *plura tamen intercidisse uidentur* 8 principe *BPM* 10 hi *BPM* 11 stipem P^1 12 uestiis $B^1 P^1$ 16 pedagogum *BP* (paedagogo *P t. Iord.*) 17 quinque mensibus *add. Giambelli p. 391 et Enmann Philol. suppl. IIII p. 501 coll. Eutr. VIIII 15* 18 est] er B^1 23 ea $B^1 P$ eum B^3 *om. M* delectum $B^1 PM$ derelectum B^3 25 incissis B^1 26 quidquid sane — purgauit *Eyssenh. reicit in § 4 post u.* relatus est 27 artium] etiam *M* funestorum *BPM*

Digitized by Google

38 factionum, Aurelianus toto penitus orbe purgauit.〉 Hoc
quoque ad rem pertinere arbitror Vabalati filii nomine
Zenobiam, non Timolai et Herenniani, imperium tenuisse
2 quod tenuit. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum
bellum Felicissimo rationali auctore. quod acerrime seue-
rissimeque conpescuit, septem tamen milibus suorum
militum interemptis, ut epistola docet missa ad Vlpium
Crinitum ter consulem, qui eum ante adoptauerat.
3 'Aurelianus Augustus Vlpio patri. Quasi fatale quid-
dam mihi sit, ut omnia bella, quaecumque gessero, omnes
motus ingrauescant, ita etiam seditio intramurana bellum
mihi grauissimum peperit. monetarii auctore Felicissimo,
ultimo seruorum, cui procurationem fisci mandaueram,
rebelles spiritus extulerunt. hi conpressi sunt septem
4 milibus † Iembariorum et Ripariensium et Castrianorum
et Daciscorum interemptis. unde apparet nullam mihi a
dis inmortalibus datam sine difficultate uictoriam.'
39 Tetricum triumphatum correctorem Lucaniae fecit,
2 filio eius in senatu manente. Templum Solis magnificen-
tissimum constituit. muros urbis Romae sic ampliauit, ut
quinquaginta prope milia murorum eius ambitus teneant.
3 Idem quadruplatores ac delatores ingenti seueritate perse-
cutus est. tabulas publicas ad priuatorum securitatem
4 exuri in foro Traiani semel iussit. amnestia etiam sub
eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Athe-
I 1, 1. niensium, cuius rei etiam Tullius in Philippicis meminit.
5 fures prouinciales repetundarum ac peculatus reos ultra
militarem modum est persecutus, ut eos ingentibus sup-
6 pliciis cruciatibusque puniret. In templo Solis multum

2 arbuitror B^1 babalati *BP* Balbati *M em. S* 3 zenobia *BPM* 6 militibus *BP* 7 ñtēptis B^1 int. B^2 10 mini sit *BP* incessit *M em. S* 12 grauissimis *BP* 14 reuelles BP^1 15 militibus *BP* Hiberiorum *M* Lembariorum *S* 17 facultatae *B* facultate P^1 *em.* P^3M 21 murorum *del. Becker topogr. Rom. p. 187* teneat *Becker l. s.* 22 quadrumplatores BP^1 seueritatem *BPM* 25 deuictorum *BP* demuictorum *M* te *BP om. Kellerbauer p. 646* anthensium *BPM* 29 cruciatibus P^1

Digitized by Google

auri gemmarumque constituit. Cum uastatum Illyricum 7
ac Moesiam deperditam uideret, prouinciam Transdanuui-
nam Daciam a Traiano constitutam sublato exercitu et
prouincialibus reliquid, desperans eam posse retineri, ab-
ductosque ex ea populos in Moesia conlocauit appella-
uitque suam Daciam, quae nunc duas Moesias diuidit.
Dicitur praeterea huius fuisse crudelitatis, ut plerisque 8
senatoribus simulatam ingereret factionem coniurationis
ac tyrannidis, *quo* facilius eos posset occidere. addunt 9
nonnulli filium sororis, non filiam, ab eodem interfectum,
plerique autem etiam filium sororis. ||

Quam difficile sit imperatorem in locum boni prin- 40
cipis legere, et senatus sancti ordinis grauitas probat et
exercitus prudentis auctoritas: occiso namque seuerissimo 2
principe de imperatore deligendo exercitus rettulit ad
senatum, idcirco quod nullum de is faciendum putabat,
qui tam bonum principem occiderant. uerum senatus 3
hanc eandem electionem in exercitum refudit, sciens non
libenter iam milites accipere imperatores eos, quos sena-
tus elegerit. denique id tertio factum est, ita ut per sex 4
menses imperatorem Romanus orbis non habuerit, om-
nesque iudices ii permanerent, quos aut senatus aut Aure-
lianus elegerat, nisi quod pro consule Asiae Falconius
Probus in locum Arelli Fusci delectus est.

Non iniucundum est ipsas inserere litteras, quas ad 41
senatum exercitus misit:

'Felices ac fortes exercitus senatui P. Q. R. Aure-
lianus imperator noster per fraudem unius hominis et

2 transdanuuina *BP* trans Danubium *M* 4 adductos-que *BP* 5 im moesia *BP* appellauitque eam Daciam *Eutrop. VIIII 15* 6 datiam *B* 8 si multam *BPM* ingeneret *BP* 9 quo *om. BPM* 11 filiam sor. *M* 13 sanctioris *BPM* sancti ordinis *Hirschfeld p. 232* sancti *Haupt Herm. III p. 232* et [senatus] sancti ordinis *Bährens p. 662. forsitan* grauitas *et* auctoritas *loca inter se conmutarint* 15 diligendo P^1 16 his *BPM* is *scripsi* 17 dam BP^1 (*ut uid.*) 22 hii *BP* hi *M* 24 delegit *BPM em. S*

Digitized by Google

2 per errorem bonorum interemptus est. hunc inter deos
referte, sancti domini p. c., et de uobis aliquem, sed
dignum uestro iudicio principem mittite. nos enim de
his, qui uel errarunt uel male fecerunt, imperare nobis
neminem patimur.'

3 Rescriptum ex senatus consulto.

Cum die III nonarum Februariarum senatus amplissi-
mus in curiam Pompilianam conuenisset, Aurelius Gordi-
anus consul dixit: 'Referimus ad uos, p. c., litteras exer-
4 citus felicissimi.' quibus recitatis Aurelius Tacitus, primae
sententiae senator, ita loquutus est: (hic autem est qui
post Aurelianum sententia omnium imperator est appel-
5 latus.) 'Recte atque ordine consuluissent dii immortales,
p. c., si boni principes ferro inuiolabiles extitissent, ut
longiorem ducerent uitam, neque contra eos aliqua esset
potestas is, qui neces infandas tristissima mente conci-
6 piunt. uiueret enim princeps Aurelianus, quo *neque for-*
7 *tior* neque utilior fuit quisquam. respirare certe post in-
felicitatem Valeriani, post Gallieni mala imperante Clau-
dio coeperat nostra res p., at eadem reddita fuerat Aure-
8 liano toto penitus orbe uincente. ille nobis Gallias dedit,
ille Italiam liberauit, ille Vindelicis iugum barbaricae ser-
uitutis amouit. illo uincente Illyricum restitutum est, red-
9 ditae Romanis legibus Thraciae. ille, pro pudor, orien-
tem femineo pressum iugo in nostra iura restituit, ille
Persas, insultantes adhuc Valeriani nece, fudit, fugauit,

1 *post* bonorum *add. PM* ac malorum. *sed cf. XXVII 2, 4* 2 sancti et domini *BP* 4 qui uel male *BP* 7 febroarium *BP* Nonas Februarias *M* III non. Febr. *uix sanum* III non. Mart. *Tillemont III p. 536* III non. Apr. *Clinton f. R. I p. 312 cum Pagio* 8 ponpinianam *B* ponpilianam *P* Aurelius Gordianus *fort. idem qui VII kal. Oct. consul est Velius Cornificius Gord. XXVII, 3, 2* 10 Aurelius *aliis locis Tacitus non nominatur, qua de causa eiectus ab Eyssenh.* 11 senator *om. B*[1] 13 recta *BP* recto ordine *M em. C* 16 his *BPM* infanda *BPM* tristisima *BP* 17 neque fortior *addidit C* 20 ad *BPM* demum *Bährens p. 661* 22 inde Vind. *BP* inde *om. M* ille de *Petschenig p. 61* 23 uiuente *M* 24 pudore *BP*

Digitized by Google

oppressit. illum Saraceni, Blemmyes, Axomitae, Bactrani, 10
Seres, Hiberi, Albani, Armenii, populi etiam Indorum ue-
luti praesentem paene uenerati sunt deum. illius donis, 11
quae a barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium.
quindecim milia librarum auri ex eius liberalitate unum
tenet templum, omnia in urbe fana eius micant donis.
quare, p. c., uel deos ipsos iure conuenio, qui talem 12
principem interire passi sunt, nisi forte secum eum esse
maluerunt. decerno igitur diuinos honores, idque uos 13
omnes aestimo esse facturos. nam de imperatore dili-
gendo ad eundem exercitum censeo esse referendum.
etenim in tali genere sententiae nisi fiat quod dicitur, et 14
electi periculum erit et eligentis inuidia.'

Probata sententia est Taciti. attamen cum iterum at- 15
que iterum mitteretur, ex senatus consulto, quod in Taciti xxvii 3
uita dicemus, Tacitus factus est imperator.

Aurelianus filiam solam reliquit, cuius posteri etiam 42
nunc Romae sunt. Aurelianus namque pro consule Cili- 2
ciae, senator optimus, sui uere iuris uitaeque uenerabilis,
qui nunc in Sicilia uitam agit, eius est nepos.

Quid hoc esse dicam, tam paucos bonos extitisse prin- 3
cipes, cum iam tot Caesares fuerint? nam ab Augusto in
Diocletianum Maximianumque principes quae series pur-
puratorum sit, index publicus tenet. sed in his optimi 4
ipse Augustus, Flauius Vespasianus, Flauius Titus, Coc-
ceius Nerua, diuus Traianus, diuus Hadrianus, Pius et
Marcus Antonini, Seuerus Afer, Alexander Mammaeae, di-
uus Claudius et diuus Aurelianus. Valerianum enim, cum
optimus fuerit, a bonis infelicitas separauit. uide, quaeso, 5

1 oppressos *B* exomitae *BPM* bractani *B*(*M*) bractrani *P t. Iord.* 3 cene *BP*(*M*) dolis *BP*[1]*M em. P*[3] 9 id quod — existimo *M* 10 iam *Kellerbauer p. 646* deligendo *M* 12 estenim *BPM* 13 elegentis *B* 14 est sent. *M* adtamen *BP* 15 mitterent *M* 17 reliquid *P* 20 silicia *B*[1] 25 fl̃ *utroque loco BP* Flauius *ante* Titus *om. M* 28 Valerianus *M* 29 ab omnibus *BPM em. Obr.* infelix *M* paruit *BP* apparuit *M em. Gr.* uides *BPM em. C*

quam pauci sint principes boni, ut bene dictum sit a quo-
dam mimico scurra Claudii huius temporibus in uno
6 anulo bonos principes posse perscribi atque depingi. at
contra quae series malorum? ut enim omittamus Vitellios,
Caligulas et Nerones, quis ferat Maximinos et Philippos
atque illam inconditae multitudinis faecem? tametsi De-
cios excerpere debeam, quorum et uita et mors ueteribus
comparanda est.

43 Et quaeritur quidem, quae res malos principes faciat:
iam primum, mi amice, licentia, deinde rerum copia, amici
praeterea inprobi, satellites detestandi, eunuchi auaris-
simi, aulici uel stulti uel detestabiles et, quod negari non
2 potest, rerum publicarum ignorantia. sed ego a patre
meo audiui Diocletianum principem iam priuatum dixisse
3 nihil esse difficilius quam bene imperare. colligunt se
quattuor uel quinque atque unum consilium ad decipien-
dum imperatorem capiunt, dicunt, quid probandum sit.
4 imperator, qui domi clausus est, uera non nouit. co-
gitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur, facit iudices,
quos fieri non oportet, amouet a re p., quos debeat opti-
nere. quid multa? ut Diocletianus ipse dicebat, bonus,
5 cautus, optimus uenditur imperator. haec Diocletiani uerba
sunt, quae idcirco inserui, ut prudentia tua sciret nihil
esse difficilius bono principe.

44 Et Aurelianum quidem multi neque inter bonos neque
inter malos principes ponunt, idcirco quod ei clementia,
2 imperatorum *dos* prima, defuerit. Verconnius Herennia-
nus praefectus praetorii Diocletiani teste Asclepiodoto
saepe dicebat Diocletianum frequenter dixisse, cum Maxi-
miani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis du-
cem esse debuisse quam principem. nam eius nimia fero-
citas eidem displicebat.

2 uano P^1 nani *Cornelissen p. 67* 3 ad contra *BP* 5 caligolas *BP* filippos *BP* 6 daecios *BP* 11 inprobis B^1P^1 20 debeat *etiam ap. Sedulium c. 7* debebat *uolg.* 24 diffilius *B* 27 dos *om. BP* uirtus *ins. post* defuerit *Kellerbauer p. 646*

Digitized by Google

Mirabile fortasse uidetur quod conpertum Diocletiano 3
Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet, sed
de hoc posteri iudicabunt. dicebat enim quodam tempore 4
Aurelianum Gallicanas consuluisse Dryadas sciscitantem,
utrum apud eius posteros imperium permaneret, cum
illas respondisse dixit nullius clarius in re p. nomen
quam Claudii posterorum futurum. et est quidem iam 5
Constantius imperator, eiusdem uir sanguinis, cuius puto
posteros ad eam gloriam, quae a Dryadibus pronuntiata
sit, peruenire. quod idcirco ego in Aureliani uita constitui,
quia haec ipsi Aureliano consulenti responsa sunt.

Vectigal ex Aegypto urbi Romae Aurelianus uitri, 45
chartae, lini, stuppae atque anabolicas species aeternas
constituit. thermas in Transtiberina regione Aurelianus 2
facere parauit hiemales, quod aquae frigidioris copia illic
deesset. forum nominis sui in Ostiensi ad mare fundare
coepit. in quo postea praetorium publicum constitutum
est. Amicos suos honeste ditauit et modice, ut miserias 3
paupertatis effugerent et diuitiarum inuidiam patrimonii
moderatione uitarent. Vestem holosericam neque ipse in 4
uestiario suo habuit neque alteri utendam dedit. et cum 5
ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit: 'Absit ut auro fila pensentur.' libra
enim auri tunc libra serici fuit. habuit in animo, ut au- 46
rum neque in cameras neque in tunicas neque in pelles
neque in argentum mitteretur, dicens plus auri esse in
rerum natura quam argenti, sed aurum per uarios brattearum, filorum et liquationum usus perire, argentum au-

1 *fort.* Diocletianum. *Eyssenhardt*: Asclepiodoto Diocletiano perhibetur 2 perhibetur *BPM* 4 aurelianus *BPM* consoluisse *P t. Iord.* 5 tum *uolg.* 6 resp̃. *B*[1]*P* 10 circo *B* 11 consulento *B*[1] sponsa *B*[1]*P*[1] (*corr. P*[3]) *M* 12 ubi *BP*[1] (*corr. P*[3]) *M* uitręi *BPM* 15 frigidiaeris *BPM* opia *B*[1] 16 ostensi *BP* 17 caepit *B* 20 ustem *B*[1]*P*[1] (*corr. P*[3]) obsericam *B*[1] ob *del. B*[2] olosericam *P* 22 et tun. *BP* blatto *BP* bratto *M* 28 filiorum *BP*

Digitized by Google

2 tem in suo usu manere. idem dederat facultatem, ut au-
3 reis, qui uellent, et uasis uterentur et poculis. dedit prae-
terea potestatem, ut argentatas priuati carruchas habe-
4 rent, cum antea aerata et eburata uehicula fuissent. idem
concessit, ut blatteas matronae tunicas haberent *et* cete-
ras uestes, cum antea coloreas habuissent et ut multum
5 oxypaederotinas. ut fibulas aureas gregarii milites habe-
rent, idem primus concessit, cum antea argenteas habu-
6 issent. paragaudas uestes ipse primus militibus dedit,
cum ante non nisi rectas purpureas accepissent, et quidem
aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis et usque ad
47 pentelores, quales hodie lineae sunt. Panes urbis Romae
uncia de Aegyptio uectigali auxit, ut quadam epistula data
ad praefectum annonae urbis etiam ipse gloriatur:
2 'Aurelianus Augustus Flauio Arabiano praefecto anno-
nae. Inter cetera, quibus dis fauentibus Romanam rem p.
iuuimus, nihil mihi est magnificentius, quam quod addita-
mento unciae omne annonarum urbicarum genus iuui.
3 quod ut esset perpetuum, nauicularios Niliacos apud
Aegyptum nouos et Romae amnicos posui, Tiberinas ex-
struxi ripas, uadum aluei tumentis effodi, diis et Peren-
4 nitati uota constitui, almam Cererem consecraui. nunc
tuum est officium, Arabiane iucundissime, elaborare, ne
meae dispositiones in irritum ueniant. neque enim p. R.
saturo quicquam potest esse laetius.'
48 Statuerat et uinum gratuitum p. R. dare, ut, quem ad
modum oleum et panis et porcina gratuita praebentur,
sic etiam uinum daretur, quod perpetuum hac disposi-
2 tione conceperat. Etruriae per Aureliam usque ad Alpes
maritimas ingentis agri sunt hique fertiles ac siluosi. sta-

1 usum *B*[1] 3 charruchas *BP* 4 aeburata *BP* 5 et *om.* *BPM* 7 oxypederotinas *BP* et ut mult. ox. *om.* *M* 10 ante *om.* *B*[1] rectis purpureis *BPM* 11 monolorias *BP* aliis *post* tril. *om.* *P*[1] 12 panibus — unciam *BPM* panes — uncia *scripsi* uerbis *BP* 15 fl *BP* diis *B*[2]*P*[2] 18 omnem *BP* urbiaurum *BP* 19 niliaeos *BP* 20 annicos *B*[1] 27 praeberentur *M*

Digitized by Google

tuerat igitur dominis locorum incultorum, qui tamen uel-
lent, pretia dare atque illic familias captiuas constituere,
uitibus montes conserere atque ex eo opere uinum dare,
ut nihil redituum fiscus acciperet, sed totum p. R. con-
cederet. facta erat ratio dogae, cuparum, nauium et ope-
rum. sed multi dicunt Aurelianum, ne id faceret, prae- 3
uentum, alii a praef. praetorii suo prohibitum, qui di-
xisse fertur: 'Si et uinum p. R. damus, superest, ut et
pullos et anseres demus.' argumento est id uere Aure- 4
lianum cogitasse, immo etiam facere disposuisse uel ex
aliqua parte fecisse, quod in porticibus templi Solis fiscalia
uina ponuntur, non gratuita populo eroganda sed pretio.
sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse 5
etiam p. R. tunicas albas manicatas ex diuersis prouinciis
et lineas Afras atque Aegyptias puras, ipsumque primum
donasse oraria p. R., quibus uteretur populus ad fauorem.

Displicebat ei, cum esset Romae, habitare in Palatio, 49
ac magis placebat in hortis Sallusti uel in Domitiae ui-
uere. miliarensem denique porticum in hortis Sallusti 2
ornauit, in qua cotidie et equos et se fatigabat, quamuis
esset non bonae ualetudinis. seruos et ministros peccan- 3
tes coram se caedi iubebat, ut plerique dicunt, causa te-
nendae seueritatis, ut alii, studio crudelitatis. ancillam 4
suam, quae adulterium cum conseruo suo fecerat, capite
puniuit. multos seruos ex familia propria, qui peccaue- 5
rant, legibus audiendos iudiciis publicis dedit. Senatum 6
siue senaculum matronis reddi uoluerat, ita ut primae
illic quae sacerdotia senatu auctore meruissent. calceos 7
mullos et cereos et albos et hederacios uiris omnibus
tulit, mulieribus reliquid. cursores eo habitu, quo ipse
habebat, senatoribus concessit. concubinas ingenuas ha- 8

2 pretia] gratia *BPM* dare] die *B*[1] 3 ex eo per u. *BP* ex eo perpetuum uinum *Eyss.* ex eo p. R. uinum *Kellerbauer p. 626* 5 cumparum *B*[1] 11 templis *BP t. Iord.*
21 seruo *M* 24 fecera *P*[1] 25 et familia *BP* e fam. *M* 29 caereos *BP* ęderacios *BP* 30 abstulit *O. Iahn Philol. XXVIII p. 10* 31 ingenus *B*[1]*P*

Digitized by Google

beri uetuit. eunuchorum modum pro senatoriis professio-
nibus statuit, idcirco quod ad ingentia pretia peruenis-
9 sent. Vas argenti eius numquam triginta libras transiit.
conuiuium de assaturis maxime fuit. uino russo maxime
50 delectatus est. medicum ad se, cum aegrotaret, numquam
2 uocauit sed ipse se inedia praecipue curabat. uxori et
3 filiae annuum sigillaricium quasi priuatus instituit. seruis
suis uestes easdem imperator quas et priuatus dedit prae-
ter duos senes, quibus quasi libertis plurimum detulit,
Antistium et Gillonem, *qui* post eum ex senatus sententia
4 manu missi sunt. erat quidem rarus in uoluptatibus, sed
miro modo mimis delectabatur, uehementissime autem
delectatus est Fagone, qui usque eo multum comedit, ut
uno die ante mensam eius aprum integrum, centum panes,
ueruecem et porcellum comederet, biberet autem infun-
dibulo adposito plus orca.

5 Habuit tempus praeter seditiones quasdam domesticas
fortunatissimum. Populus eum Romanus amauit, senatus
et timuit.

4 assalutaris *B* rufo *M* 6 se *om.* *B* 7 annum *BPM* annuum *liber Beroaldi* 9 dettulit *B* 10 qui *om.* *BPM* sententiam *BP* 13 fagoriae *BP em.* *S* 15 berbicem *BP*(*M*) portellum *B* uiueret *BP*^{1} 17 praeter] p̃x *B* 18 autem R. eum *M*

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

TACITVS

Quod post excessum Romuli nouello adhuc Romanae 1
urbis imperio factum pontifices, penes quos scribendae
historiae potestas fuit, in litteras rettulerunt, ut interre-
gnum, dum post bonum principem bonus alius quaeritur,
iniretur, hoc post Aurelianum habito inter senatum exer-
citumque Romanum non inuido non tristi sed grato reli-
giosoque certamine sex totis mensibus factum est. multis 2
tamen modis haec ab illo negotio causa separata est. iam
primum enim, cum interregnum initum est post Romu-
lum, interreges tamen facti sunt, totusque ille annus per
quinos et quaternos dies siue ternos centum senatoribus
deputatus est, ita ut, qui ualerent, interreges essent singuli
dumtaxat. qua re factum est, ut et plus anno interregnum 3
iniretur, ne aliquis sub aequabili dignitate Romani expers
remaneret imperii. huc accedit quod etiam sub consulibus 4
tribunisque militaribus praeditis imperio consulari, si
quando interregnum initum est, interreges fuerunt, nec
umquam ita uacua fuit hoc nomine Romana res p., ut nul-
lus interrex biduo saltem triduoue crearetur. uideo mihi 5
posse obici curules magistratus apud maiores nostros
quadriennium in re p. non fuisse, sed erant tribuni plebis

1 incipit eiusdem tacitus *BP* 4 quod *B* quos serius scr. *M* 8 reliosoque BP^1 (*corr.* P^3) 11 rumulum B^1 12 annos BP^1 15 plus annos *BP* plures annos *M em. S* 18 tribunis qui *BPM* praediti B^1PM praedii B^2

Digitized by Google

cum tribunicia potestate, quae pars maxima regalis im-
6 perii est. tamen non est proditum interreges eo tempore
non fuisse, quin etiam uerioribus historicis referentibus
declaratum est consules ab interregibus post creatos, qui
2 haberent reliquorum comitia magistratuum. ergo, quod
rarum et difficile fuit, senatus populusque Romanus per-
pessus est, ut imperatorem per sex menses, dum bonus
2 quaeritur, res p. non haberet. quae illa concordia mili-
tum? quanta populo quies? quam grauis senatus aucto-
ritas fuit? nullus usquam tyrannus emersit, sub iudicio
senatus et militum populique Romani totus orbis est tem-
peratus; non illi principem quemquam, ut recte facerent,
non tribuniciam potestatem formidabant sed, quod est in
uita optimum, se timebant.

3 Dicenda est tamen causa tam felicium morarum et
speciatim in monumentis publicis seruanda etiam ad poste-
ros humani generis stupenda moderatio, et discant, qui
4 regna cupiunt, non raptum ire imperia sed mereri: In-
terfecto fraude Aureliano, ut superiore libro scriptum
XXVI 35, 5 est, calliditate serui nequissimi, errore militarium, (ut
apud quos quaelibet commenta plurimum ualent, dum
modo irati audiunt, plerumque temulenti, certe consilio-
rum prope semper expertis,) reuersis ad bonam mentem
omnibus eisdemque ab exercitu grauiter confutatis, coep-
tum est quaeri, ecquis fieri deberet ex omnibus prin-
5 ceps. tunc odio praesentium exercitus, qui creare impe-
ratorem raptim solebat, ad senatum litteras misit, de

1 tribunica P^1 9 curauis *BP*[1] 10 fuerit *BPM* fuit *Draeger Philol. XX p. 525* 11 pobulique *B*[1] 16 inseranda *BP*[1] inserenda *P*[2] inferenda *M* seruanda *Maduig p. 648* eadem *BPM* ad *cod. Vrsini* etiam ad *scripsi* speciatim mon. p. inserenda, seruanda eadem in posteros *Bährens p. 662* ea demum posteris *Oberdick p. 10* 17 ut discant *uolg.* 18 capiunt *BPM em. C ex libris suis* iri *B*[3] 21 quosque libet *BP* quoslibet *M em. S* 23 adiunt *B*[1] 24 exercitus *P* 25 et quis *BPM em. S* ex omnibus *uix sanum. an* ex ducibus? ex comitibus *Bährens p. 662* ex occisoribus *Klein p. 289* 26 imperato *P*[1]

Digitized by Google

quibus priore libro iam dictum est, petens, ut ex ordine XXVI 41
suo principem legerent. uerum senatus, sciens lectos 6
a se principes militibus non placere, rem ad milites ret-
tulit, dumque id saepius fit, sextus peractus est mensis.
Interest tamen, ut sciatur, quemadmodum Tacitus 3
imperator sit creatus:

Die VII kal. Octob. cum in curiam Pompilianam ordo 2
amplissimus consedisset, Velius Cornificius Gordianus consul
dixit: 'Referemus ad uos, p. c., quod saepe rettulimus: 3
imperator est deligendus, *cum* exercitus sine principe
recte diutius stare non possit, simul quia cogit necessi-
tas. nam limitem Transrenanum Germani rupisse dicun- 4
tur, occupasse urbes ualidas, nobiles, diuites et potentes.
iam si nihil de Persicis motibus nuntiatur, cogitate tam 5
leues esse mentes Syrorum, ut regnare uel feminas cu-
piant potius quam nostram perpeti sanctimoniam. quid 6
Africam? quid Illyricum? quid Aegyptum earumque om-
nium partium exercitum quo usque sine principe credi-
mus posse consistere? quare agite, p. c., et principem 7
dicite. aut accipiet enim exercitus, quem elegeritis, aut,
si refutauerit, alterum faciet.' Post haec cum Tacitus, 4
qui erat primae sententiae consularis, sententiam incertum
quam uellet dicere, omnis senatus adclamauit: 'Tacite 2
Auguste, deus te seruet. te deligimus, te principem fa-
cimus, tibi curam rei p. orbisque mandamus. suscipe 3
imperium ex senatus auctoritate, tui loci, tuae uitae, tuae
mentis est, quod mereris. princeps senatus recte Augustus
creatur, primae sententiae uir recte imperator creatur.
ecquis melius quam grauis imperat? ecquis melius quam 4
litteratus imperat? quod bonum faustum salutareque sit,

6 creatur B^1 7 odo P^1 8 Velius] *an* Vettius? *cf. adn. ad XXVI 41, 3* 9 referimus *M* 10 cum *addidi* 11 potest *M* 12 trans Rhenum *M* 20 eum *M* 22 incertam — diceret *BPM* 23 senatur B^1 24 dii te seruent *M* 27 merereris *B* principes *B* 28 primae sent. — creatur *om.* P^1 29 et quis — et quis *BPM* ecquis *scripsi*

Digitized by Google

diu priuatus fuisti: scis, quem ad modum debeas imperare,
qui alios principes pertulisti; scis, quem ad modum debeas
5 imperare, qui de aliis principibus iudicasti.' At ille:
'Miror, p. c., uos in locum Aureliani, fortissimi impera-
6 toris, senem uelle principem facere. en membra, quae
iaculari ualeant, quae hastile torquere, quae clipeis into-
nare, quae ad exemplum docendi militis frequenter equi-
tare. uix munia senatus implemus, uix sententias, ad
7 quas nos locus artat, edicimus. uidete diligentius, quam
aetatem de cubiculo atque umbra in pruinas aestusque
mittatis. ac probaturos senem imperatorem milites cre-
8 ditis? uidete, ne et rei p. non eum, quem uelitis, prin-
cipem detis, et mihi hoc solum obesse incipiat, quod me
5 unanimiter delegistis.' Post haec adclamationes senatus hae
fuerunt: 'Et Traianus ad imperium senex uenit.' dixerunt
decies. 'Et Hadrianus ad imperium senex uenit.' dixerunt
decies. 'Et Antoninus ad imperium senex uenit.' dixerunt
Verg. Aen. VI 809 decies. 'Et tu legisti: Incanaque menta regis Romani.'
dixerunt decies. 'Ecquis melius quam senex imperat?'
dixerunt decies. 'Imperatorem te, non militem facimus.'
2 dixerunt uicies. 'Tu iube, milites pugnent.' dixerunt tri-
cies. 'Habes prudentiam et bonum fratrem.' dixerunt
x 18, 11 decies. 'Seuerus dixit, caput imperare non pedes.' dixe-
runt tricies. 'Animum tuum, non corpus elegimus.' dixe-
3 runt uicies. 'Tacite Auguste, di te seruent!' Deinde omnes
interrogati. praeterea, qui post Tacitum sedebat senator
consularis, Maecius Falconius Nicomachus in haec uerba
6 disseruit: 'Semper quidem, p. c., recte atque prudenter rei
p. magnificus hic ordo consuluit, neque a quoquam orbis
terrae populo solidior umquam expectata sapientia est,

6 astile *BP* 7 ad emplum *P*[1] 10 ne cub. *BPM* 11 an *uolg.* 14 unianimiter *B* 18 reges *BP* 19 etquis *BPM* ecquis *scripsi* (*Eyssenh.*) 24 eligimus *PM* 26 interrogatis *BP an* interrogati sunt? 27 faltonius *BP* nichomachus *B* nichomacus *P* 28 *haec oratio excerpta exstat in cod. panegyricorum Norimbergensi, uid. Schwarz miscell. polit. hum. p. 126* 30 spectata *Bährens p. 662*

Digitized by Google

attamen nulla umquam neque grauior neque prudentior
in hoc sacrario dicta sententia est. seniorem principem 2
fecimus et uirum, qui omnibus quasi pater consulat. nihil
ab hoc inmaturum, nihil praeproperum, nihil asperum for-
midandum est. omnia seria, cauta, grauia et quasi ipsa
res p. iubeat, auguranda sunt. scit enim, qualem sibi prin- 3
cipem semper optauerit nec potest aliud nobis exhibere
quam ipse desiderauit et uoluit. enim uero si recolere 4
uelitis uetusta illa prodigia, Nerones dico et Heliogabalos
et Commodos, seu potius semper Incommodos, certe non
hominum magis uitia illa quam aetatum fuerunt. dii auer- 5
tant principes pueros et patres patriae dici inpuberes et
quibus ad suscribendum magistri litterarii manus teneant,
quos ad consulatus dandos dulcia et circuli et quaecumque
uoluptas puerilis inuitet. quae (malum) ratio est habere 6
imperatorem, qui famam curare non nouerit, qui, quid
sit res p., nesciat, nutritorem timeat, respiciat ad nutri-
cem, uirgarum magistralium ictibus terrorique subiaceat,
faciat eos consules, duces, iudices, quorum uitam, merita,
aetates, familias, gesta non norit. sed quo diutius, p. c., 7
protrahor? magis gratulemur quod habemus principem
senem, quam illa iteremus, quae plus quam lacrimanda
tolerantibus extiterunt. gratias igitur diis inmortalibus 8
ago atque habeo, et quidem pro uniuersa re p., teque,
Tacite Auguste, conuenio petens, obsecrans ac libere pro
communi patria *et* legibus deposcens, ne paruulos tuos,

1 adtamen *BP* 4 praeperum *BP* perperum *M* praeproperum *scripsi* (*Eyssenh.*) praeposterum *Ott Fleckeisen. ann. CXI p. 714* formidandam B^1 5 cuncta *BPM* cauta *Cornelissen p. 67 et 258* 7 optauerit semper B^1 potes *BP* 8 quam quod ipse *M* lecolere B^1 recedere *M* 10 inconmodos *BP* 13 scribendum B^2 litterari BP^1 (*corr.* P^3) 14 consulatos B^1 15 inuitat P^1 17 sito B^1 nutricem sua B^1 18 magarum BP^2 magnarum P^1 magnorum *M* uirgarum *scripsi* caiarum *Bährens p. 662* anguillarum *Boxhorn* (*Vnger p. 511*) 20 quod *BPM em. S* 22 lacrimando *BPM* 25 couenio P^1 potens B^1 26 et *add. S* parbulos *BP*

Digitized by Google

si te citius fata praeuenerint, facias Romani heredes im-
perii, ne sic rem p. patresque conscriptos populumque
Romanum ut uillulam tuam, ut colonos tuos, ut seruos
9 tuos relinquas: quare circumspice, imitare Neruas, Traia-
nos, Hadrianos. ingens est gloria morientis principis rem
7 p. magis amare quam filios.' Hac oratione et Tacitus ipse
uehementer est motus, et totus senatorius ordo concussus,
statimque adclamatum est: 'Omnes, omnes.'
2 Inde itum ad campum Martium, ubi comitiale tribunal
ascendit: ibi praef. urbis Aelius Cesettianus sic loquutus
3 est: 'Vos sanctissimi milites et sacratissimi uos Quirites,
habetis principem, quem de sententia omnium exerci-
tuum senatus elegit: Tacitum dico, augustissimum uirum,
ut qui hactenus sententiis suis rem p., nunc adiuuet ius-
4 sis atque consultis.' Adclamatum est a populo: 'Feli-
cissime Tacite Auguste, dii te seruent', et reliqua quae
solent dici.
5 ⸢Hoc loco tacendum non est plerosque *in* litteras ret-
tulisse Tacitum absentem et in Campania positum prin-
cipem nuncupatum: uerum est nec dissimulare possum.
6 nam cum rumor emersisset illum imperatorem esse fa-
ciendum, discessit atque in Baiano duobus mensibus fuit.
7 sed inde deductus huic senatus consulto interfuit, quasi
8 uere priuatus et qui uere recusaret imperium. ac ne quis
me temere Graecorum alicui Latinorumue aestimet credi-
disse, habet in bibliotheca Vlpia in armario sexto librum
elephantinum, in quo hoc senatus consultum perscriptum
2 est, cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. nam diu haec
senatus consulta, quae ad principes pertinebant, in libris
elephantinis scribebantur.⸣

2 populum B^1 4 circumspecao P^1 (*ut uid.*) traianus BP^1 7 locus B^1 mocus B^2 9 materium *B* ibi — ubi *BP* ibi — ibi *M* ubi — ibi *scripsi* commitiale *B* 10 elius *BP* Cescetianus *M* Caesetianus *Eyssenh.* 12 exercitum BP^1 (*c.* $B^3 P^3$) 14 diuet *BPM* iuuet *uolg.* adiuuet *scripsi* 18 in *om.* BP^1M (*add.* P^3) 25 latinorum ut *BPM em. S* 26 habent *Krauss p. 89* armenio *B* armerio P^1 27 senatur B^3 29 pertinebat B^1

Digitized by Google

Inde ad exercitus profectus. ibi quoque, cum primum 3
tribunal ascendit, Moesius Gallicanus praefectus praetorii
in haec uerba disseruit: 'Dedit, sanctissimi commilito- 4
nes, senatus principem, quem petistis; paruit praeceptis
et uoluntati castrensium ordo ille nobilissimus. plura
mihi apud uos praesente iam imperatore non licet loqui.
ipsum igitur, qui tueri nos debet, loquentem dignanter
audite.' Post hoc Tacitus Augustus dixit: 'Et Traianus 5
ad imperium senex uenit, sed ille ab uno delectus est, at
me, sanctissimi commilitones, primum uos, qui scitis
principes adprobare, deinde amplissimus senatus dignum
hoc nomine iudicauit: curabo, enitar, efficiam, ne uobis
desint, si non fortia facta, at saltem uobis atque impera-
tore digna consilia.'

Post hoc stipendium et donatiuum ex more promisit 9
et primam orationem ad senatum talem dedit: 'Ita mihi
liceat, p. c., sic imperium regere, ut a uobis me constet
electum, ut ego cuncta ex uestra facere sententia et pote-
state decreui. uestrum est igitur ea iubere atque sancire,
quae digna uobis, digna modesto exercitu, digna populo
Romano esse uideantur.' In eadem oratione Aureliano 2
statuam auream ponendam in Capitolio decreuit, item
statuam argenteam in curia, item in templo Solis, item
in foro diui Traiani. sed aurea non est posita, dedicatae
autem sunt solae argenteae. in eadem oratione cauit, ut, 3
si quis argento publice priuatimque aes miscuisset, si
quis auro argentum, si quis aeri plumbum, capital esset
cum bonorum proscriptione. in eadem oratione cauit, ut 4
serui in dominorum capita non interrogarentur, ne in
causa maiestatis quidem. addidit, ut Aurelianum omnes 5
pictum haberent. diuorum templum fieri iussit, in quo
essent statuae principum bonorum, ita ut isdem natalibus
suis et Parilibus et kal. Ianuariis et Votis libamina pone-

1 exercitum *B*[2] 2 praetori *P* 5 uoluptati *BP* 6 iam *om. M* 9 deductus *M* ad *BP* 13 ad salutem *BP* 17 sit *BP* bolibis *B* boubis *P*[1] 19 uerum *BPM* 23 curiam *B* 27 capitale *M* 31 ut quo *BP*

6 rentur. in eadem oratione fratri suo Floriano consulatum
petit et non impetrauit, idcirco quod iam senatus omnia
nundinia suffectorum consulum clauserat. dicitur autem
multum laetatus senatus libertate, quod ei negatus est
consulatus, quem fratri petierat. fertur denique dixisse:
'Scit senatus quem principem fecerit.'

10 Patrimonium suum publicauit, quod habuit in rediti-
bus, sestertium bis milies octingenties. pecuniam, quam
domi collegerat, in stipendium militum uertit. togis et
2 tunicis isdem est usus quibus priuatus. meritoria intra
urbem stare uetuit, quod quidem diu tenere non potuit.
thermas omnes ante lucernam claudi iussit, ne quid per
3 noctem seditionis oriretur. Cornelium Tacitum, scripto-
rem historiae Augustae, quod parentem suum eundem
diceret, in omnibus bibliothecis conlocari iussit neue
lectorum incuria deperiret, librum per annos singulos
decies scribi publicitus † euicos archiis iussit et in
4 bybliothecis poni. Holosericam uestem uiris omnibus
interdixit. Domum suam destrui praecepit atque in eo
5 loco thermas publicas fieri priuato sumptu iussit. colum-
nas centum Numidicas pedum uicenum ternum Ostien-
sibus donauit de proprio. possessiones, quas in Mauritania
6 habuit, sartis tectis Capitolii deputauit. argentum men-
sale, quod priuatus habuerat, ministeriis conuiuiorum,
7 quae in templis fierent, dedicauit. seruos urbanos omnes
manu misit utriusque sexus, intra centum tamen ne Cani-
niam transire uideretur.

11 Ipse fuit uitae parcissimae, ita ut sextarium uini tota

2 imperabit B^1 impetrabit B^2P^1 3 nundia *BP* inuidia *M* 8 sesterties *BP* 15 nec *BP* ne *M* et ne *uolg.* neue *scripsi* 16 singulos] libros B^1 17 euicos archis *BPM* in cunctis archiis *C* in demosiarchiis *Obrecht* cum iconographiis *Vnger p. 512* libr(or)um — uicenos *Birt antikes Buchw. p. 352* et in bybl. poni *delet Hudemann Phil. VIIII p. 191* 18 olosericam *BP* 22 possessionibus *B* 23 architectis *M* mensalem BP^1 24 habuerit *BP* (*t. Iord.*) 26 utrisque *BP* nec animam *B* nec aninimam *P t. Iord.*

Digitized by Google

die numquam potauerit, saepe intra heminam. conuiuium 2
uero unius gallinacei, ita ut sinciput adderet et oua. prae
omnibus holeribus adfatim ministratis lactucis inpatienter
indulsit, somnum enim se mercari illa sumptus effusione
dicebat. amariores cibos adpetiuit. balneis raro usus est 3
atque adeo ualidior fuit in senectute. uitreorum diuersi-
tate atque operositate uehementer est delectatus. panem
nisi siccum numquam comedit eundemque sale atque aliis
rebus conditum. fabricarum peritissimus fuit, marmorum 4
cupidus, nitoris senatorii, uenationum studiosus. mensam 5
denique suam numquam nisi agrestibus opimauit. fasia-
nam auem nisi suo et suorum natali et diebus festissimis
non posuit. hostias suas semper domum reuocauit isdem-
que suos uesci iussit. uxorem gemmis uti non est passus. 6
auro clauatis uestibus idem interdixit. nam et ipse auctor
Aureliano fuisse perhibetur, ut aurum a uestibus et ca-
meris et pellibus summoueret. Multa huius feruntur sed 7
longum est ea in litteras mittere. quod si quis omnia de
hoc uiro cupit scire, legat Suetonium Optatianum, qui
eius uitam adfatim scripsit. ⸢Legit sane senex minutulas 8
litteras ad stuporem nec umquam noctem intermisit, qua
non aliquid uel scriberet ille uel legeret praeter poste-
rum kalendarum diem.⸣

Nec tacendum est et frequenter intimandum tantam 12
senatus laetitiam fuisse, quod eligendi principis cura ad
ordinem amplissimum reuertisset, ut et supplicationes de-
cernerentur, et hecatombe promitteretur, singuli denique
senatores ad suos scriberent, nec ad suos tantum sed
etiam ad externos, mitterentur praeterea litterae ad pro-

1 intreminam B^1P (a *s. l. add.* B^2) 2 gallicanecei B^1P inciput *BP* incipiunt *M* oba *BP* pro *BPM* 3 hominibus *BP* horelibus *B* inpasienter *P* 4 mereari B^1 //mereari P^1 (*c.* P^3) 5 cibus BP^1 6 adeo *om. M* ideo *libri Cas.* (*Bährens p. 662*) uitriorum *BP* 12 natali et] natalibus B^3 debus B^1 19 optationum *BP* 21 nocte *BP* 22 ille *om. M* 24 imitandum *BPM em. C* 25 elegendi *BP* dura *B* 27 aecatonben *BP* singulis *BPM* singuli *Reg.*

Digitized by Google

uincias: scirent omnes socii omnesque nationes in antiquum statum redisse rem p. ac senatum principes legere, immo ipsum senatum principem factum, leges a senatu petendas, reges barbaros senatui supplicaturos, pacem
2 ac bella senatu auctore tractanda. ne quid denique de-
c. 18. esset cognitioni, plerasque huius modi epistulas in fine libri posui, et cum cupiditate et sine fastidio, ut aestimo, perlegendas.

13 **Et** prima quidem illi cura imperatoris facti haec fuit, ut omnes, qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos
2 malosue, cum iam ille uindicatus esset. Et quoniam a Meotide multi barbari eruperant, hos eosdem consilio at-
3 que uirtute compressit. ipsi autem Meotidae ita se gregabant, quasi accitu Aureliani ad bellum Persicum conuenissent, auxilium daturi nostris, si necessitas postularet.
4 M. Tullius dicit magnificentius esse dicere, quem ad modum *gesserit quam quem ad modum* ceperit consulatum: at in isto uiro magnificum fuit quod tanta gloria cepit imperium. gessit autem propter breuitatem temporum nihil
5 magnum. interemptus est enim insidiis militaribus, ut alii dicunt, sexto mense, ut alii, morbo interiit. tamen constat factionibus eum oppressum mente atque animo
6 defecisse. ⌈Hic idem mensem Septembrem Tacitum appellari iussit, idcirco quod eo mense et natus et factus est imperator.⌉

Huic frater Florianus *in* imperio successit, de quo pauca ponenda sunt.

2 reddisse B^1 4 petendas — senatui *om. M* pace *BP* 5 trantando B^1 9 illius *Kellerbauer p. 646* 10 interimerent *BP t. Iord. M* 12 mętidę *BP* hoc B^1 eodem *Bährens p. 662* 13 uiri ut eo comperisset *BP* (*M, ubi* uiribus) ipsa *BP* moetidae *BP* *an* gerebant? 16 cum T. dicat *M* 17 gesserit quam quemadmodum *add. S ex orat. in Pis. 2, 3* imperium B^1 consolatum B^2 19 gessit — magnum *om.* P^1 20 interemptur B^1 26 in *om. BPM* 27 *post* sunt *add. BP:* feliciter explicit tacitus [tacitus explicit *P*] incipit florianus

Hic frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arri- 14
puit imperium, non senatus auctoritate sed suo motu, (Flor. 1.)
quasi hereditarium esset imperium, cum sciret adiura-
tum esse in senatu Tacitum, ut, cum mori coepisset, non
liberos suos sed optimum aliquem principem faceret. de- 2
nique uix duobus mensibus imperium tenuit et occisus
est Tarsi a militibus, qui Probum audierant imperare,
quem omnis exercitus legerat. tantus autem Probus fuit 3
in re militare, ut illum senatus optaret, miles eligeret,
ipse p. R. adclamationibus peteret. Fuit etiam Florianus 4
morum fratris imitator, nec tamen usquequaque. nam effu-
sionem in eo frater frugi reprehendit, et haec ipsa imperandi
cupiditas aliis eum moribus ostendit fuisse quam fratrem.

Duo igitur principes una exstiterunt domo, quorum 5
alter sex mensibus, alter uix duobus imperauerunt, quasi
quidam interreges inter Aurelianum et Probum. [post in-
terregnum principes nuncupati.]

Horum statuae fuerunt Interamnae duae pedum tri- 15(2)
cenum e marmore, quod illic eorum cenotafia constituta
sunt in solo proprio; sed deiectae fulmine ita contritae
sunt, ut membratim iaceant dissipatae. quo tempore respon- 2
sum est ab haruspicibus quandocumque ex eorum familia
imperatorem Romanum futurum seu per feminam seu per
uirum, qui det iudices Parthis ac Persis, qui Francos et
Alamannos sub Romanis legibus habeat, qui per omnem
Africam barbarum non relinquat, qui Taprobanis praesidem
inponat, qui ad Romanam insulam proconsulem mittat, qui
Sarmatis omnibus iudicet, qui terram omnem, qua Oceano

1 tacitus germani BP^1 (*em.* P^3) 3 esse BP^1 (*c.* P^3) 4 senat P^1 caepesset *B* cepisset *P* 5 aliquem optimum B^1 9 intere *BP* in re *M* 11 usquequae *BP* 12 reprehendite *BP* reprehendebat *M* reprehendit et *scripsi* (*Eyssenh.*) 15 imperauerint *BPM* 16 post interregnum principes nuncupati *eiecit S* 18 interãmne B^1 interamne B^2P 21 raceant B^1 25 halamannos *BP* per *om.* P^1 (*add.* P^3) 26 daprobanis BP^1 27 qui ad Rom. — mittat *del. Cornelissen p. 258* ad Britanniam ins. *C* ad magnam ins. *S*

ambitur, captis omnibus gentibus suam faciat, postea tamen
senatui reddat imperium et antiquis legibus uiuat, ipse
uicturus annis centum uiginti et sine herede moriturus.
3 futurum autem eum dixerunt a die fulminis praecipitati
4 statuisque confractis post annos mille. non magna haec
urbanitas haruspicum fuit, qui principem talem post mille
annos futurum esse dixerunt, quia, si post centum annos
praedicerent, forte possent eorum deprehendi mendacia
. . . . . . pollicentes cum uix remanere talis possit historia.
5 ego tamen haec idcirco inserenda uolumini credidi, ne quis
me legens legisse non crederet.
16(3) Tacitus congiarium p. R. intra sex menses uix dedit.
2 Imago eius posita est in Quintiliorum, in una tabula quin-
quiplex, in qua semel togatus, semel clamydatus, semel
3 armatus, semel palliatus, semel uenatorio habitu. de qua
quidam epigrammatarius ita allusit, ut diceret: 'Non agnosco
senem armatum, non clamydatum' et cetera, 'sed agnosco
4 togatum.' Et Floriani liberi et Taciti multi extiterunt,
quorum sunt posteri, credo, millesimum annum expectan-
tes. in quos multa epigrammata . . . . . . quo iocati sunt
aruspices imperium pollicentes.
5 **H**aec sunt, quae de uita Taciti atque Floriani digna
6 memoratu comperisse me memini. nunc nobis adgredien-
dus est Probus, uir domi foris*que* conspicuus, uir Au-
reliano, Traiano, Hadriano, Antoninis, Alexandro, Clau-
dioque praeferendus, [nisi] quia in illis uaria, in hoc

4 praecipitatis *BPM em. C* 5 per annos *BP* 7 futurus *BP*[1] 8 mendatia *BP* 9 *ante* pollicentes *lacunam indicaui. S uerba ita transponit*: qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt pollicentes, cum uix remanere talis possit historia, quia si post centum et q. s. mendacia, post mille annos cum *Bährens p. 662* 10 uolumine *BPM* 12 uix *BPM* sexies *Eyssenh.* bis *Petschenig p. 61* 15 uenatoria *B* abitu *P t. Iord.* 17 inter cetera *BPM* et cetera *scripsi* 19 millesinum *B* 20 multae *B*[1] *post* epigrammata *aliquot uerba interciderunt* quis *C fort.* quod iocati sint 23 comperrisse *P t. Iord.* me *in B sup. lin. om. PM* 24 foris *BP* 26 nisi *uncis inclusi.* non nisi *Bährens p. 663*

Digitized by Google

omnia praecipua iuncta fuere, qui post Tacitum omnium
iudicio bonorum imperator est factus orbemque terrarum
pacatissimum gubernauit, deletis barbaris gentibus, deletis
etiam plurimis tyrannorum, qui eius temporibus extite-
runt, de quo dictum est *dignum esse*, ut Probus diceretur,
etiamsi Probus nomine non fuisset. quem quidem multi
ferunt etiam Sibyllinis libris promissum, qui si diutius
fuisset, orbis terrae barbaros non haberet. Haec ego in 7
aliorum uita de Probo credidi praelibanda, ne dies, hora,
momentum aliquid sibi uindicaret in me necessitate fatali
ac Probo indicto deperirem. nunc quiescam interim meo 8
stilo, satis factum arbitrans studio et cupiditati meae.

Omina imperii Tacito haec fuerunt: fanaticus quidam 17(4)
in templo Siluani tensis membris exclamauit: 'Tacita pur-
pura, tacita purpura', idque septimo. quod quidem postea
omini deputatum est. uinum, quo libaturus Tacitus fuerat 2
in templo Herculis Fundani, subito purpureum factum
est. uitis, quae uuas Aminnias albas ferebant, eo anno, 3
quo ille imperium meruit, purpurascere . . . . . . plurima
purpurea facta sunt. Mortis omina haec fuerunt: patris 4
sepulchrum disruptis ianuis se aperuit. matris umbra se
per diem et Tacito et Floriano uelut uiuentis optulit,
nam diuersis patribus nati ferebantur. in larario dii om-
nes seu terrae motu seu casu aliquo conciderunt. imago 5
Apollinis, quae ab his colebatur, ex summo fastigio in

1 tunc *BPM* coniuncta *in ed. priore conieceram, postea* iuncta *Bährens l. s.* 3 dilectis B^1P^1 diletis B^2 5 dignum esse *add. C* (*Bährens p. 663*) 7 etiam *om. M* sybillinis *BP* fore promissum *M* 9 indidi *M* praeliberanda B^1 ora *BP* 10 aliquis *BP* 11 nunc quoniam interī meo studio *BP* quo claudium uolumen *M* quiescam interim in meo stadio *Obr.* stilo *Oberdick p. 745* 12 mē *B* *an* tuae? (*cf. XXVIII 1, 5*; 2, 3) 13 omnia BP^1 sanaticus B^1 14 manibus *Cornelissen p. 68* Taciti purpuram *Reg.* 16 omni BP^1 (*corr.* P^3) citus BP^1 (*corr.* P^3) 18 ferebat *M* 19 purascere *BPM* purpureas tulit. sed et alia plurima *S* 21 semper d. *BP* 22 se optulit P^3 23 ferabantur *BP* dit omnes *BP*

Digitized by Google

lectulo posita sine hominis cuiuspiam manu deprehensa est. Sed quousque ultra progredimur? sunt a quibus ista dicantur. nos ad Probum et ad Probi gesta insignia reuertemur.⟧

18(5) Et quoniam me promisi aliquas epistulas esse positu-
c. 12, 2. rum, quae creato Tacito principe gaudia senatus ostenderent, his additis finem scribendi faciam.

Epistulae publicae:

2 'Senatus amplissimus curiae Carthaginiensi salutem dicit. Quod bonum, faustum, felix salutareque sit rei p. orbique Romano, dandi ius imperii, appellandi principis, nun-
3 cupandi Augusti ad nos reuertit. ad nos igitur referte, quae magna sunt. omnis prouocatio praefecti urbis erit, quae tamen a proconsulibus et ab ordinariis iudicibus
4 emerserit. in quo quidem etiam uestram in antiquum statum redisse credimus dignitatem, si quidem primus hic ordo est, qui recipiendo uim suam ius suum ceteris seruat.'

5 Alia epistula:

'Senatus amplissimus curiae Treuirorum. Vt estis liberi et semper fuistis, laetari uos credimus. creandi principis iudicium ad senatum redit, simul etiam praefecturae urbanae appellatio uniuersa decreta est.'

6 Eodem modo scriptum est Antiochensibus, Aquileiensibus, Mediolanensibus, Alexandrinis, Thessalonicensibus, Corinthiis et Atheniensibus.

19(6) Priuatae autem epistulae haec fuerunt:

'Autronio Iusto patri Autronius Tiberianus salutem. Nunc te, pater sancte, interesse decuit senatui amplissimo, nunc sententiam dicere, cum tantum auctoritas amplissimi ordinis creuerit, ut reuersa in antiquum statum

3 reseruemur *BPM* reuertemur *uolg. an* reuertamur? 13 praef.] quae *BP* erat B^1 17 ut *post* suum *add.* B^2 ceterit B^1P^1 ceteri B^2 19 seruatus *B* 20 creandis B^1P^1 23 antiocemsibus BP^1 24 Mediolanensibus — Atheniensibus *add.* B^2 *infr. text.* thesalonicensibus *B* 27 tyferianus *BPM* 30 reuera — reip. *BPM* reuersa — re p. *scripsi*

re p. nos principes demus, nos faciamus imperatores, nos
denique nuncupemus Augustos. fac igitur ut conualescas, 2
curiae interfuturus antiquae. nos recepimus ius procon-
sulare, redierunt ad praefectum urbi appellationes om-
nium potestatum et omnium dignitatum.'

Item alia: 3

'Claudius Sapilianus Cereio Maeciano patruo salutem.
Optinuimus, pater sancte, quod semper optauimus: in an-
tiquum statum senatus reuertit. nos principes facimus,
nostri ordinis sunt potestates. gratias exercitui Romano 4
et uere Romano: reddidit nobis, quam semper habuimus
potestatem. abice Baianos Puteolanosque secessus, da te 5
urbi, da te curiae. floret Roma, floret tota res p. impera-
tores damus, principes facimus; possumus et prohibere,
qui coepimus facere. dictum sapienti sat est.'

Longum est omnes epistulas conectere, quas repperi, 6
quas legi. tantum illud dico senatores omnes ea esse lae-
titia elatos, ut in domibus suis omnes albas hostias caede-
rent, imagines frequenter aperirent, albati sederent, con-
uiuia sumptuosiora praeberent, antiquitatem sibi redditam
crederent.

1 facimus *M* 2 nuncupamus *BPM* 7 meciano *BPM* 8 optimus *BPM* anticum *B*[1] 10 ordines *B* 12 abicebat ianos *B* abiciebaticenos *P t. Iord.* 13 urbe *B*[1] te *om. B* 15 caepimus *BP* 16 quonectere *BP* 19 aperient *BP* 20 praeuenerent *BP*[1] praeuenirent *P*[2]*M em. C* priuati praeberent *Rösinger p. 11* 21 eredirent *BP*[1] florianus explicit *BP*

Digitized by Google

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROBVS

1 Certum est, quod Sallustius Crispus quodque Marcus
Cato et Gellius historici sententiae modo in litteras rettu-
lerunt, omnes omnium uirtutes tantas esse, quantas uideri
eas uoluerint eorum ingenia, qui unius cuiusque facta de-
2 scripserint. inde est quod Alexander Magnus Macedo, cum
ad Achillis sepulchrum uenisset, grauiter ingemescens
'Felicem te', inquit, 'iuuenis, qui talem praeconem tuarum
uirtutum repperisti', Homerum intellegi uolens, qui Achil-
lem tantum in uirtutum studio fecit, quantum ipse ualebat
ingenio.

3 Quorsum haec pertineant, mi Celsine, fortassis requi-
ris. Probum principem, cuius imperio oriens, occidens,
meridies, septentrio omnesque orbis partes in totam secu-
ritatem redactae sunt, scriptorum inopia iam paene ne-

1 incipit eiusdem probus feliciter *BP* ad constantinum aug. *add.* P^3 3 quoque BP^1 (*corr.* P^3) Marcus Tullius, Cato *Giambelli p. 404* 4 a gellius B^2 Coelius *Bährens p. 663* 5 quantas] euadas B^1 euatas B^2 euantas P^1. *uerba* quantas uideri eas uoluerint *non esse sana et Sallusti Cat. 8, 4 et ipsius Vopisci uerbis* quantum ipse ualebat ingenio *euincitur. conieci:* quantas dicere eas ualuerint 6 unius cuius *BP* unius cuiusuis *Bährens l. s., qui conparato Frontone (p. 132 et 202 Nab.) sententiam codd. retinet, immemor ipsius Vopisci § 2* 7 esse *M* machedo *BP* cum *om. P* 11 fuit *BP* finxit *M* fecit *scripsi* inse *BP* 13 hoc B^1P *t. Iord.* requiras cur *M* 15 meridie BP^1 (*corr.* P^3) septentri B^1 in tutam sec. *Cornelissen p. 68 et p. 258* seueritatem *BP* 16 ia// *P* (m *eras.*)

Digitized by Google

scimus. occidit, pro pudor, tanti uiri et talis historia, qua- 4
lem non habent bella Punica, non terror Gallicus, non mo-
tus Pontici, non Hispaniensis astutia. sed non patiar ego 5
ille, a quo dudum solus Aurelianus est expetitus, cuius
uitam quantum potui persecutus, Tacito Florianoque iam
scriptis non me ad Probi facta conscendere, si uita suppe-
tet, omnes, qui supersunt usque ad Maximianum Diocletia-
numque, dicturus. neque ego nunc facultatem eloquen- 6
tiamque polliceor sed res gestas, quas perire non patior.

Vsus autem sum, ne in aliquo fallam carissimam 2
mihi familiaritatem tuam, praecipue libris ex bibliotheca
Vlpia, aetate mea thermis Diocletianis, et item ex domo
Tiberiana, usus etiam ex regestis scribarum porticus Por-
phyreticae, actis etiam senatus ac populi. et quoniam me 2
ad colligenda talis uiri gesta ephemeris Turduli Gallicani
plurimum iuuit, uiri honestissimi ac sincerissimi, benefi-
cium amici senis tacere non debui.

Cn. Pompeium, tribus fulgentem triumphis belli piratici, 3
belli Sertoriani, belli Mithridatici multarumque rerum ge-
starum maiestate sublimem, quis tandem nosset, nisi eum
Marcus Tullius et Titus Liuius in litteras rettulissent?
Publium Scipionem Africanum, immo Scipiones omnes, seu 4
Lucios seu Nasicas, nonne tenebrae possiderent ac tegerent,
nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles
extitissent? longum est omnia persequi, quae ad exemplum 5
huiusce modi etiam nobis tacentibus usurpanda sunt. illud 6
tantum contestatum uolo memet rem scripsisse, quam,

3 pontifici B^1 4 expeditus *Eyssenh.* 5 floriano qui B^2 6 proui P^1 suppetit B^3 11 ex *del. C* ex re regestis *Bährens p. 663* 14 populo *BP* 15 turtuli B^3 16 iubit B^1P^1 iuuant B^3 18 GN *BP* Cn. Pompeium — usurpanda sunt *C ponit c. 1, 2 post u.* ualebat ingenio, *cuius sententiam si quis sequi uelit, 2, 4 eicienda sunt* atque ignobiles piratici] parthici *BPM* 22 paulum *BPM* africum *BP t. Iord.* 23 lucius B^1P 26 nobisuis B^1 (*ut uid.*) 27 tamen *Reg.* me et *BPM* memet *Bährens p. 663 M. Schmidt ind. lect. aest. Ienens. 1876 p. 17*

Digitized by Google

7 si quis uoluerit, honestius eloquio celsiore demonstret. et
mihi quidem id animi fuit, *ut* non Sallustios, Liuios, Tacitos,
Trogos atque omnes disertissimos imitarer uiros in uita
principum et temporibus disserendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem [Iulium Capitolinum, Aelium Lampridium] ceterosque, qui haec et talia non tam diserte quam
8 uere memoriae tradiderunt. sum enim unus ex curiosis,
quod infitias ire non possum, incendentibus uobis, qui,
9 cum multa sciatis, scire multo plura cupitis. Et ne diutius
ea, quae ad meum consilium pertinent, loquar, magnum et praeclarum principem et qualem historia nostra non nouit, arripiam.

3 Probus oriundus e Pannonia, ciuitate Sirmiensi, nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, adfinitate non magna, tam priuatus quam imperator nobilissimus
2 uirtutibus claruit. ⟨Probo, ut quidam in litteras rettulerunt, pater nomine Maximus fuit, qui, cum ordines honestissime duxisset, tribunatum adeptus apud Aegyptum
3 uita functus est uxore ac filio et filia derelictis. multi dicunt Probum Claudi propinquum fuisse, optimi et sanctissimi principis, quod, quia per unum tantum Graecorum
4 relatum est, nos in medio relinquemus. unum tamen dico,
quod in ephemeride legisse me memini, a Claudia sorore
5 Probum sepultum.⟩ Adulescens Probus corporis uiribus
tam clarus est factus, ut Valeriani iudicio tribunatum prope
6 inberbis acciperet. extat epistola Valeriani ad Gallienum,
qua Probum laudat adhuc adulescentem et imitationi om-
7 nium proponit. ex quo apparet neminem umquam per-

1 et mihi *BPM* *fort.* etenim mihi; et *del. Bährens l. s.* 2 ut *addidi post* fuit, *uolg. post* non libios *BP* tacito BP^1 (*c.* P^3) 3 dissertissimôs *B* 6 Iulium Capitolinum, Aelium Lampridium *uncis inclusi cum Richtero l. s. p. 34 cf. hist. crit. p. 11 sq.* 7 taliam non tan B^1 9 infinitas ire B^1P^1 per *add.* B^3 infinita scire P^3M infitias ire *scripsi* incedentibus *BP* 10 multos *BP* 11 loquor BP^1 16 nobilissimis *M* 22 graecarum BP^1 24 clauda B^1 25 moribus t. clarum *M* 27 inuerbis B^1P^1

Digitized by Google

uenisse ad uirtutum summam iam maturum, nisi qui puer
seminario uirtutum generosiore concretus aliquid inclitum
designasset.
Epistula Valeriani: 4
'Valerianus pater Gallieno filio, Augustus Augusto.
Et meum secutus iudicium, quod semper de Probo adu-
lescente primo habui, et omnium bonorum, qui eundem
sui nominis uirum dicunt, tribunatum in eum contuli
datis sex cohortibus Saracensis, creditis etiam auxiliaribus
Gallis cum ea Persarum manu, quam nobis Artabassis Sy-
rus mancipauit. te quaeso, fili carissime, ut eum iuuenem, 2
quem imitari pueris omnibus uolo, in tanto habeas honore,
quantum uirtutes eius et merita pro debito mentis splen-
dore desiderant.'
Alia epistula de eodem ad praef. praet. cum salario: 3
'Valerianus Augustus Muluio Gallicano praef. praet.
Mireris fortassis, quod ego inberbem tribunum fecerim
contra sententiam diui Hadriani, sed non multum mirabe-
ris, si Probum cogitas: est adulescens uere probus; num- 4
quam enim aliud mihi, cum eum cogito, nisi eius nomen
occurrit, quod nisi nomen haberet, potuit habere cogno-
men. huic igitur dari iubebis, quoniam mediocris fortunae 5
est, ut eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas russulas
duas, pallia Gallica duo fibulata, interulas paragaudias
duas, patinam argenteam librarum decem specellatam,
aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille,
aereos Philippeos decem milia; item in salario diurno bu- 6
bulae pondo.., porcinae pondo sex, caprinae pondo de-

5 augus augusto *B* 9 cohorbus B^1P 10 syrius *BP* 12 imitari puberes omnes uolo *Cornelissen p. 68* intimari *Golisch Fleckeis. ann. CXXVII p. 656* 13 mentis] meritis *C* 15 cum *del. in B* 17 miraris *M* 18 constentiam B^1P^1 constantiam B^2 contra constitutum P^3M *em. Gr.* miraueris P^1 19 et *BP om. M* est *em. Gr.* adolescentem u. probum *M* 20 alium B^1P 23 in incrementis *Bährens p. 663* iubetur B^1P 24 galliga *BP* integrulas *BP* 25 sigillatam *Cornelissen p. 68* 28 *intercidit numerus* (octo *conpar. XXVI 9, 6 S et Kellerbauer p. 646*) porcino *BP*

Digitized by Google

cem, gallinaceum per biduum, olei per biduum sextarium
unum, uini ueteris diurnos sextarios decem cum larido,
7 pabuli, aceti, salis, olerum, lignorum quantum sat est. ho-
spitia praeterea eidem ut tribunis legionum praeberi
iubebis.'

5 Et haec quidem epistulis declarantur. Nunc quantum
ex ephemeride colligi potuit: Cum bello Sarmatico iam
tribunus tramisso Danuuio multa fortiter fecisset, publice
in contione donatus est hastis puris quattuor, coronis ual-
laribus duabus, corona ciuica una, uexillis puris quattuor,
armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera sacrifi-
2 cali quinquelibri una. quo quidem tempore Valerium
Flaccinum, adulescentem nobilem, parentem Valeriani, e
Quadorum liberauit manu. unde illi Valerianus coronam
3 ciuicam detulit. uerba Valeriani pro contione habita: 'Sus-
cipe, Probe, praemia pro re p., suscipe coronam ciuicam
4 pro parente.' quo quidem tempore legionem tertiam eidem
5 addidit, sub testimonio huius modi. epistula de legione
tertia:

'Res gestae tuae, Probe carissime, faciunt, ut et se-
rius tradere maiores tibi exercitus uideam et cito tamen
6 tradam. recipe in fidem tuam legionem tertiam Felicem,
quam ego adhuc nulli nisi prouecto iam credidi; mihi
autem eo tempore credita est, quo et me canosum, qui
7 credebat cum gratulatione, uidit. sed ego in te non ex-
specto aetatem, cum et uirtutibus fulgeas et moribus pol-
8 leas. Vestes tibi triplices dari iussi, salarium duplex feci,
uexillarium deputaui.'

6 Longum est, si per res gestas tanti percurram uiri,
quae ille sub Valeriano, quae sub Gallieno, quae sub Au-

1 olei per biduum *om.* B^1 2 diurno P^1 3 bobulaci *BP*(*M*) pabuli aceti *scripsi* soalis *BP* oleum P^1

6 num *B* non *M* 8 tra^{s}misso *B* danubio *BPM* 10 uexilis B^1 12 quinquelibra B^1 13 Flaccum *M* 26 fulges *BP* 27 tribi B^1

reliano et Claudio priuatus fecerit, quoties murum con-
scenderit, uallum diripuerit, hostem comminus intereme-
rit, dona principum emeruerit, rem p. in antiquum statum
sua uirtute reddiderit. docet Gallieni epistula ad tribu- 2
nos data, qui fuerit Probus:

'Gallienus Augustus tribunis exercituum Illyricianorum.
Etiamsi patrem meum fatalis belli Persici necessitas tenuit,
habeo tamen parentem Aurelium Probum, quo laborante
possim esse securus. qui si adfuisset, numquam ille ne
nominandus quidem tyrannus sibi usurpasset imperium.
quare omnes uos consiliis eius cupio parere, qui et patris 3
iudicio probatus est et senatus.'

Non magnum fortassis iudicium Gallieni esse uideatur, 4
principis mollioris, sed, quod negari non potest, ne disso-
lutus quidem quispiam se nisi in eius fidem tradit, cuius
sibi uirtutes aestimat profuturas. sed esto, Gallieni epi- 5
stula sequestretur, quid Aureliani iudicium? qui Probo
decimanos, fortissimos exercitus sui et cum quibus ipse
ingentia gesserat, tradidit sub huius modi testimonio:

'Aurelianus Augustus Probo salutem dicit. Vt scias, 6
quanti te faciam, decimanos meos sume, quos Claudius
mihi credidit. isti enim sunt, qui quadam felicitatis
praerogatiua praesules nisi futuros principes habere non
norunt.'

Ex quo intellectum est Aurelianum in animo hic 7
habuisse, ut, si quid sibi scienti prudentique eueniret, Pro-
bum principem faceret. Iam Claudii, iam Taciti iudicia 7
de Probo longum est innectere, quamuis feratur in senatu
Tacitus dixisse, cum eidem offerretur imperium, debere
Probum principem fieri. sed ego senatus consultum ipsum
non inueni.

1 quotiens $P^3 M$ 2 cominus *P* interemit *BP* 3 principem B^1 6 tribuni B^1 tribunus *P t. Iord.* exercitum *BPM* 11 parare $B^1 P$ 12 probatur B^1 13 iudici *P t. Iord.* 16 sibi] siut *BP* ista B^3 21 sue P^1 22 credidisti en. BP^1 (*c.* P^3) 25 haec *M* hoc *S* 29 offeretur *B*

2 Ipse autem Tacitus imperator primam talem ad Pro-
bum epistulam dedit:
3 'Tacitus Augustus Probo. Me quidem senatus principem
fecit de prudentis exercitus uoluntate. attamen sciendum
tibi est tuis nunc umeris magis incubuisse rem p., qui et
quantus sis, omnes nouimus, scit senatus. adesto igitur
nostris necessitatibus, tuae familiae adsere, ut soles, rem p.
4 Nos tibi decreto totius orientis ducatu salarium quinqui-
plex fecimus, ornamenta militaria geminauimus, consula-
tum in annum proximum nobiscum decreuimus; te enim
manet pro uirtutibus tuis Capitolina palmata.'
5 Ferunt quidam Probo id pro imperii omine fuisse,
quod Tacitus scripsit: 'Te manet Capitolina palmata.'
sed in hanc sententiam omnibus semper consulibus scri-
bebatur.

8 Amor militum erga Probum ingens semper fuit, ne-
que enim umquam ille passus est peccare militem. ille
quin etiam Aurelianum saepe a graui crudelitate deduxit.
2 ille singulos manipulos adiit, uestes et calciamenta per-
spexit, si quid praedae fuit, ita diuisit, ut sibi nihil praeter
3 tela et arma seruaret. quin etiam cum de praedato, siue
ex Alanis siue ex aliqua alia gente incertum est, repper-
tus esset equus non decorus neque ingens, qui, quantum
captiui loquebantur, centum ad diem milia currere dice-
retur, ita ut per dies octo uel decem continuaret, et om-
nes crederent Probum tale animal sibimet seruaturum,
iam primum dixit: 'Fugitiuo militi potius quam forti hic
4 equus conuenit.' deinde in urnam milites iussit *nomen*
5 *suum* mittere, ut aliqui eum sorte ductus acciperet. et

3 tacitur B^1 4 uoluntatem B^1P^1 adtamen B 5 tuis] nis BP^1(*c.* P^3) 6 quantur B^1 sis] si BP^1(*c.* P^3) senatur B^1 adeosto B^1P^1 8 ducatus BP 14 hac B sententia B^2 17 peccari in militem C uacare mil. *Cornelissen p. 258* 19 manipu B^1P^1(*c.* P^3) manipulares B^2 uestar B (*in* P es *in ras.*) 21 telas P^1 pr. hic ex Al. BPM 22 aliqua] aqua B^1P^1(*c.* P^3) 26 talem BP^1 28 equu B^1P^1 (equas P^1 *t. Iord.*) equs B^2 nomen suum *om.* BP 29 aliqu' B aliquis M forte B accipere BP^1(*c.* P^3)

Digitized by Google

cum essent in exercitu quidam nomine Probi alii quat-
tuor milites, casu euenit, ut qui primum *emergeret, ei*
Probo nomen existeret, cum ipsius Probi ducis nomen
missum non esset. sed cum quattuor illi milites inter se 6
contenderent ac sortem sibi quisque defenderet, iussit ite-
rum agitari urnam, sed et iterum Probi nomen emersit;
cumque tertio et quarto fecisset, quarto Probi nomen
effusum est. tunc omnis exercitus equum illum Probo 7
duci dicauit, ipsis etiam militibus, quorum nomina exie-
rant, id uolentibus.

Pugnauit et contra Marmaridas in Africa fortissime 9
eosdemque uicit atque ex Libya Carthaginem transiit
eandemque a rebellionibus uindicauit. pugnauit et singu- 2
lari certamine contra quendam Aradionem in Africa eun-
demque prostrauit et, quia fortissimum ac pertinacissi-
mum uirum uiderat, sepulchro ingenti honorauit, quod
adhuc extat tumulo usque ad ducentos pedes terra ela-
tum per milites, quos otiosos esse numquam est passus.
extant apud Aegyptum eius opera, quae per milites stru- 3
xit, in plurimis ciuitatibus. in Nilo autem tam multa fecit,
ut uectigal frumentarium solus adiuuerit. pontes, templa, 4
porticus, basilicas labore militum struxit, ora fluminum
multa patefecit, paludes plerasque siccauit atque in his
segetes agrosque constituit. Pugnauit etiam contra Pal- 5
myrenos Odenati et Cleopatrae partibus Aegyptum defen-
dentes, primo feliciter, postea temere, ut paene capere-
tur, sed postea refectis uiribus Aegyptum et orientis
maximam partem in Aureliani potestatem redegit.

Cum igitur his tot ac tantis uirtutibus eniteret, Tacito 10

2 ut primum emergeret cui Probo *M* emergeret, ei *addidi* ut primum, cui Probo nomen, existeret *Eyssenh.* 3 probono B^1 pro BP^1(*c.* P^3) 5 defendere BP^1 *c.* P^3 7 tertio et *ante* quarto *add. Kellerbauer p. 647* 8 equom B^1P^1 9 exierat B^1P^1 *t. Iord.* 12 eosdenique B^1M libia *BP* 13 eademque B^1 16 ingen B^1P^1 17 terrae latum BP^1 terrae lato P^2M terra elato *S* terra elatum *scripsi* 19 extat *BP* mer B^1P stuxit B^1 25 Odenati] pro Athenodori *Oberdick p. 430* 29 ac *om.* B^1P et *M*

Digitized by Google

absumpto fataliter ac Floriano imperium arripiente omnes
2 orientalis exercitus eundem imperatorem fecerunt. non
inepta neque inelegans fabula est scire, quem ad modum
3 imperium Probus sumpserit: cum ad exercitus nuntius
uenisset, tum primum animus militibus fuit praeuenire
4 Italicos exercitus, ne iterum senatus principem daret. sed
cum inter milites sermo esset, quis fieri deberet, et manipulatim in campo tribuni eos adloquerentur, dicentes requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, uerecundum, clementem, probum, idque per multos circulos, ut fieri adsolet, diceretur, quasi diuino nutu undique ab omnibus adclamatum est: 'Probe Auguste, *dii te* seruent!'
5 deinde concursus et caespiticium tribunal, appellatusque imperator, ornatus etiam pallio purpureo, quod de statua templi oblatum est, atque inde ad Palatium reductus, inuitus ac retractans et saepe dicens: 'Non uobis expedit milites, non mecum bene agetis. ego enim uobis blandiri non possum.'

6 Prima eius epistula, data ad Capitonem praef. praet. talis fuit: 'Imperium numquam optaui et inuitus accepi.
7 deponere mihi rem inuidiosissimam non licet. agenda est persona, quam mihi miles inposuit. te quaeso, Capito, ita mecum salua re p. perfruaris, annonam et commeatus et, quicquid necessarium est ubique, militi pares. ego, quantum in me est, si recte omnia gubernaueris, praefectum alterum non habebo.'

8 Cognito itaque, quod imperaret Probus, milites Florianum, qui quasi hereditarium *arripuerat imperium,* interemerunt, scientes neminem dignius posse imperare quam

2 exercitur *BP* 3 inepta] inaegyptum *BP* 4 exercitur B^1 exercitum B^2 5 uen.] fuisset B^1 tam *BP* iam *Kellerbauer p. 647* 8 adloqueretur *B* 10 prob P^1 c. P^3 11 diuini B^1 12 di te *add.* P^3M te dii B^3 15 oblatus *BP* inuictus B^1 20 innuitus B^1 21 rem *om.* P^1 22 inposui B^1P^1(*c.* B^3P^3) capitu B^1 23 resp. *BP* perfluaris *BP* annona *BPM* commeatur B^1 24 milites *BPM* 28 arripuerat imperium *om.* *BP* 29 imp̄ *BP*

Probum. ita ei sine ulla molestia totius orbis imperium 9
et militum et senatus iudicio delatum est.

Et quoniam mentionem senatus fecimus, sciendum est, 11
quid ipse ad senatum scripserit, quid item ad eum amplis-
simus ordo rescripserit:

Oratio Probi prima ad senatum: 2

'Recte atque ordine, p. c., proximo superiore anno
factum est, ut uestra clementia orbi terrarum principem
daret, et quidem de uobis, qui et estis mundi principes et
semper fuistis et in uestris posteris eritis. atque utinam 3
id etiam Florianus exspectare uoluisset nec uelut heredi-
tarium sibi uendicasset imperium, uel illum uel alium
quempiam maiestas uestra fecisset. nunc quoniam ille im- 4
perium arripuit, nobis a militibus delatum est nomen Au-
gustum, uindicatum quin etiam in illum a prudentioribus
militibus, quod fuerat usurpatum. quaeso, ut de meis me-
ritis . . . . . . facturus quicquid iusserit uestra clementia.'

Item senatus consultum: 5

Die III nonas Feb. in aede Concordiae. inter cetera:
Aelius Scorpianus consul dixit: 'Audistis, p. c., litteras
Aurelii Valerii Probi: de his quid uidetur?' Tunc adcla- 6
matum est: 'Probe Auguste, dii te seruent. olim dignus
et fortis et iustus bonus ductor, bonus imperator;
exemplum militiae, exemplum imperii. dii te seruent.
adsertor rei p. felix imperes, magister militiae felix 7
imperes, te cum tuis dii custodiant. et senatus antea
te delegit. aetate Tacito posterior, ceteris prior. quod im- 8
perium suscepisti, gratias agimus. tuere nos, tuere rem
p. bene tibi committimus, quos ante seruasti. tu Franci- 9

1 modestia B^1 2 iudio P^1 7 ordinem B^1 ordinatim B^2 8 ut] ad *BP* ementiaor terr. BP^1 pricipem *P t. Iord.* 11 etiam *om. M* 16 *post* meritis *lacunam indicaui* 17 faciatis *uolg.* iusserit B^1 uestra B^2 19 nona BP^1 *c.* P^3 nonas Augustas *cum Tillemontio Clinton f. R. I p. 314. II p. 70.* non. Apr. *Giambelli p. 408* 21 Valerii *nomen aliunde non constat* 24 exemplum militiae *om.* B^1 25 adserto reipi *B* 28 suscepistis *BP*

cus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia.
et prius fuisti semper dignus imperio, dignus triumphis.
12 felix agas, feliciter imperes.' Post haec Manlius Statia-
nus, qui primae sententiae tunc erat, ita locutus est: 'Dis
inmortalibus gratias et prae ceteris, patres conscripti, Ioui
optimo, qui nobis principem talem, qualem semper optaba-
2 mus, dederunt. si recte cogitemus, non nobis Aurelianus,
non Alexander, non Antonini, non Traianus aut Claudius
requirendi sunt. omnia in uno principe constituta sunt,
rei militaris scientia, animus clemens, uita uenerabilis,
exemplar agendae rei p. atque omnium praerogatiua uirtu-
3 tum. enim uero quae mundi pars est, quam ille non uin-
cendo didicerit? testes sunt Marmaridae, in Africae solo
uicti, testes Franci, *in* inuiis strati paludibus, testes Ger-
4 mani et Alamanni, longe a Rheni summoti litoribus. iam
uero quid Sarmatas loquor, quid Gothos, quid Parthos ac
Persas atque omnem Ponticum tractum? ubique uigent
5 Probi uirtutis insignia. longum est dicere, quot reges
magnarum gentium fugarit, quot duces manu sua occide-
6 rit, quantum armorum sit, quae ipse cepit priuatus. su-
periores principes quas illi gratias egerint, testes sunt lit-
terae publicis insertae monumentis. dii boni, quoties ille
donis militaribus est donatus! quas militum laudes eme-
ruit! adulescens tribunatus, non longe post adulescentiam
7 regendas legiones accepit. Iuppiter optime maxime, Iuno
regina tuque uirtutum praesul Minerua, tu orbis Concor-
dia et tu Romana Victoria, date hoc senatui populoque
Romano, date militibus, date sociis atque exteris nationi-
8 bus: imperet quem ad modum militauit! decerno igitur,
p. c., uotis omnium concinentibus nomen imperatorium,

5 ceteris] teris $B^1 P^1$ *c.* $B^3 P^3$ 6 maximo *post* optimo *add. Kellerbauer p. 647. Cornelissen p. 258* 8 aut] non *M* 14 inius $B^1 P$ niuis B^3 inuiis *M* in *addidit S* 17 uigeant *BP* emicant *Kiessling* 18 uirtutes *BP* quod $B P^1$ 19 fugauerit $B^3 M$ quod *BP* 20 coepit *B* priuatus cepit *P* 23 multum P^1 principum *Kellerbauer p. 647* 26 minerba $B P^1$ 28 nationes B^1 30 concinnentibus B^3 nomen imperatorium *om. M*

Digitized by Google

nomen Caesareanum, nomen Augustum, addo proconsulare imperium, patris patriae reuerentiam, pontificatum maximum, ius tertiae relationis, tribuniciam potestatem.' Post haec adclamatum est: 'Omnes, omnes.'

Accepto igitur hoc s. c. secunda oratione permisit 13
patribus, ut ex magnorum iudicum appellationibus ipsi
cognoscerent, proconsules crearent, legatos *ex* consulibus
darent, ius praetorium praesidibus darent, leges, quas Pro-
bus ederet, senatus consultis propriis consecrarent.
Statim deinde, si quidam ex interfectoribus Aureliani 2
superfuerant, uario genere uindicauit, mollius tamen mode-
ratiusque quam prius exercitus et postea Tacitus uindica-
uerant. deinde animaduertit etiam in eos, qui Tacito 3
insidias fecerant. Floriani sociis pepercit, quod non ty-
rannum aliquem uidebantur secuti, sed sui principis fra-
trem. recepit deinde omnes Europenses exercitus, qui 4
Florianum et imperatorem fecerant et occiderant.

His gestis cum ingenti exercitu Gallias petit, quae 5
omnes occiso Postumo turbatae fuerant, interfecto Au-
reliano a Germanis possessae. tanta autem illic proelia 6
et tam feliciter gessit, ut a barbaris sexaginta per Gallias
nobilissimas reciperet ciuitates, praedam deinde omnem,
qua illi praeter diuitias etiam efferebantur ad gloriam.
et cum iam in nostra ripa, immo per omnes Gallias se- 7
curi uagarentur, caesis prope quadringentis milibus, qui
Romanum occupauerant solum, reliquias ultra Nigrum
fluuium et Albam remouit. tantum his praedae barba- 8
ricae tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant. contra
urbes Romanas castra in solo barbarico posuit atque illic

5 sedm *B* secundum *PM em. Gr.* orationem B^3 *PM* 6 iudicium BP^1M 7 ex *add. S* 8 Probus *delendum esse mihi uidetur* 10 si quidem ex int. *BP* si qui de int. *M* (denique?) si quidam ex int. *Kellerbauer p. 647* aurelianis *B* 16 curopenses B^1P 20 tata P^1 21 et tam *om. M* septuaginta *c. 15, 3* 22 receperit P^1 23 diuinas tamen *BPM* efferabantur *BP* 25 quadringentibus *B* quadrígentis *P* quadraginta *Kellerbauer p. 647* 26 reliquas *BPM* Nicrum *uolg.* 28 tulit *om.* P^1 29 castra *del. Maduig p. 648*

Digitized by Google

14 milites collocauit. agros et horrea et domos et annonam
Transrhenanis omnibus fecit, his uidelicet quos in excubiis
2 conlocauit. nec cessatum est umquam pugnari, cum co-
tidie ad eum barbarorum capita deferrentur, iam ad sin-
gulos aureos singula, quamdiu reguli nouem ex diuersis
3 gentibus uenirent atque ad pedes Probi iacerent. quibus
ille primum obsides imperauit, qui statim dati sunt, de-
4 inde frumentum, postremo etiam uaccas atque oues. di-
citur iussisse his acrius, ut gladiis non uterentur, Roma-
nam exspectaturi defensionem, si essent ab aliquibus uin-
5 dicandi. sed uisum est id non posse fieri, nisi si limes
Romanus extenderetur, et fieret Germania tota prouin-
6 cia. maxime tamen ipsis regibus consentientibus in eos
uindicatum est, qui praedam fideliter non reddiderunt.
7 accepit praeterea sedecim milia tyronum, quos omnes per
diuersas prouincias sparsit, ita ut numeris uel limitaneis
militibus quinquagenos et sexagenos intersereret, dicens
sentiendum esse non uidendum, cum auxiliaribus bar-
baris Romanus iuuatur.

15 Compositis igitur rebus in Gallia tales ad senatum
litteras dedit: 'Ago diis inmortalibus gratias, p. c., quia
2 uestra in me iudicia conprobarunt. subacta est omnis qua
tenditur late Germania, nouem reges gentium diuersarum
ad meos pedes, immo ad uestros, supplices stratique ia-
cuerunt. omnes iam barbari uobis arant, uobis iam se-
3 runt et contra interiores gentes militant. supplicationes
igitur uestro more decernite. nam et quadringenta milia
hostium caesa sunt, et sedecim milia armatorum nobis
oblata, et septuaginta urbes nobilissimae captiuitate ho-
4 stium uindicatae et omnes penitus Galliae liberatae. coro-
nas, quas mihi optulerunt omnes Galliae ciuitates aureas,
uestrae, p. c., clementiae dedicaui. has Ioui optimo ma-

2 transrhenaris B^1 4 defferentur *B* 14 feliciter P^1 19 iubatur BP^1 23 tenditus *BP* 25 seruiunt *BPM* 29 septuginta P^1 *c.* P^3 sexaginta *c. 13, 6* a *ante* captiu. *add.* P^3 33 as eas B^1 has eas B^2 eas *PM* (*in P ante* eas *tres fere litterae erasae*)

Digitized by Google

ximo ceterisque diis deabusque inmortalibus uestris ma-
nibus consecrate. praeda omnis recepta est, capta etiam 5
alia, et quidem maior, quam fuerat ante direpta. arantur 6
Gallicana rura barbaris bubus et iuga Germanica captiua
praebent nostris colla cultoribus, pascuntur ad nostrorum
alimoniam gentium pecora diuersarum, equinum pecus
nostro iam fecundatur equitatui, frumento barbarico ple-
na sunt horrea. quid plura? illis sola relinquimus sola,
nos eorum omnia possidemus. uolueramus, p. c., Ger- 7
maniae nouum praesidem facere, sed hoc ad pleniora
uota distulimus. quod quidem credimus conferre, cum di-
uina prouidentia nostros uberius secundarit exercitus.'

Post haec Illyricum petit. priusquam ueniret, Retias 16
sic pacatas reliquid, ut illic ne suspitionem quidem ullius
terroris relinqueret. in Illyrico Sarmatas ceterasque gen- 2
tes ita contudit, ut prope sine bello cuncta reciperet, quae
illi diripuerant. tetendit deinde iter per Thracias atque 3
omnes Geticos populos fama rerum territos et antiqui
nominis potentia pressos aut in deditionem aut in amici-
tiam recepit. his gestis orientem petit atque *in* itinere 4
potentissimo quodam latrone Palfuerio capto et interfecto
omnem Isauriam liberauit populis atque urbibus Roma-
nis legibus restitutis. barbarorum, qui apud Isauros sunt, 5
uel per terrorem uel urbanitatem loca ingressus est. quae
cum peragrasset, hoc dixit: 'Facilius est ab istis locis
latrones arceri quam tolli.' ueteranis omnia illa, quae 6
anguste adeuntur, loca priuata donauit, addens, ut eorum
filii ab anno octauo decimo, mares dumtaxat, ad militiam
mitterentur, ne latrocinare umquam discerent.

3 fuerant *BP* 5 nostram *uolg.* 7 *post* fecundatur B^2 *s. text. add.* equinum pecus nostro iam fecundat 8 solo nos *BPM* in solo *S* 9 nomina P^1 germani P^1 (*c.* P^3) 12 nostro BP^1 (*c.* P^3) fecundarit *BPM em. Eyssenh.* 14 illius *BP* 15 reliqueret *BP* 16 condit BP^1 (*c.* P^3) confudit *M* 20 in *om. BP* itine P^1 (*c.* P^3) 25 ho P^1 27 donauit *om.* B^1 29 latrocinari *M* quam discerent B^1P^1 hi quam P^3 condiscerent *S*

Digitized by Google

17 Pacatis denique omnibus Pamphyliae partibus cetera-
rumque prouinciarum, quae sunt Isauriae uicinae, ad
2 orientem iter flexit. Blemmyas etiam subegit, quorum
captiuos Romam transmisit, qui mirabilem sui uisum stu-
3 pente p. R. praebuerunt. Copten praeterea et Ptolomai-
dem urbes ereptas barbarico seruitio Romano reddidit
4 iuri. ex quo tantum profecit, ut Parthi legatos ad eum
mitterent confitentes timorem pacemque poscentes, quos
ille superbius acceptos magis timentes domum remisit.
5 fertur etiam epistula illius repudiatis donis, quae rex mi-
serat, ad Narseum talis fuisse: 'Miror te de omnibus, quae
nostra futura sunt, tam pauca misisse. habeto interim om-
nia illa, quibus gaudes. quae si nos habere cupiamus, sci-
6 mus, quem ad modum possidere debeamus.' His acceptis
litteris Narseus maxime territus, et eo praecipue quod
Copten et Ptolomaidem conperit a Blemmyis, qui eas
tenuerant, uindicatas caesosque ad internitionem eos, qui
gentibus fuerant ante terrori.

18 Facta igitur pace cum Persis ad Thracias redit et cen-
tum milia Basternarum in solo Romano constituit, qui
2 omnes fidem seruarunt. sed cum et ex aliis gentibus ple-
rosque pariter transtulisset, id est ex Gipedis, Grauthun-
gis et Vandulis, illi omnes fidem fregerunt et occupato
bellis tyrannicis Probo per totum paene orbem pedibus
et nauigando uagati sunt nec parum molestiae Romanae
3 gloriae intulerunt. quos quidem ille diuersis uicibus
uariisque uictoriis oppressit, paucis domum cum gloria

1 pamphiliae *BPM* 2 uicina *BPM* 3 blemmeas *BP* Blemas *M* 4 stupenti *S* 5 copte *BP* ptolomaidae (— de *P*) urbis *BP* 6 addidit *M* 7 parti *BP* 9 superius B^1 timente B^1P^1 (*c.* B^3P^3) 10 epistura P^1 *t. Iord.* rex Parthorum P^3M 11 Narseum] seum *P t. Iord.* 12 sunt fut. sunt B^1 fuisse B^1 misisse B^2 15 *fort.* territus est, et eo 16 copton B^1 pholomaidem P^1 pthol. P^3 qui erant uind. B^1 17 uindictas BP^1 *c.* P^3 20 asternarum BP^1 (*c.* P^3) 22 gautunnis *M* Greuthungis *Müllenhoff Haupt Ztschr. VIIII p. 135* 23 blandulis *BPM em. S* 26 uiciip B^1 27 uictorinis B^1 (*in P* is *in ras.*)

Digitized by Google

redeuntibus, quod Probi euasissent manus. Haec Probus
cum barbaris gessit.

Sed habuit etiam non leues tyrannicos motus. nam 4
et Saturninum, qui orientis imperium arripuerat, uariis
proeliorum generibus et nota uirtute superauit. quo uicto
tanta in oriente quies fuit, ut, quem ad modum uulgo loque-
bantur, mures rebelles nullus audiret. deinde cum Pro- 5
culus et Bonosus apud Agrippinam in Gallia imperium ar-
ripuissent omnesque sibi iam Brittannias, Hispanias et
bracatae Galliae prouincias uindicarent, barbaris semet iu-
uantibus uicit. ac ne requiras plura uel de Saturnino 6
uel de Proculo uel de Bonoso, suo eosdem inseram libro,
pauca de isdem, *ut* decet, immo ut poscit necessitas, lo-
cuturus. unum sane sciendum est, quod Germani omnes, 7
cum ad auxilium essent rogati a Proculo, Probo seruire
maluerunt quam cum Bonoso et Proculo *imperare*. Gallis 8
omnibus et Hispanis ac Brittannis hinc permisit, ut uites
haberent uinumque conficerent. ipse Almam montem in
Illyrico circa Sirmium militari manu fossum lecta uite
conseruit.

Dedit Romanis etiam uoluptates, et quidem insignes, 19
delatis etiam congiariis. triumphauit de Germanis et 2
Blemmyis, omnium gentium drungos usque ad quinqua-
genos homines ante triumphum duxit. uenationem in
circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet.
genus autem spectaculi fuit tale: arbores ualidae per mi- 3
lites radicitus uulsae conexis late longeque trabibus ad-
fixae sunt, terra deinde superiecta totusque circus ad sil-

5 praeliorum *B P* uirtutem *B P* 10 prouinciae B^1 11 saturnio *B P* 13 hisdem *B P M* ut *add. Egnat.* 15 pro seru. *B P* Probo potius perseru. P^3 *M* 16 imperare *addidi* (esse *add. uolg.*) 17 hispaniis *B P* permisit B^1 circa sirmium B^2 19 uitet *B P* 20 conseruitu *B P* *om. M* conseuit *uolg.* conseruit *Kellerbauer coll. Vict. ep. 37. Eutr. VIII 17* 21 uoluptatis *B* 23 blemmiis P^1 ad] atque *B* at *P* 25 dedi $B P^1$ (*c.* P^3) 27 radicibus *B P M* trauibus $B P^1$

4 uae consitus speciem gratia noui uiroris effronduit. missi
deinde per omnes aditus strutiones mille, mille cerui,
mille apri; iam damae, ibices, oues ferae et cetera herba-
tica animalia, quanta uel ali potuerunt uel inueniri. in-
5 missi deinde populares, rapuit quisque quod uoluit. edi-
dit alia die in amphitheatro una missione centum iubatos
6 leones, qui rugitibus suis tonitrus excitabant. qui omnes *e*
posticis interempti sunt, non magnum praebentes specta-
culum, quo occidebantur. neque enim erat bestiarum im-
petus ille, qui esse e caueis egredientibus solet. occisi
7 sunt praeterea multi, qui dirigere nolebant, sagittis. editi
deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syri; edi-
tae centum leaenae et ursi simul trecenti; quarum omnium
ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quam
8 gratum. edita praeterea gladiatorum paria trecenta Blem-
myis plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant
ducti, plerisque Germanis et Sarmatis, nonnullis etiam
latronibus Isauris.

20 Quibus peractis bellum Persicum parans, cum per
Illyricum iter faceret, a militibus suis per insidias in-
2 teremptus est. causae occidendi eius haec fuerunt: pri-
mum quod numquam militem otiosum esse perpessus est,
si quidem multa opera militari manu perfecit, dicens an-
3 nonam gratuitam militem comedere non debere. his ad-
didit dictum eis graue, si umquam eueniat, salutare rei p.,
4 breui milites necessarios non futuros. quid ille concepe-
rat animo qui hoc dicebat? nonne omnes barbaras gentes

1 noui] nobis *BPM* et frunduit *BP* gratiam — obtulit *M* immissi *M* 2 aditos B^1 strociones *BP* 3 mille damae *M* ibicos *BP* libycae *M* 5 paruit *BP* 6 die *om.* P^1 7 tonitrua *M* e *add. S* 8 posticis *BP* contisficiis *M* 9 cum occ. *M* 10 haec esse ab eis B^1 esse haec ab eis B^2P esse ab eis *M em. Petrus Faber* occissi *B* 11 uolebant *M* sediti *BP* sed ibidem immissi centum *M* 12 lybici *BP* syriaeditae *BP* syriacae *M em. S* 13 lanae *BP* lameae *M* 15 editum B^1 trecenta a bl. *BPM* 21 hae fuere *M* 22 ociosum BP^2 ocosum P^1 25 eius *BPM em. C*

Digitized by Google

subiecerat penitusque totum mundum fecerat iam Ro-
manum? 'Breui, inquit, milites necessarios non habebi- 5
mus.' quid est aliud dicere: Romanus iam miles erit
nullus. ubique regnabit, omnia possidebit secura res p.
orbis terrarum non arma fabricabitur, non annonam prae- 6
bebit, boues habebuntur aratro, equus nascetur ad pacem,
nulla erunt bella, nulla captiuitas, ubique pax, ubique
Romanae leges, ubique iudices nostri.

Longius amore imperatoris optimi progredior, quam 21
pedestris sermo desiderat. quare addam illud, quod prae-
cipue tanto uiro fatalem properauit necessitatem. nam 2
cum Sirmium uenisset ac solum patrium effecundari cu-
peret *et* dilatari, ad siccandam quandam paludem multa
simul milia militum posuit ingentem parans fossam, qua
deiectis in Sauum naribus loca Sirmiensibus profutura
siccaret. hac re moti milites confugientem eum in turrem 3
ferratam, quam ipse speculae causa elatissimam exaedi-
ficauerat, interemerunt anno imperii sui quinto. postea 4
tamen ingens ei sepulchrum elatis aggeribus omnes pari-
ter milites fecerunt cum titulo huius modi inciso marmori:
'Hic Probus imperator et uere probus situs est, uictor
omnium gentium barbararum, uictor etiam tyrannorum.'

Conferens ego cum aliis imperatoribus principem Pro- 22
bum omnibus prope Romanis ducibus, qua fortes, *qua*
clementes, qua prudentes, qua mirabiles extiterunt, in-
tellego hunc uirum aut parem fuisse aut, si non repugnat

1 subierat *BP* pedibusque *BPM* penitusque *Kellerbauer p. 647* quia totum *M* 4 regnauit *BP* possidebimus *BPM em. S* 6 boues] uobis *BPM em. S* atra *BP* aratra *M* 9 longius *om. B* imperatores *B* 12 sermium *BP* 13 et *om. BP* sicandam B^1 14 quam *BP* 15 saltum *BP* altum *M em. Closs* nauibus *M* umoribus *Maduig p. 649* 16 sicaret *B* haec perm. *B* hac perm. *P* ac perm. *M em. S* 17 quam] tamquam BP^1 et letissimam B^1 et latissimam B^2PM *em. Gr.* exaedificauit B^2 18 quanto B^1 23 conferenti mihi cum *BP* 24 quasi fortes *BP* qui *M* (*sic semper*) qua *ante* clem. *om. BP* 26 patrem B^1

Digitized by Google

2 inuidia furiosa, meliorem. quinquennio enim imperii sui
per totum orbem terrarum tot bella gessit, et quidem per
se, ut mirabile sit, quem ad modum omnibus occurrerit
3 proeliis. multa manu sua fecit, duces praeclarissimos in-
stituit. nam ex eius disciplina Carus, Diocletianus, Con-
stantius, Asclepiodotus, Annibalianus, Leonides, Cecropius,
Pisonianus, Herennianus, Gaudiosus, Vrsinianus et ceteri,
quos patres nostri mirati sunt, et de quibus nonnulli boni
4 principes extiterunt. conferat nunc, cui placet, uiginti
Traiani Hadrianique annos, conferat prope totidem Anto-
ninorum. nam quid de Augusto loquar, cuius imperii an-
nis uix potest aduiui? malos autem principes taceo. ipsa
uox Probi clarissima indicat, quid se facere potuisse spe-
23 raret, qui dixit breui necessarios milites non futuros. ille
2 uero conscius sui non barbaros timuit, non tyrannos. quae
deinde felicitas emicuisset, si sub illo principe milites non
fuissent? annonam prouincialis daret nullus, stipendia de
largitionibus nulla erogarentur, aeternos thesauros habe-
ret Romana res p., nihil expenderetur a principe, nihil a
possessore redderetur: aureum profecto saeculum promit-
3 tebat. nulla futura erant castra, nusquam lituus audien-
dus, arma non erant fabricanda, populus iste militantium,
qui nunc bellis ciuilibus rem p. uexat, araret, studiis in-
cumberet, erudiretur artibus, nauigaret. adde quod nul-
4 lus occideretur in bello. dii boni, quid tantum uos offen-
5 dit Romana res p., cui talem principem sustulistis? eant
nunc, qui ad ciuilia bella milites parant, in germanorum
necem arment dexteras fratrum, hortentur in patrum uul-
nera liberos et diuinitatem Probo derogent, quam impe-

6 asclepiodotos *P*[1] 7 ursianus *B* *post* Vrsinianus *P*[3]*M add.* Herculius Maximianus 9 *post* extiterunt *M add.* instituti sunt 10 annoninorum *B*[1] 11 ouius *B*[1] anni *BPM em. Obrecht* 12 attiui *B* atuiui *P* anni u. possunt credi *M em. Obrecht* anni uix possunt attingi *Klein p. 290* 15 *fort.* uere 18 largitionibus] gargitionibus *B* (*in P* l *in ras.*) 19 expederetur *P*[1] 20 aureum *B*[1] 21 numquam *B*[1] 23 aparet *BP* apparet *M em. S* 24 adde — bello *an Vopisci?* nullos *BP*[1] 27 milides *B*[1]

ratores nostri prudenter et consecrandam uultibus et or-
nandam templis *et* celebrandam ludis circensibus iudica-
runt.

Posteri Probi uel odio uel inuidiae timore Romanam 24
rem fugerunt et in Italia circa Veronam ac Benacum et
Larium atque in his regionibus larem locauerunt. sane 2
quod praeterire non potui, cum imago Probi in Veronensi
sita fulmine icta esset, ita ut eius praetexta colores muta-
ret, haruspices responderunt huius familiae posteros tan-
tae in senatu claritudinis fore, ut omnes summis honoribus
fungerentur. sed adhuc neminem uidimus, posteri autem 3
aeternitatem uidentur habere, non modum.

Senatus mortem Probi grauissime accepit, aeque po- 4
pulus. et cum esset nuntiatum Carum imperare, uirum
bonum quidem sed longe a moribus Probi, Carini causa
filii eius, qui semper pessime uixerat, tam senatus quam 5
populus inhorruit. metuebant enim unusquisque tristio-
rem principem, sed magis improbum metuebant heredem.

Haec sunt, quae de Probo cognouimus uel quae digna 6
memoratui aestimauimus. nunc in alio libro, et quidem 7
breui, de Firmo et Saturnino et Bonoso et Proculo dice-
mus. non enim dignum fuit, ut quadrigae tyrannorum 8
bono principi miscerentur. post inde si uita suppetit,
Carum incipiemus propagare cum liberis.

1 cultibus *Cornelissen p. 69 et 259* 2 et *om.* *BPM* 4 inumdiae uel B^1 inuidiae uel B^2P in uno die *M em. C* 5 refugerunt BP^2 fugerunt P^1 Romamarifugerunt *M* urbem fug. *Rösinger p. 11* acunacum *BP* 7 ueronensis ita *BP* ueronensis fritorii situ *M* Veronensi sita *scripsi* 8 iecta B^1P iacta B^2 ita *om.* *M* 12 Non modo senatus *Eyssenh.* 13 aegre *Cornelissen p. 259* populos *B* 16 senatur *B* 18 metuebat *BP* 19 hae *BP* pro B^1P^1 *c.* P^3 gnouimus P^1 *c.* P^3 23 principe *BP* misceretur B^1 deinde *M* 24 proparare P^1 libris BP^1 (*c.* P^3)

Digitized by Google

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

FIRMVS SATVRNINVS PROCVLVS ET BONOSVS

1 Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse aut bre-
uiter praeterisse. nam et Suetonius Tranquillus, emenda-
tissimus et candidissimus scriptor, Antonium Vindicem-
que tacuit, contentus eo quod eos cursim perstrinxerat,
et Marius Maximus Auidium Marci temporibus, Albinum
et Nigrum Seueri non suis propriis libris sed alienis in-
2 nexuit. et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit
amare breuitatem. quid Marius Maximus, homo omnium
uerbosissimus, qui et mythistoricis se uoluminibus inpli-
cauit, num ad istam descriptionem curamque descendit?
3 atque contra Trebellius Pollio ea fuit diligentia, ea cura
in edendis bonis malisque principibus, ut etiam triginta
tyrannos uno breuiter libro concluderet, qui Valeriani et
Gallieni nec multo superiorum aut inferiorum principum
4 fuere temporibus. quare etiam † quoque etiamsi, non tamen
minima fuerit cura, ut dictis Aureliano, Tacito et Floriano,

1 incipit eiusdem firmus saturninus proculus et bonos B^1 P^1 bonosus B^2 P^2 6 antoninum *BPM* uindicem tacuit — maximus qui auid. *BPM* Vindicemque tacuit — Maximus Auidium *scripsi* 9 scuiri *BP t. Iord.* 12 mythis throricis *B* mythis thoricis P^1 mythis histhoricis P^3 historicis *M* 14 at *M* treuis *BP* 16 uni *BP an* uni — libro includeret?
18 quare nobis quoque *M* quare etsi iam coerceamus stilum, non tamen *Vnger p. 512*

Digitized by Google

Probo etiam, magno ac singulari principe, cum dicendi essent Carus, Carinus et Numerianus, de Saturnino, Bonoso et Proculo et Firmo, qui sub Aureliano fuerant, non taceremus.

Scis enim, mi Basse, quanta nobis contentio proxime 2
fuerit cum amatore historiarum Marco Fonteio, cum ille
diceret Firmum, qui Aureliani temporibus Aegyptum
occupauerat, latrunculum fuisse, non principem, contra
ego mecumque Rufus Celsus et Ceionius Iulianus et Fa-
bius Sossianus contenderent, dicentes illum et purpura
usum et percussa moneta Augustum esse uocitatum, cum
etiam nummos eius Seuerus Archontius protulit, de Grae-
cis autem Aegyptiisque libris conuicit, illum αὐτοκράτορα
in edictis suis esse uocatum. et illi quidem aduersum nos 2
contendenti haec sola ratio fuit, quod dicebat Aurelianum
in edicto suo non scripsisse, quod tyrannum occidisset,
sed quod latrunculum quendam a re p. remouisset; per-
inde quasi digne tanti princeps nominis debuerit tyran-
num appellare hominem tenebrarium, aut non semper
latrones uocitauerint magni principes eos, quos inuaden-
tes purpuras necauerunt. ipse ego in Aureliani uita, prius- 3
quam de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non inter c. 32.
purpuratos habui sed quasi quendam latronem; quod
idcirco dixi, ne quis me oblitum aestimaret mei. sed ne 4
uolumini, quod breuissimum promisi, multa conectam,
ueniamus ad Firmum.

Firmo patria Seleucia fuit, tametsi plerique Graeco- 3
rum alteram tradunt, ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorum unus praefectus Aegypti, alter dux limitis Africani idemque pro consule, tertius iste Zenobiae amicus ac socius, qui Alexandriam Aegyptiorum incitatus

6 armatore *BP* fronteio *BPM* 9 rufius *BPM* fauius *BP*^{1} 12 seuerunt *B* arcontius *BPM* 13 autocratora *BPM* 14 nos] non *BPM* 18 digni *BP* dignitatis pr. nomine *M em. S* 20 uocitauerunt *BPM* 23 puratos *P*^{1} (*c. P*^{3}) 24 neque *BP* 27 seleutia *BP* 29 firmus *B*^{1} *postea* is *eras.* 30 zenouiae *BP*^{1} 31 incitatur *B*

furore peruasit, et quem Aurelianus solita uirtutum sua-
2 rum felicitate contriuit. De huius diuitiis multa dicuntur.
nam et uitreis quadraturis bitumine aliisque medicamen-
tis insertis domum instruxisse perhibetur et tantum ha-
buisse de chartis, ut publice saepe diceret exercitum se
3 alere posse papyro et glutine. idem et cum Blemmyis
societatem maximam tenuit et cum Saracenis. naues quo-
4 que ad Indos negotiatorias saepe misit. ipse quoque di-
citur habuisse duos dentes elephanti pedum denum, e
quibus Aurelianus sellam constituerat facere additis aliis
duobus, in qua Iuppiter aureus et gemmatus sederet
cum specie praetextae ponendus in templo Solis, Appen-
ninis sortibus adductus, quem appellari uoluerat Iouem
5 Consulem uel Consulentem. sed eosdem dentes postea
Carinus mulieri cuidam dono dedit, quae lectum ex his
fecisse narratur. *quam,* quia et nunc scitur et sciri apud po-
6 steros nihil proderit, taceo. ita donum Indicum, Ioui opti-
mo maximo consecratum, per deterrimum principem et
ministerium libidinis factum uidetur *et* pretium.

4 Fuit tamen Firmus statura ingenti, oculis foris emi-
nentibus, capillo crispo, fronte uulnerata, uultu nigriore,
reliqua parte corporis candidus sed pilosus atque hispi-
2 dus, ita ut eum plerique Cyclopem uocarent. carne multa
uescebatur, struthionem ad diem comedisse fertur. uini
non multum bibit, aquae plurimum, mente firmissimus,
neruis robustissimus, ita ut Tritanum uinceret, cuius

3 uitumine BP^1 4 introduxisse *BPM em. Vrsinus* 5 cartis *BP* 6 papyra *BP* glutino *M* 7 tenuis et BP^1 tenuisset P^3 8 negotiariis *B* negotiatoriis *P* *post* quoque *BP add.* ipse perhibetur, *an in uersum sup. sunt transponendi et scribendum* tenuisse perhibetur? 9 elephantinos P^3 denique B^1 10 aditis *BP* 12 Apouinis *C* 13 sordibus B^1 additis *BPM* adductus *scripsi* (*Eyssenh.*) 16 quam *add. Haupt Op. III p. 476* quae *Maduig p. 649* 17 domum *BP* 19 libiuinis P^1 et *om. BPM* 20 inminentibus B^1 21 nigro *Kellerbauer p. 647* 25 ibit B^1 mento — robustissimis *Kellerbauer p. 647* 26 trianum B^1P^1 tritannum B^2 tritanum P^2 trinarium *M*

Digitized by Google

Varro meminit. nam et incudem superpositam pectori con- 3
stanter aliis tundentibus pertulit, cum ipse reclinis ac re-
supinus et curuatus in manus penderet potius quam iace-
ret. fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad
bibendum, si quando eum temptare uoluissent. nam qui- 4
dam Burburus nomine de numero uexillariorum, notissi-
mus potator, cum ad bibendum eundem prouocasset, si-
tulas duas plenas mero duxit et toto postea conuiuio
sobrius fuit; et cum ei Burburus diceret: 'Quare non
faeces bibisti?' respondit ille: 'Stulte, terra non bibitur.'
leuia persequimur, cum maiora dicenda sint.

Hic ergo contra Aurelianum sumpsit imperium ad de- 5
fendendas partes, quae supererant, Zenobiae. sed Aure-
liano de Thraciis redeunte superatus est. multi dicunt 2
laqueo eum uitam finisse: aliud edicto suo ostendit *Aure-
lianus.* namque cum eum uicisset, tale edictum Romae
proponi iussit:

'Amantissimo sui populo Romano Aurelianus Augustus 3
salutem dicit. Pacato undique gentium toto, qua late patet,
orbe terrarum Firmum etiam latronem Aegyptium, barbari-
cis motibus aestuantem et feminei propudii reliquias col-
ligentem, ne plurimum loquar, fugauimus, obsedimus, cru-
ciauimus et occidimus. nihil est, Romulei Quirites, quod 4
timere possitis. canon Aegypti, qui suspensus per latronem
inprobum fuerat, integer ueniet. sit uobis cum senatu con- 5
cordia, cum equestri ordine amicitia, cum praetorianis
adfectio. ego efficiam, ne sit aliqua sollicitudo Romana.
uacate ludis, uacate circensibus. nos publicae necessita- 6
tes teneant, uos occupent uoluptates. quare sanctissimi
Quirites,' et reliqua.

1 Varro Aelius *M* suppositam *B* 2 studentibus *BP* reclinus *M* ruspinus *B* 4 contio *B* ducabus B^1 5 eius *BP* uoluisset *BP* 7 saitias *BP* 12 hinc B^1 13 superant B^1 14 Thraciis] Carris *M quod tenet Oberdick römerfeindl. Beweg. im Or. p. 160—163, at uid. XXVI 32, 2* superatur B^1 15 dictis sui *B* dictis suis *P* edictis suis *M* edicto suo *scripsi* Aurelianus *om. BPM* 19 lata *BP* 21 colligendum *BP* 24 egypti *B*

6 Haec nos de Firmo cognouisse scire debuisti, sed
2 digna memoratu. nam ea, quae de illo Aurelius Festiuus,
libertus Aureliani, singillatim rettulit, si uis cognoscere,
eundem oportet legas, maxime cum dicat Firmum eun-
dem inter crocodillos, unctum crocodillorum adipibus,
natasse et elephantum rexisse et hippopotamo sedisse et
sedentem ingentibus strutionibus uectum esse et quasi
3 uolitasse. sed haec scire quid prodest? cum et Liuius et
Sallustius taceant res leues de is, quorum uitam ar-
4 ripuerunt. non enim scimus, quales mulos Clodius
habuerit aut mulas Titus Annius Milo, aut utrum Tusco
equo sederit Catilina an Sardo, uel quali clamide Pom-
5 peius usus fuerit purpura. quare finem de Firmo facie-
mus uenientes ad Saturninum, qui contra Probum impe-
rium sibimet in orientis partibus uindicauit.

7 S a t u r n i n u s oriundo fuit Gallus, ex gente hominum
inquietissima et auida semper uel faciendi principis uel
2 imperii. huic inter ceteros duces, quod uere summus uir
esset, certe uideretur, Aurelianus limitis orientalis duca-
tum dedit, sapienter praecipiens, ne umquam Aegyptum
3 uideret. cogitabat enim, quantum uidemus, uir prudentis-
simus Gallorum naturam et uerebatur, ne, si praeturbidam
ciuitatem uidisset, quo eum natura ducebat, eo societate
4 quoque hominum duceretur. sunt enim Aegyptii, ut satis no-
sti, uiri uentosi, furibundi, iactantes, iniuriosi atque adeo
uani, liberi, nouarum rerum usque ad cantilenas publicas cu-

1 debuistis B^2 4 oportebat B^1 6 hippopatamos edisse *BPM em. Turnebus* 7 strucionibus *BP* 9 his *BPM* uita *BPM em. S* 12 catillino *B* catillina *P* in clam. *Klein p. 290* 13 purpura *del. Eyssenh.* 16 Saturninus *in BP colore rubro pictum* De Saturnino. Saturninus oriundus fuit Gallis *M* 17 uel *ante* fac. *om.* B^1 18 imperii *BPM conieci* interimendi uerisset *BP* (quos uere scire *M*) uir esset *scripsi* 19 uiderentur *BP* 20 egyptum *B* (*sic per hoc cap. et duo seqq.*) 22 perturb. *M* 23 e *BPM* eo *S* 25 uiri] uenti *BP delet Eyss.* (*Bährens p. 663*) *an* cuncti? 26 uasi *BP* auidi nou. r. *M* uafri *Bährens p. 663* quasi *Klein p. 290*

Digitized by Google

pientes, uersificatores, epigrammatarii, mathematici, haru-
spices, medici. nam sunt Christiani, Samaritae et quibus 5
praesentia semper tempora cum enormi libertate dis-
pliceant. Ac ne quis mihi Aegyptiorum irascatur et meum 6
esse credat, quod in litteras rettuli, Hadriani epistolam
ponam ex libris Phlegontis liberti eius proditam, ex qua
penitus Aegyptiorum uita detegitur.

'Hadrianus Augustus Seruiano consuli salutem. 8

Aegyptum, quam mihi laudabas, Seruiane carissime,
totam didici leuem, pendulam et ad omnia famae momenta
uolitantem. illic qui Serapem colunt, Christiani sunt et de- 2
uoti sunt Serapi, qui se Christi episcopos dicunt, nemo illic
archisynagogus Iudaeorum, nemo Samarites, nemo Chri- 3
stianorum presbyter non mathematicus, non haruspex,
non aliptes. ipse ille patriarcha cum Aegyptum uenerit, 4
ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum. ge- 5
nus hominum seditiosissimum, uanissimum, iniuriosissi-
mum, ciuitas opulenta, diues, fecunda, in qua nemo uiuat
otiosus. alii uitrum conflant, aliis charta conficitur, *alii* 6
linifiones, omnes certe cuiuscumque artis et uidentur et
habentur. podagrosi quod agant habent, habent [cesi quod
agant habent] caeci quod faciant, ne chiragrici quidem
aput eos otiosi uiuunt. unus illis deus nummus est. hunc 7
Christiani, hunc Iudaei, hunc omnes uenerantur et gentes.

2 eis *BPM* sunt *scripsi* in eis *Petschenig p. 33* cristiani *B* (*semper*) *P* (*exceptis duobus locis c. 8 § 4 et § 7*) samarite *B* 6 romam *BPM* inseram *uel* ponam (*cf. c. 12, 6*) *scripsi exerc. crit. p. 21* promam *Eyssenh.* et *B* flegontis *BP* 11 illa *BP* illi *M em. C* 13 iudeorum *BP* 14 presbiter *BP* 15 aliptas *BP* 16 cogita *B* cristum *B* 19 comflant *B* ab aliis *M* cartha *BPM* comficitur *BM* alii *add. S* 20 omnes certe linifiones *BPM transposuit S* 21 habentur] habent *BM* habentur. habent podagrosi *Kellerbauer p. 647* cesi quod agant habent *eiecit S* 23 nullus *BP om. M em. Vossius ad Catull. p. 29*, *A. de Gutschmid ad Sharpe Gesch. Aegypt. II 146, 3, Lehrs. ap. Friedlaender. Darstellungen*[5] *II p. 138* 24 iudei *B* hunc diuites uenerantur et egentes *Cornelissen p. 69*

Digitized by Google

et utinam melius esset morata ciuitas, digna profecto, quae
pro sui fecunditate, quae pro sui magnitudine totius Ae-
8 gypti teneat principatum. huic ego cuncta concessi, ue-
tera priuilegia reddidi, noua sic addidi, ut praesenti gra-
tias agerent. denique ut primum inde discessi, et in filium
meum Verum multa dixerunt, et de Antinoo quae dixerint,
9 comperisse te credo. nihil illis opto, nisi ut suis pullis
alantur, quos quem ad modum fecundant, pudet dicere.
10 Calices tibi allassontes uersicolores transmisi, quos mihi
sacerdos templi obtulit, tibi et sorori meae specialiter de-
dicatos, quos tu uelim festis diebus conuiuiis adhibeas. ca-
ueas tamen, ne his Africanus noster indulgenter utatur.'
9 Haec ergo cogitans de Aegyptiis Aurelianus iusserat,
ne Saturninus Aegyptum uideret, et mente quidem diuina.
nam ut primum Aegyptii magnam potestatem ad se ue-
nisse uiderunt, statim clamauerunt: 'Saturnine Auguste,
2 di te seruent!' et ille quidem, quod negari non potest,
uir sapiens de Alexandrina ciuitate mox fugit atque ad
3 Palaestinam rediit. ibi tamen cum cogitare coepisset tu-
tum sibi non esse, si priuatus uiueret, deposita purpura
ex simulacro Veneris cyclade uxoria militibus circumstan-
4 tibus amictus et adoratus est. auum meum saepe dicen-
5 tem audiui se interfuisse, cum ille adoraretur. 'flebat', in-
quit, 'et dicebat: "Necessarium, si non adroganter dicam,
res p. uirum perdidit. ego certe instauraui Gallias, ego a
Mauris possessam Africam reddidi, ego Hispanias pacaui.
sed quid prodest? omnia haec adfectato semel honore
perierunt."
10 Et cum eum animarent uel ad uitam uel ad impe-

1 quae pro *om.* *M* 2 funditate *BP* profunditate *M* fecunditate *Reg.* 3 teneant *BP t. Iord.* ergo B^1 6 antonino *BPM em. Egnat.* 9 alassenas B^1 uersicoloris transmissi *B* id est uers. *S* uersicolores *del. misc. obs. III p. 249* 12 tantum B^1 18 ciuitatem *B* mox *add.* B^2 19 palestinam *BP* 21 conclude BP^1 cum *add.* P^3 cum chlamyde *M* cyclade serica *Cornelissen p. 69* 23 auidi B^1 25 rei p. u. perdidistis *Gemoll p. 12* perducit B^1

Digitized by Google

rium, qui amicuerunt purpuram, in haec uerba disseruit:
'Nescitis, amici, quid mali sit imperare. gladii saeta pen- 2
dentes ceruicibus inminent, hastae undique, undique spi-
cula. ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur.
non cibus pro uoluptate, non iter pro auctoritate, non
bella pro iudicio, non arma pro studio. adde, quod omnis 3
aetas in imperio reprehenditur: senex est quispiam? inha-
bilis uidetur; adulescens? est furiosus. iam quid ama-
bilem omnibus Probum dico? cui *cum* me aemulum esse
cupitis, cui libens cedo et cuius dux esse cupio, in ne-
cessitatem mortis me trahitis. habeo solatium mortis:
solus perire non potero.' Marcus Saluidienus hanc ipsius 4
orationem uere fuisse dicit, et fuit re uera non parum lit-
teratus. nam et in Africa rhetori operam dederat, Romae
frequentauerat pergulas magistrales.

Et ne longius progrediar, dicendum est, quod praeci- 11
pue ad hunc pertinet, errare quosdam et putare hunc
esse Saturninum, qui Gallieni temporibus imperium occu-
pauit, cum is longe alius sit et Probo paene nolente sit
occisus. fertur autem Probus et clementes ad eum litte- 2
ras saepe misisse et ueniam esse pollicitum, sed milites,
qui cum eo fuerant, non credidisse. obsessum denique 3
in castro quodam ab is, quos Probus miserat, inuito Probo
esse iugulatum.

Longum est friuola quaeque conectere, odiosum di- 4
cere, quali statura fuerit, quo corpore, quo decore, quid

1 amugierunt *BP* quia induerunt *M em. C* qui amicuerant purpura *Kellerbauer p. 647* disserui *B* (*in P* it *in ras.*) 2 gladiis et a pendentibus *BP* 5 inter *BP* 8 additur his et furore *BPM* (*in qua* furor). adulescens? est furiosus *scripsi* 9 cui memulum BP^1 cui me aemulum P^3M cum *add. S* 10 in me nec. *B* 14 rectorio *BP* rhetoricae *M em. Bährens p. 663* 15 frequentauerant pergula ministrales *BP* 16 ut ne *BP* at *Bährens p. 663* ac *Kellerbauer p. 647* 17 hanc B^1 ad hunc B^2 quosdam scio *M* 19 his *BP* fuit et *M* a probo *P t. Iord.* poene uolens *BPM* 22 erant P^1 23 his *BPM* 25 fribola *B* odiosus *BP* et odiosum *M*

Digitized by Google

biberit, quid comederit, ab aliis ista dicantur, quae prope ad exemplum nihil prosunt. nos ad ea, quae sunt dicenda, redeamus.

12 **Proculo** patria Albingauni fuere, positi in Alpibus
maritimis. domi nobilis sed maioribus latrocinantibus
atque adeo pecore ac seruis et is rebus, quas abduxerat,
2 satis diues. fertur denique eo tempore, quo sumpsit impe-
3 rium, duo milia seruorum suorum armasse. huic uxor ui-
rago, quae illum in hanc praecipitauit dementiam, nomine
Samso, quod ei postea inditum est, nam antea Vituriga
4 nominata est. filius Herennianus, quem et ipsum, si quin-
quennium implesset, ita enim loquebatur, dicasset im-
5 perio. homo, quod negari non potest ...... idemque for-
tissimus, ipse quoque latrociniis adsuetus, qui tamen ar-
matam semper egerit uitam. nam et multis legionibus
6 tribunus praefuit et fortia edidit facta. Et quoniam minima
quaeque iocunda sunt atque habent aliquid gratiae cum
leguntur, tacendum non est, quod et ipse gloriatur in
quadam sua epistola, quam ipsam melius est ponere quam
de ea plurimum dicere.

7 'Proculus Maeciano adfini salutem dicit. Centum ex
Sarmatia uirgines cepi. ex his una nocte decem iniui;
omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra dies quin-
decim reddidi.'

8 Gloriatur, ut uides, rem ineptam et satis libidinosam

1 ad exemplum prope *Bährens p. 663* 4 Proculus *litteris atris maiusculis pictum in B P* alhingat$\overset{h}{u}$ni *B* (*in P inter* a *et* u *ras.*) 5 nobiles *BPM* 6 ideo *Bährens p. 663*, *Kellerbauer p. 648* his *BPM* abduxerant *Bährens p. 663* 9 clementiam *B* 10 Sampso *M* 12 quennium P^1 dicasset] *an* designasset? *cf. III 7, 4* 13 potest optimus *M* eidemque *BP* fortissimus idemque ipse *Bährens p. 663* 16 forti B^1 18 et *om. B* 21 metiano *BM* maetiano *P* Maeciano *scripsi* (*Eyssenh.*) 22 armatia *BPM* coepi *B* inui *BP*

Digitized by Google

atque inter fortes se haberi credit, si criminum densitate
coalescat.

Hic tamen cum etiam post honores militares se in- 13
probe libidinose tamen fortiter gereret, hortantibus Lug-
dunensibus, qui et ab Aureliano grauiter contusi uide-
bantur et Probum uehementissime pertimescebant, in
imperium uocitatus est, ludo paene ac ioco, ut Onesimus
dicit, quod quidem aput nullum alium repperisse me scio.
nam cum in quodam conuiuio ad latrunculos luderetur, 2
atque ipse decies imperator exisset, quidam non ignobilis
scurra 'Aue' inquid, 'Auguste' adlataque lana purpurea
umeris eius iunxit eumque adorauit; timor inde conscio-
rum atque inde iam exercitus temptatio et imperii. non 3
nihilum tamen Gallis profuit. nam Alamannos, qui tunc
adhuc Germani dicebantur, non sine gloriae splendore
contriuit, numquam aliter quam latrocinandi pugnans
modo. Hunc tamen Probus fugatum usque ad ultimas 4
terras et cupientem in Francorum auxilium uenire, a qui-
bus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus
Francis, quibus familiare est ridendo fidem frangere, uicit
et interemit. Posteri eius etiam nunc apud Albingaunos 5
agunt, qui ioco solent dicere sibi non placere esse uel
principes uel latrones.

Haec digna memoratu de Proculo didicisse me me- 6
mini. ueniamus ad Bonosum, de quo multo minora condidi.

Bonosus domo Hispaniensi fuit, origine Brittannus, 14
Galla tamen matre, ut ipse dicebat, rhetoris filius, ut
ab aliis comperi, paedagogi litterarii. paruulus patrem
amisit atque a matre fortissima educatus litterarum nihil
didicit. militauit primum inter ordinarios, deinde inter 2

2 insolescat *Cornelissen p. 259* 3 militares cum se *BPM* cum *eiecit uolg.* 4 regeret *BP* ageret *M* gereret *Bährens p. 664, Gemoll p. 12, Kellerbauer p. 648* 7 poene *B* 10 ignobiles B^1 11 purporea B^1P 12 uincxit *B* uinxit *P* 21 capud galb. B^1 22 plucere P^1 24 memni *P t. Iord.* 26 Bonosus *litt. atris maiusc. pictum in BP* 27 rethoris *BP*

Digitized by Google

equites; duxit ordines, tribunatus egit, dux limitis Re-
3 tici fuit, bibit, quantum hominum nemo. de hoc Aurelia-
nus saepe dicebat: 'Non ut uiuat, natus est, sed ut bibat.'
4 quem quidem diu in honore habuit causa militiae. nam
si quando legati barbarorum undecumque gentium uenis-
sent, ipsi propinabantur, ut eos inebriaret atque ab his
per uinum cuncta cognosceret. ipse quantumlibet bibisset,
semper securus et sobrius et, ut Onesimus dicit, scriptor
5 uitae Probi, adhuc in uino prudentior. habuit praeterea
rem mirabilem, ut quantum bibisset, tantum mingeret,
neque umquam eius aut pectus aut uenter aut uesica gra-
uaretur.

15 Hic idem, cum quodam tempore in Reno Romanas lu-
sorias Germani incendissent, timore ne poenas daret,
sumpsit imperium, idque diutius tenuit quam merebatur.
2 nam longo grauique certamine a Probo superatus laqueo
uitam finiuit, cum quidem iocus extitit amphoram pen-
dere, non hominem.

3 Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit,
uxore quoque eius in honore habita et usque ad mortem
4 salario praestito. fuisse enim dicitur, ut et auus meus
dicebat, femina singularis exempli et familiae nobilis,
gentis tamen Gothicae; quam illi Aurelianus uxorem id-
circo dederat, ut per eum a Gothis cuncta cognosceret.
5 erat enim illa uirgo regalis. Extant litterae ad legatum
Thraciarum scriptae de his nuptiis et donis, quae Au-
relianus Bonoso dari nuptiarum causa iussit, quas ego
inserui:

6 'Aurelianus Augustus Gallonio Auito salutem. Supe-
rioribus litteris scripseram, ut optimates Gothicas apud

1 militis *BPM* 6 ipsis propinabat *M* 8 nescimus *BP* 10 mangeretur B^1 mingeretur B^2P 11 graueretur BP^1 13 luxorias *BP(M) em. Gr.* 14 penas *B* paenas *P* 15 non *ante* diutius *add.* B^2 20 uxorem *BP* 23 tamen *om. M* 26 trachiarum *P* 29 gallonia BP^1 (a *postea eras.*) galloni *M* 30 ut] aut B^1 apud] aut *B*

Digitized by Google

Perinthum conlocares, decretis salariis, non ut singulae
acciperent, sed ut septem simul unum conuiuium habe-
rent. cum enim diuisae accipiunt, et illae parum sumunt,
et res p. plurimum perdit. nunc tamen, quoniam placuit 7
Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta breuem infra scriptum
omnia, quae praecipimus; sumptu etiam publico nuptias
celebrabis.'

Breuis munerum fuit: 'Tunicas palliolatas ianthinas 8
subsericas, tunicam auro clauatam subsericam librilem
unam, interulas dilores duas et reliqua, quae matronae
conueniunt. ipsi dabis aureos Philippeos centum, argen-
teos Antoninianos mille, aeris sestertium decies.'

Haec me legisse teneo de Bonoso. et potui quidem 9
horum uitam praeterire, quos nemo quaerebat, attamen,
ne quid fidei deesset, etiam de his, quae didiceram, inti-
manda curaui. supersunt mihi Carus, Carinus et Numeria- 10
nus, nam Diocletianus et qui secuntur stilo maiore di-
cendi sunt.

1 perintum P^1 singuli *BPM* 2 conuium B^1P^1 (*corr.* P^3) 5 breue *M* 8 numerum *B* numerus *M* pulliolatas *B* iacthinas *B* iathinas P^1 hyacinthinas P^3M 9 *post* subsericas *numerum intercidisse censet Eyssenh.* librilem *non intellego. an* muliebrem? 12 sertertium P^1 14 adtamen *BP* 15 didicerant *B* 16 carus *om.* B^1 *in M desunt uu.* et Numerianus, nam Diocl. — *Car.* 4 delegabant. ego uero

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

CARVS ET CARINVS ET NVMERIANVS

1 Fato rem p. regi eamque nunc ad summum euehi, nunc
2 ad minima retrahi Probi mors satis prodidit. nam cum ducta
per tempora uariis uel erecta motibus uel adflicta, nunc tem-
pestate aliqua nunc felicitate uariata omnia prope passa esset,
quae patitur in homine uno mortalitas, uidebatur post diuer-
sitatem malorum iam secura continuata felicitate mansura
post Aurelianum uehementem principem Probo ex sen-
tentia senatus ac populi leges et gubernacula temperante.
3 sed ruina ingens uel naufragii modo uel incendii accensis
fataliter militibus sublato *e* medio tali principe in eam de-
sperationem uotum publicum redegit, ut timerent omnes
4 Domitianos, Vitellios et Nerones. plus enim timetur de in-
certis moribus principis quam speratur, maxime in ea
re p., quae recentibus confossa uulneribus Valeriani cap-
tiuitatem, Gallieni luxuriam, triginta etiam prope tyranno-
rum *conluuionem* caesa ciuilium membra sibimet uindi-
cantium perpessa maeruerit.

1 incipit eiusdem carus et cari et numerianus feliciter *BP* ad constantinum aug. P^3 *add.* 5 infima *Cornelissen p. 69* ima *Kellerbauer p. 648* 6 erectam — adflictam *BP* 8 mortalitatis *B* diuersitamen *B* diuersitar P^1 9 fatorum *Bährens p. 664* mensura BP^1 10 uehementer *B* 11 leges et gub. senatus ac populo *BP* 13 e *om BP* de *add. Krauss p. 57* disper. *B* 17 resp. *B* 18 luxoriam *BP* 19 colluuionem *add. Richter p. 28* faecem *post* uindicantium *Bährens p. 664* tyrannorum collisionibus caesa ciuilium bellorum membra sibimet eam uind. P^3 probra *scribit pro* prope *Eyssenh.* tirannorum *B* 20 meruerit *BP*

Digitized by Google

Nam si uelimus ab ortu urbis repetere, quas uarietates 2
sit passa Romana res p., inueniemus nullam magis uel bonis
floruisse uel malis laborasse. et, ut a Romulo incipiam, uero 2
patre ac parente rei p., quae illius felicitas fuit? qui fundauit,
constituit roborauitque rem p. atque unus omnium con-
ditorum perfectam urbem reliquid? quid deinde Numam 3
loquar? qui frementem bellis et grauidam triumphis ciui-
tatem religione muniuit. uiguit igitur usque ad Tarquinii 4
Superbi tempora nostra res p., sed passa tempestatem de
moribus regiis non sine graui exitio semet ulta est. ado- 5
leuit deinde usque ad tempora Gallicani belli, sed quasi
quodam mersa naufragio capta praeter arcem urbe plus
prope mali sensit quam habuerat boni. reddidit se deinde 6
in integrum, sed eo usque grauata est Punicis bellis ac
terrore Pyrrhi, ut mortalitatis mala praecordiorum timore
sentiret. creuit deinde uicta Carthagine trans maria mis- 3
sis imperiis, sed socialibus adfecta discordiis extenuato feli-
citatis sensu usque ad Augustum bellis ciuilibus adfecta
consenuit. per Augustum deinde reparata, si reparata dici
potest libertate deposita. tamen utcumque, etiamsi domi 2
tristis fuit, apud exteras gentes effloruit; passa deinceps
tot Nerones per Vespasianum extulit caput. nec omni Titi 3
felicitate laetata, Domitiani uulnerata inmanitate per Ner-
uam atque Traianum usque ad Marcum solito melior
Commodi uecordia et crudelitate lacerata est. nihil post 4

3 uere *Gemoll p. 13* 4 *post* felicitas *in BP c. 13, 1* Augustum — *c. 15, 5* fuisse *intermissa sunt* quod f. B^1 5 iunus B^1 7 rabidam tr. — molliuit *Cornelissen p. 259* 8 regionē *B* regione P^1 (*c.* P^3) 12 quadam *BP* 13 tumebat *BP* tum habebat *Gr.* habuerat *scripsi* (quam adhuc boni habuerat *C*) tum erat *Petschenig p. 27* 15 pyrri *BP* per mortalitatis mala *B fort.* prope mort. m.; praeter mort. — timores *Krauss p. 46* timorem B^3 in intimo *Klein p. 290* intimo *Cornelissen p. 259* 17 felicatis BP^1 (*c.* P^3) 18 adflicta *Bährens p. 664* 19 reperta si B^1 22 uespasionum *B* capud *BP* omnis *Klein p. 291* 23 letitia B^1 domiciani BP^2 domicia P^1 25 nihis *BP* nihil *scripsi (Eyssenh.)*

Digitized by Google

haec praeter Seueri diligentiam usque Alexandrum Ma-
5 maeae sensit bonum. longum est, quae secuntur, uni-
uersa conectere: uti enim principe Valeriano non potuit
6 et Gallienum per annos quindecim passa est. inuidit
Claudio longinquitatem imperii amans uarietatum sem-
7 per et prope inimica fortuna iustitiae. sic enim Aurelianus
occisus est, sic Tacitus absumptus, sic Probus caesus, ut
appareat nihil tam gratum esse fortunae, quam ut ea,
quae sunt in publicis actibus, euentuum uarietate muten-
8 tur. sed quorsum talibus querellis et temporum casibus
detinemur? ueniamus ad Carum, medium, ut ita dixerim,
uirum et inter bonos magis quam inter malos principes
conlocandum et longe meliorem, si Carinum non reli-
quisset heredem.

4 Cari patria sic ambigue a plerisque proditur, ut prae
2 summa uarietate dicere nequeam, quae illa uera sit. One-
simus enim, qui diligentissime uitam Probi scripsit, Ro-
mae illum et natum et eruditum sed Illyricianis paren-
3 tibus fuisse contendit. sed Fabius Ceryllianus, qui tem-
pora Cari, Carini et Numeriani solertissime persecutus
est, neque Romae sed in Illyrico genitum, neque Pan-
4 noniis sed Poenis parentibus adserit natum. in epheme-
ride quadam legisse memini Carum Mediolanensem fuisse,
5 sed auo iuri Aquileiensis ciuitatis insertum. ipse, quod
negari non potest, ut epistula eius indicat, quam pro con-
sule ad legatum suum scripsit, cum eum ad bona horta-
6 retur officia, Romanus uult uideri. Epistula Cari:

'Marcus Aurelius pro consule Ciliciae Iunio legato suo. Maiores nostri, Romani illi principes, in legatis creandis

1 usque ad P^3 *Klein p. 291* mameae *BP* 5 longiquitatem *BP* prope et semper *BP* semper et prope *scripsi* 6 sic] fit BP^1 (*c.* P^3) 10 quossum *B* 13 relinquisset *BP* 15 Cari *maiusculis litt. exaratum in BP* ut praesumptae grauitate *BP em. Obr.* 16 nequeante *BP* sint *BP* 19 fauius BP^1 21 pannonis B^1 24 set lauo B^1 ab auo *C* a puero *Hudemann Philol. VIIII p. 191* albo curiae Aq. *Maduig p. 649* iuria aquiliensis *BP* ipse se *BP* 28 manslius ualerius *BP em. C* cilicio *B*

Digitized by Google

hac usi sunt consuetudine, ut morum suorum specimen
per eos ostenderent, quibus rem publicam delegabant.
ego uero, si ita non esset, aliter non fecissem, specialiter 7
te iuuante non fallar. fac igitur, ut maioribus nostris,
id est Romanis non discrepemus uiris.'

Vides tota epistula maiores suos Romanos illum uelle 8
intellegi. indicat et oratio eius ad senatum data istam ge- 5
neris praerogatiuam. nam cum primum imperator esset
creatus, sic ad senatorium ordinem scripsit. inter cetera:
'Gaudendum est itaque, p. c., quod unus ex uestro or- 2
dine, uestri etiam generis imperator est factus. quare ad-
nitemur, ne meliores peregrini quam uestri esse uidean-
tur.' hoc quoque loco satis clarum est illum uoluisse in- 3
tellegi se esse Romanum, id est Roma oriundum.

Hic igitur per ciuiles *et* militares gradus, ut tituli sta- 4
tuarum eius indicant, praef. praet. a Probo factus tantum
sibi aput milites amoris locauit, ut interfecto Probo tanto
principe solus dignissimus uideretur imperio.

Non me praeteriit suspicatos esse plerosque et eos in 6
fastos retulisse, Cari factione interemptum Probum, sed
neque meritum Probi erga Carum neque Cari mores id
credi patiuntur, simul quia Probi mortem et acerrime et
constantissime uindicauit. Quid autem de eo Probus sen- 2
serit, indicant litterae de eius honoribus ad senatum datae:
'Probus Augustus amantissimo senatui suo salutem
dicit.' Inter cetera: 'Felix autem esset nostra res p., si,
qualis Carus est aut plerique uestrum, plures haberem in
actibus conlocatos. quare equestrem statuam uiro morum 3
ueterum, si uobis placeat, decernendam censeo, addito eo
ut publico sumptu [uel] eidem exaedificetur domus mar-

2 diligebant *BP* 3 non *ante* esset *om.* B^1 4 feci aliter si *BP* specialiter *scripsi* 11 adnitemini *BPM* adnitemur *Reg.* (*fort.* adnitebimur) 15 et *om.* *BPM* 17 amores *BPM* locauit] *fort.* conciliauit *aut* conciuit; conlocauit *Kellerbauer p. 642* 18 dignissimis B^1 dignissimu P^1 20 fasto BP^1 (*c.* P^3) 21 neque m.] quod *BPM* 26 autem *om.* *M* 28 statuo BP^1 29 placet *M* 30 uel *del.* *C* etiam B^1 eidem B^2

moribus a me delatis. decet enim nos talis integritatem
remunerari uiri' et reliqua.

7 Ac ne minima quaeque conectam et ea, quae apud
alios poterunt inueniri, ubi primum accepit imperium,
consensu omnium militum bellum Persicum, quod Probus
parabat, adgressus est liberis Caesaribus nuncupatis, et
ita quidem ut Carinum ad Gallias tuendas cum uiris lectis-
simis destinaret, secum uero Numerianum, adulescentem
2 cum lectissimum tum etiam disertissimum, duceret. et
dicitur quidem saepe dixisse se miserum, quod Carinum
ad Gallias principem mitteret, neque illa aetas esset Nu-
meriani, ut illi Gallicanum, quod maxime constantem prin-
3 cipem quaerit, crederetur imperium. sed haec alias. nam
extant etiam litterae Cari, quibus aput praefectum suum de
Carini moribus queratur, ut appareat uerum esse, quod
Onesimus dicit, habuisse in animo Carum, ut Carino Cae-
4 sareanum abrogaret imperium. sed haec, ut diximus,
alias in ipsius Carini uita dicenda sunt. nunc ad ordinem
reuertemur.

8 Ingenti apparatu et totis uiribus Probi profligato
magna ex parte bello Sarmatico, quod gerebat, contra
Persas profectus nullo sibi occurrente Mesopotamiam Ca-
rus cepit et Ctesifontem usque peruenit occupatisque Per-
sis domestica seditione imperatoris Persici nomen emeruit.
2 uerum cum auidus gloriae, praefecto suo maxime urgente,
qui et ipsi et filio eius quaerebat exitium cupiens im-
perare, longius progressus esset, ut alii dicunt morbo, ut
3 plures fulmine interemptus est. negari non potest eo

5 concessu *BP* persiccum B^1P 8 cum se *B* Numerianum — quod Carinum *om. M* aduliscentem BP^3 adulicentem P^1 (audulecentem P^1 *t. Iord.*) 10 quod] ut P^1 11 uetas B^1 14 extans *B* iam *BPM* etiam *em. C* 15 quaeratur *BP* queritur *M* 16 ut] aut B^1 18 in uita Carini *M* 19 reuertamur *M* 20 totius *BP* 21 magno BP^1 22 mesopotamia *B* 23 tesifontem *BP*(*M*) 24 persi *BPM* 25 profecto *BP* iurgante *BPM emend. in misc. obseru. IIII p. 249* (*Eyssenh.*) 26 filii *BPM* filio *scripsi*

Digitized by Google

tempore, quo periit, tantum fuisse subito tonitruum, ut
multi terrore ipso exanimati esse dicantur. cum igitur
aegrotaret atque in tentorio iaceret, ingenti exorta tem-
pestate inmani coruscatione, inmaniore, ut diximus, toni-
tru exanimatus est. Iulius Calpurnius, qui ad memoriam 4
dictabat, talem ad praefectum urbis super morte Cari
epistulam dedit.

Inter cetera: 'Cum', inquit, 'Carus, princeps noster 5
uere carus, aegrotaret *et in tentorio iaceret*, tanti turbinis
subito exorta tempestas est, ut caligarent omnia, neque
alterutrum nosceret; coruscationum deinde ac tonitruum
in modum fulgurum igniti sideris continuata uibratio om-
nibus nobis ueritatis scientiam sustulit. subito enim con- 6
clamatum est imperatorem mortuum, et post illud prae-
cipue tonitruum, quo cuncta territa erant. his accessit 7
quod cubicularii dolentes principis mortem incenderunt
tentorium. unde subito fama emersit fulmine interemptum
eum, quem, quantum scire possimus, aegritudine constat
absumptum.'

Hanc ego epistulam idcirco indidi, quod plerique di- 9
cunt uim fati quandam esse, ut Romanus princeps Ctesi-
fontem transire non possit, ideoque Carum fulmine ab-
sumptum, quod eos fines transgredi cuperet, qui fataliter
constituti sunt. sed sibi habeat artes suas timiditas, cal- 2
canda uirtutibus. licet plane ac licebit, *ut* per sacratissi- 3
mum Caesarem Maximianum constitit, Persas uincere at-
que ultra eos progredi, et futurum reor, si a nostris non
deseratur promissus numinum fauor.

Bonum principem Carum fuisse cum multa indicant 4

2 examinati *B* 5 examinatus *B* iub› *B* iubius *M* Iunius *M* capurnius *BP t. Iord.* calphurnius P^3 9 in tentorio iaceret *add. Kellerbauer p. 648* 10 caligaret *M* 11 alter alterum *M* 12 fulgurum *del. Maduig p. 650* 15 tonitrum *BPM* contra P^1 cuncta P^2 terrauerat *B* terruerat *PM* territa erant *scripsi* 17 fuit *BP om. M* subito *scripsi;* post *in edit. priore* 18 possumus *M* 20 inditi B^1P^1 25 ut *addidi* 26 constitit *om. M* uicere B^1.

tum illud etiam, quod statim *ut* est adeptus imperium, Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut inuasuros se non solum Illyricum sed Thracias quoque Italiamque minarentur, ita † sic inter bella pariendi contudit, ut paucissimis diebus Pannonias securitate donauerit occisis Sarmatarum sedecim milibus, captis diuersi sexus uiginti milibus.

10 Haec de Caro satis esse credo. ueniamus ad Numerianum. huius et iunctior patri et admirabilior per socerum suum facta uidetur historia. et quamuis Carinus maior aetate fuerit, prior etiam Caesar quam *Numerianus* sit nuncupatus, tamen necesse est, ut prius de Numeriano loquamur, qui patris secutus est mortem, post de Carino, quem uir rei p. necessarius Augustus Diocletianus habitis conflictibus interemit.

11 Numerianus, Cari filius moratus egregie et uere dignus imperio, eloquentia etiam praepollens, adeo ut puer publice declamauerit, feranturque illius scripta nobilia, declamationi tamen magis quam Tulliano adcommodatiora
2 stilo. uersu autem talis fuisse praedicatur, ut omnes poetas sui temporis uicerit. nam et cum Olympio Nemesiano contendit, qui *ἁλιευτικὰ κυνηγετικὰ* et *ναυτικὰ* scripsit inque omnibus colonis inlustratus emicuit, et Aure-

1 ut *addidi* statim atque adeptus est *Vnger p. 224* 2 sarmatis *BP* 4 ita inter bella patiendo *uolg. sed* patiendo *non conuenit cum seqq. fort.* ita scienter bellum gerendo contudit; ita copias inter bella partiendo *Rösinger p. 11* ita hic inter bella parandi conatus *Bährens p. 664* ita scienter (*ita mecum*) bella partiendo *Maduig p. 650* ita sua uirtute (*uel etiam* scientia acriter) bella rapiendi *Vnger p. 224* cito inter bella paranda *Krauss p. 42* 6 militibus *BP*[1] (*ut uid.*) sexsus *BP* 7 coro *BP*[1] cuius est mentio qui et patri mirab. *M* 8 iuntior *B*[1]*P em. Gr.* iunior *B*[2] uicinior *uolg.* 10 quae *BP om. M* quam Numerianus *scripsi* 11 di num. *B* 12 loquimur *B*[1] morem P[3] 13 quae *BP* habetis *BP*[1] 15 Numerianus *colore rubro pictum in BP* morus *B*[1] 19 uerso *B*[1] 21 alieutica κυνηгєтικα et nautica *BP pro* nautica *Bernhardy hist. litt. rom. p. 535 coni.* Ixeutica, *Bährens poet. lat. m. III p. 174* pontica 22 quinque *BP*[1] quique *P*[2] quibus *M* inque *scripsi* . coloniis

Digitized by Google

lium Apollinarem iamborum scriptorem, qui patris eius
gesta in litteras rettulit, isdem, quae recitauerat, editis
ueluti radio solis obtexit. huius oratio fertur ad senatum 3
missa tantum habuisse eloquentiae, ut illi statua non quasi
Caesari sed quasi rhetori decerneretur, ponenda in biblio-
theca Vlpia, cui subscriptum est: 'Numeriano Caesari,
oratori temporibus suis potentissimo.'

Hic patri comes fuit bello Persico. quo mortuo, cum 12
oculos dolere coepisset, quod illi aegritudinis genus uigilia
utpote confecto familiarissimum fuit, ac lectica porta-
retur, factione Apri soceri sui, qui inuadere conabatur
imperium, occisus est. sed cum per plurimos dies de 2
imperatoris salute quaereretur a milite, contionareturque
Aper idcirco illum uideri non posse, quod oculos inuali-
dos a uento ac sole subtraheret, foetore tamen cadaueris
res esset prodita, omnes inuaserunt Aprum, cuius factio
latere non potuit, eumque ante signa et principia protra-
xere. tunc habita est ingens contio, factum etiam tribu-
nal. et cum quaereretur, quis uindex Numeriani iustissi- 13
mus fieret, quis daretur rei p. bonus princeps, Diocletia-
num omnes diuino consensu, cui multa iam signa facta
dicebantur imperii, Augustum appellauerunt, domesticos
tunc regentem, uirum insignem, callidum, amantem rei p.,
amantem suorum et ad omnia, quae tempus quaesiuerat,
temperatum, consilii semper alti, nonnumquam tamen

M coronis *C* (*Maduig p. 650*) coloribus *Petschenig p. 62* gloriis *Cornelissen p. 259* 1 apollonarem $B P^1$ amborum *B P M em. Vrsinus* 2 hisdem *B P* 4 illis $B P^1$ statua B^1 5 cesari B^1 rethor B^1 rethori $B^2 P$ bibliothecae $B P^1$ 6 suscriptum B^1 7 potissimo *Cornelissen p. 259* 9 oculis B^3 illud *B P M* illi *Gr.* quod illud (illuc?) aegr. g. nimio utpote uapore conf. *Kellerbauer p. 648* nimia *B P M* uigilia P^3 *teste Grutero* 10 familiarissimus *B P M em. Gr.* portat' *B* portatur $P^1 M$ *c.* P^3 11 Arrii Apri *M* conebatur $B P^1$ (*c.* P^3) 15 ac u. $B P^1$ faetore *P* 19 numerianus *B* 22 Augustum — *c. 15, 5* fuisse *intermissa sunt in B P post c. 2, 2* felicitas. *in M omnino desunt* Augustum diocletianum P^3 25 statim paratum *in ed. pr. scripseram* attemperatum *Maduig p. 650* semper paratum *Kel-*

effrontis sed prudentia et nimia peruicacia motus inquieti
2 pectoris conprimentis. hic cum tribunal conscendisset atque Augustus esset appellatus, et quaereretur, quem ad modum Numerianus esset occisus, educto gladio Aprum praefectum praetori ostentans percussit, addens uerbis suis: 'Hic est auctor necis Numeriani.' sic Aper foeditate et deformibus consiliis agens dignum moribus suis
3 exitum dedit. auus meus rettulit interfuisse contioni, cum Diocletiani manu esset Aper occisus; dixisse autem dicebat Diocletianum, *cum Aprum* percussisset: 'Gloriare, Aper,

Verg. Aen. X 830 Aeneae magni dextra cadis.'

4 quod ego miror de homine militari, quamuis plurimos plane sciam militares uel Graece uel Latine uel comicorum
5 usurpare dicta uel talium poetarum. ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. nam et 'Lepus tute es: pulpamentum quaeris' Liui Andronici dictum est. multa aliaque Plautus Caeciliusque posuerunt.

14 Curiosum non puto neque satis uulgare fabellam de Diocletiano Augusto ponere hoc conuenientem loco, quae illi data est ad omen imperii. auus meus mihi retulit ab
2 ipso Diocletiano compertum. 'Cum', inquit, 'Diocletianus

lerbauer p. 648 consilii temperati, nonnumquam tamen effrenis *Cornelissen p. 70* 1 froncis *B*[1] frontis *P* fortis *B*[3] ferocis *Laurent. LXIII 31 Vatic. no. 1902* frontis et prudentiae nimia peru. *Maduig p. 650* prudentiae *BP* prudentia et *scripsi* prudentia ac *Kellerbauer p. 648* peruicatia *BP* eximia peruicacia *Vnger p. 209* 2 consendisset *B*[1]*P* 6 foedauit *BP* foeditate *scripsi exerc. crit. p. 21* foeda uita *Eyss.* Aper def. cons. agens dignum foeda uita et moribus suis ex. habuit *Kellerbauer p. 648* 8 conticioni *BP* 10 cum Aprum *addunt P*[3] *Vat.* Aprum *om. Petschenig p. 33* percussisse *BP*[1] *Vat.* percussisset *P*[3] 12 ameae *B*[1] 14 plus quam *BP* probe sciam *coni. in ed. pr.* plane sciam *Paucker p. 52** 15 alium *Eyssenh.* 17 es et pulp. *Terent. Eun. 426 (Ribbeck com. lat. p. 4)* 18 liuii *B*[2] alia quae *BP* aliaque *scripsi et* multa; aliaque *Petschenig p. 33* celiusque *B* caeliusque *P*[1] (*c. P*[3] *Vat.*) 20 non *del. C* 22 illa *BP* 23 compertam *Bährens p. 664*

Digitized by Google

apud Tungros in Gallia in quadam caupona moraretur
in minoribus adhuc locis militans et cum Dryade quadam
muliere rationem conuictus sui cotidiani faceret, atque
illa diceret: 'Diocletiane, nimium auarus, nimium parcus
es', ioco non serio Diocletianus respondisse fertur: 'Tunc
ero largus, cum fuero imperator.' post quod uerbum 3
Dryas dixisse fertur: 'Diocletiane, iocari noli, nam eris
imperator, cum Aprum occideris.' Semper in animo Dio- 15
cletianus habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano
conscio atque auo meo, cui hoc dictum a Dryade ipse re-
tulerat. denique, ut erat altus, risit et tacuit. apros ta- 2
men in uenatibus, ubi fuit facultas, manu sua semper oc-
cidit. denique cum Aurelianus imperium accepisset, cum 3
Probus, cum Tacitus, cum ipse Carus, Diocletianus dixit:
'Ego semper apros occido, sed alter utitur pulpamento.'
iam illud notum est atque uulgatum, quod, cum occidisset 4
Aprum praefectum praet., dixisse fertur: 'Tandem occidi
Aprum fatalem.' ipsum Diocletianum idem auus meus 5
dixisse dicebat nullam aliam sibi causam occidendi manu
sua fuisse, nisi ut impleret Dryadis dictum et suum fir-
maret imperium. non enim tam crudelem se innotescere 6
cuperet, primis maxime diebus imperii, nisi illum necessi-
tas ad hanc atrocitatem occisionis adtraheret.

Dictum est de Caro, dictum etiam de Numeriano, su- 7
perest nobis Carinus, homo omnium contaminatissi- 16
mus, adulter, frequens corruptor iuuentutis (pudet dicere,
quod in litteras Onesimus retulit), ipse quoque male
usus genio sexus sui. Hic cum Caesar decretis sibi Galliis 2
atque Italia, Illyrico, Hispaniis ac Brittanniis et Africa re-
lictus a patre Caesareanum teneret imperium, sed ea lege,
ut omnia faceret, quae Augusti faciunt, inormibus se uitiis

1 *alt.* in *om.* B^1 3 curationem *B P* 7 nolo *B* 8 occiderit *B* ĩanimo *B* 10 dryadae *P* 11 rixit *B* (*in P sit in ras.*) 12 facultus P^1 17 praefectus *B P* 18 id est *B* 20 fuisse] *uid. ad. p. 239, 22* 28 sextus *B* 29 itabae B^1 ita ab B^2 italiae *P t. Iord.* Italia et *Kellerbauer p. 648* hispanis *B P* brittannis *B* brittanis *P t. Iord.*

Digitized by Google

3 et ingenti foeditate maculauit, amicos optimos quosque
relegauit, pessimum quemque elegit aut tenuit, praef.
urbi unum ex cancellariis suis fecit, quo foedius nec co-
4 gitari potuit aliquando nec dici. praef. praetorii, quem
5 habebat, occidit; in eius locum Matronianum, ueterem
conciliatorem, fecit, unum ex his notariis, quem stu-
prorum et libidinum conscium semper atque adiutorem
6 habuerat. inuito patre consul processit. superbas ad sena-
tum litteras dedit. uulgo urbis Romae, quasi populo Ro-
7 mano, bona senatus promisit. uxores ducendo ac reici-
endo nouem duxit pulsis plerisque praegnatibus. mimis,
meretricibus, pantomimis, cantoribus atque lenonibus Pa-
8 latium repleuit. fastidium suscribendi tantum habuit, ut
inpurum quendam, cum quo semper meridie iocabatur,
ad suscribendum poneret, quem obiurgabat plerumque,
17 quod bene suam imitaretur manum. habuit gemmas in
calceis, nisi gemmata fibula usus non est. balteum etiam
saepe gemmatum. regem denique illum Illyrici plerique
2 uocitarunt. praefectis numquam, *numquam* consulibus
obuiam processit. hominibus inprobis plurimum detulit
3 eosque ad conuiuium semper uocauit. centum libras auium,
centum piscium, mille diuersae carnis in conuiuio suo
frequenter exhibuit. uini plurimum effudit. inter poma et
melones natauit. rosis Mediolanensibus et triclinia et cu-
4 bicula strauit. balneis ita frigidis usus est, ut solent esse
5 cellae suppositoriae, frigidariis semper niualibus. cum hie-
mis tempore ad quendam locum uenisset, in quo fontana
esset pertepida, ut adsolet per hiemem naturaliter, eaque
in piscina usus esset, dixisse balneatoribus fertur: 'Aquam

2 relegit *B P* 3 calcellariis *B* 6 ex his *B P M fort.* ex suis; unum ex his notariis *del. Gemoll p. 13* notarius *B P* stuprum *B P* 8 praecessit *M* 11 plerique $B^1 P^1$ (*c.* P^3) praegnantibus $B^2 M$ 18 ut regem — uocitarent *M* 19 praef. *B P* praefectus *M* numquam *add. Gr.* 21 uocatum *B* 22 millae *P* 24 mediolasibus P^1(*c.* P^3) 26 frigidaliis *B P* inualibus B^1 27 quemdam *B P* 28 pertepia $B P^1$(*c.* P^3) fons erat aqua pertepida *M* solet *M*

Digitized by Google

mihi muliebrem praeparatis.' atque hoc eius clarissi-
mum dictum effertur. audiebat pater eius, quae ille face- 6
ret, et clamabat: 'Non est meus.' statuerat denique Con-
stantium, qui postea Caesar est factus, tunc autem praesi-
diatum Dalmatiae administrabat, in locum eius subrogare,
quod nemo tunc uir melior uidebatur, illum uero, ut One-
simus dicit, occidere. longum est, si de eius luxuria plura 7
uelim dicere. quicumque ostiatim cupit noscere, legat
etiam Fuluium Asprianum usque ad taedium gestorum
eius uniuersa dicentem.

Hic ubi patrem fulmine absumptum, fratrem a socero 18
interemptum, Diocletianum Augustum appellatum compe-
rit, maiora uitia et scelera edidit, quasi iam liber a fre-
nis domesticae pietatis suorum mortibus absolutus. nec 2
ei tamen defuit ad uindicandum sibimet imperium uigor
mentis. nam contra Diocletianum multis proeliis conflixit,
sed ultima pugna apud Marcum commissa uictus occubuit.

Hic trium principum fuit finis, Cari, Numeriani et 3
Carini. post quos Diocletianum et Maximianum principes
dii dederunt, iungentes talibus uiris Galerium atque Con-
stantium, quorum alter natus est, qui acceptam ignomi-
niam Valeriani captiuitate deleret, alter, qui Gallias Ro-
manis legibus redderet. quattuor sane principes mundi 4
fortes, sapientes, benigni et admodum liberales, unum in
rem p. sentientes, semper reuerentes Romani senatus, mo-
derati, populi amici, persancti, graues, religiosi et quales
principes semper orauimus. quorum uitam singulis libris 5
Claudius Eusthenius, qui Diocletiano ab epistulis fuit,

4 praesidatum *PM* 6 quo *C* 7 luxoria *BP* 13 celera *B* P^1 (*c.* P^3) 14 moribus *BPM em. C* 17 Margum *C* 18 caro *BP* 19 principem dederunt *BPM em. Egnat.* 20 garelium P^1 22 captiuitatem *BP* 23 regibus *BP* 25 rep. *M* sitientes *BP* spe reuerent *BP* praeterea *M* semper reuerentes *Gr.* 26 pescate *BP* potestete *M em. Gr.* 27 principes *om.* B^1 optauimus *Kellerbauer p. 641* 28 ab epistulis eius B^1 *fort.* ab epistulis suis

Digitized by Google

scripsit, quod idcirco dixi, ne quis a me rem tantam re-
quireret, maxime cum uel diuorum principum uita non
sine reprehensione dicatur.

19 Memorabile maxime Cari et Carini et Numeriani hoc
habuit imperium, quod ludos populo R. nouis ornatos spec-
taculis dederunt, quos in Palatio circa porticum stabuli
2 pictos uidimus. nam et neurobaten, qui uelut in uentis
cothurnatus ferretur, exhibuit et tichobaten, qui per pa-
rietem urso eluso cucurrit, et ursos mimum agentes et
item centum salpistas uno crepitu concinentes et centum
ceratanlas, choraulas centum, etiam pythaulas centum, pan-
tomimos et gymnicos mille, pegma praeterea, cuius flammis
scaena conflagrauit, quam Diocletianus postea magnificen-
3 tiorem reddidit. mimos praeterea undique aduocauit. ex-
hibuit et ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est. ex-
hibuit Cyclopea. donatum est Graecis artificibus et gym-
nicis et histrionibus et musicis aurum et argentum, donata
et uestis serica.

20 Sed haec omnia nescio quantum apud populum gra-
tiae habeant, nullius sunt momenti apud principes bonos.
2 Diocletiani denique dictum fertur, cum ei quidam largitio-
nalis suus editionem Cari laudaret, dicens multum pla-
cuisse principes illos causa ludorum theatralium ludorum-
que circensium: 'Ergo', inquid, 'bene risus est in imperio
3 suo Carus.' denique cum omnibus gentibus aduocatis Dio-

1 circo B^1 a mare tantatam *B P* a me tantam rem *M em. S* 2 uiuorum *B P* uirorum *M em. Becker obss. p. 52 cf. histor. crit. p. 12* 3 sint *B* sin/////repr. *P* 4 memorabilem *B P* Cari *om. M* 5 ahuit B^1 populo R] populorum *B M* 7 qui neruis intentis coth. *Maduig p. 651* 8 coturnatus *B P(M)* ferreretur *B* thycobaten *B P(M)* *τοιχοβάτην dici S uidit* 9 minum *B P* in circum *M* 10 et *item* centum *Kellerbauer p. 648* 11 capitaulas *B P M em. S* camptaulas *uolg.* pytaulas *B P* pitaulas *M* 12 gemnicos *B P* 13 poste B^1 14 aduocatum *B* 16 cyclopem *B P M em. S* adornatum *B P M em. ex libro Puteani* et *M* 19 ad *M* 20 momenta *B* 22 caris P^1 24 cirnensium *B* cirensium P^1 (*corr.* P^3) ego P^1

cletianus daret ludos, parcissime est usus liberalitate, di-
cens castiores esse oportere ludos spectante censore.

Legat hunc locum Iunius Messala, quem ego libere 4
culpare audeo. ille enim patrimonium suum scaenicis de-
dit, heredibus abnegauit, matris tunicam dedit mimae, la-
cernam patris mimo † et recte si auiae pallio aurato at-
que purpureo pro syrmate tragoedus uteretur. inscriptum 5
est adhuc in choraulae pallio tyrianthino, quo ille uelut
spolio nobilitatis exultat, Messalae nomen uxoris. iam quid
lineas petitas Aegypto loquar? quid Tyro et Sidone tenui-
tate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate per-
nobiles? donati sunt ab Atrabatis birri petiti, donati birri 6
Canusini, Africani, opes in scaena non prius uisae. et haec 21
quidem idcirco ego in litteras rettuli, quod futuros edito-
res pudore tangeret, ne patrimonia sua proscriptis legiti-
mis heredibus mimis et balatronibus deputarent.

Habe, mi amice, meum munus, quod ego, ut saepe 2
dixi, non eloquentiae causa sed curiositatis in lumen edidi,
id praecipue agens, ut, si quis eloquens uellet facta prin-
cipum reserare, materiam non requireret, habiturus meos
libellos ministros eloquii. te quaeso, sis contentus nosque 3
sic uoluisse scribere melius quam potuisse contendas.

1 ausus *BP* usus *M* est usus *scripsi* libertate *BPM* 2 spectate *BP* censorem *P* censoren *M* 4 scaenices *BP* 6 et recte flauie *M* ut reti flauo et *Turnebus post* recte *lacunam esse suspicatur S* aurata *B* 7 purporeo *P* 8 tyriantino *BPM* quod B^1 9 mesale *BP* 10 quod B^1 quo B^2 sidona *BP*(*M*) 12 atrabacitis *BP* atrabaticis *M* ab Atrabatis *S* 13 canusicni B^1 afrincane *B* afrincani *P* scaenari *BP* scaenarii *M* 16 latronibus *M in P* balatronibus *initio fuisse uidetur, nunc extat* ba....onibus 19 eloques B^1 20 *an* exornare *uel* enarrare? habituros *BP* 22 sic *delet S an* haec? scilicet *Bährens p. 664* contendas feliciter *BP* explicitae uitae diuersorum principum et tyrannorum a diuo adriano usque ad numerianum feliciter utere felix. *BP* (*colore rubro pict.*)

Digitized by Google

INDEX
NOMINVM ET RERVM MEMORABILIVM.

Nomina imperatorum ex ipsorum uitis non sunt laudata.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

On 273
253-268 Sat
282-3

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MINNESOTA
wils v.2
870.13 Scr3p
Scriptores historiae Augustae / itervm r
3 1951 002 140 021 M
Digitized by Google